

50000

CB1001301086

FRXU1/64



TRACTATUS

DE CRIMINE LAE- SAE MAIESTATIS FER- TILIS, COPIOSVS, INSI- GNIS, ET ELEGANS,

S V M M O S T V D I O A C
DILIGENTIA PER CLARIS-
simum consumatisimumq; Vtr. Iur. Doctorem
D. Hieronymum Gigantem Forosem-
pronensem elucubratus ,

ET AD COMMVNEM STVDIOSORVM,
Iudicium , pariter & causarum Patronorum , aliorumq; in foro p re-
fertim criminali versantium commodum , & utilitatem ,
nunc primum in lucem editus .

C V M S V M M A R I I S , A C
Indice materiarum locupletissimo.



Cum Priuilegio summi Pontificis Pauli quarti ,
Illustriss. Senatus Veneti per annos XV .
M D L V I I .

DE CRIMINE LAE
GAE MIGRATIS TERR
TITIS COPIOSAS, INFER
ENIS ET PREGIIS

SUMMO TAVDIO AG
DILIGENTIA PER OLAIRIS
DT HICQUAM GALLIUS LUGENS
Diligentia
Diligentia

САТА СОММАН
О А М С Т А

Си Омега
XV
1451

L A V R E N T I O P R I O L O

I N C L Y T O V E N E T I A R V M D U C I

H I E R O N Y M V S G I G A S I V R I S C O N S V L T V S

inoffensam fœlicitatem præcatur .



N T I Q V O R V M morem
fuisse legimus Princeps serenissi-
me quem etiam in plerisq; Prouin-
tijs ætate nostra seruari uidimus:
Vt ad principatus sublime solium
nouiter assumpto a subditis munu-
scula qualiacūq; quisq; potest offer-
rantur. Cum autem nuper uacante

buius inclytæ Ciuitatis Venetiarū Ducali sede, Patres
illi amplissimi Senatoresq; optimi quibus noui Ducis ele-
ctio legum decreto contigerat, Quem nam tam sublimi
Reipublicæ præficerent, animo uoluerent, considerantes
ueræ christianæ religionis cultum qui in te semper apprime
floruit, & sine quo nullus ad huius dignitatis gradum ut cæ-
teris præsit, assimi debet: uitæq; tuæ integritatem, sin-
gularem erga patriam amorem, constantem iustitiam om-
nibus æqua lance per te administrari solitam, Diuinamq;
tuam clementiam quæ Principem Deo similem dubio pro-

cul efficit, liberumq; in consulendo animum nulli uoluptati
deditum, incomparabile tuum in rebus agendis ac Reipu-
blicæ negotijs administrâdis iudicium pariter & experien-
tiam, pietatem, & humanitatem in cunctos quæ una uirtus
sui dulcedine etiam Barbarorum ingenia demulcere con-
sueuit. Amicos augere, & inimicos mites reddere, pari-
ter & conciliare ualet, tuam in aduersis constantiam, in
prosperis prudentiam, in ambiguis & obscuris mirificam
ingenij tui solertiam, Erga subditos singularem beniuolen-
tiam, paternamq; charitatem, in exterros benignitatem,
erga uiros probos & de literis optime meritos quos semper
fouisti ac protexisti singularem animi tui propensionem.
Perpendentesq; quo studio, quaque diligentia sacræ scriptu-
ræ ac græcis latinisq; literis assiduam operam nauaris, In
quibus te tales reddidisti, ut cuicunq; uiro uel doctissimo
(absit adulatio uerbum) merito conferri ualeas. His
igitur atque alijs immensis uirtutibus tuis allecti amplissi-
mi et sapientissimi illi senatores (diuino ut credere par est)
afflati numine, te huius inuictissimæ Republicæ Duce
maxima cum totius populi acclamatione diuinitus elegerūt.
Quam sane dignitatem tibi potius oblatam, quam abs te
ipso (ut fieri consuevit) laboriosius exquisitam, non solum
huic amplissimæ Ciuitati uerū etiam subditis omnibus ex-
terisq; principibus iocundissimam fuisse nemo est qui ne-
sciat. O felix Venetorum Respublica tali tātoq; Prin-
cipe decorata in quo uno quicquid in uero Principe desides

ratur facillime reperitur. Ofœlices subdit*i* quibus huius
consilio pariter & ope a quibus cunque exterorum iniurijs
propulsatio, æterna pax ac rerum omnium abundantia
paratur. Verum Princeps serenissime cum amplitudinis
tuæ dum in minoribus existeres senatoria dignitate fungēs
semper amantissimus fuerim. Quantā ex huiusmodi dignit
tate cœlitus tuis suffragantibus uirtutibus ac meritis in te
collata uoluptatem animo conceperim. Nec lingua exprimere,
nec calamo signifcare possem: sed ut propensi in te
animi mei ac ueræ fidei quod possum testimonium afferam,
Libellum bunc quem de lœsæ maiestatis criminis conscripsi
tibi dono mittere decreui. Suscipe igitur Princeps Sere
nissime munusculum hoc qualecumqz sit Gigantis mancipio
li tui uigilias, Illudqz ea qua soles incomparabili humanita
te tua complectere, ut hoc tuo amplitudinis clypeo fultus in
lucem latus prodiens inuidorum latratus facilius effugere
queat. Vale. Venetijs viij. Cal. Octobris.

M D L V I.

IOANNES CORASIVS
TOLOSAS, HIERONYMO GIGANTI
FORO SEMPRONIENSIS IV.
RISCONSULTO CLARISSIMO,
S. P. D.



E R. institutam nuper inter nos amicitiam, innumerabilibus tuis in me officijs, & incredibili meo erga te amore, validissime firmatam: oro te, & obtulisti, mi Gigas, ne finas sepultum apud te iacere, lepidum illum tuum de læsæ maiestatis criminè tractatum. In quo uno quantum ingenio, industriaq; possis, peregredie ostendisti. Et ex cuius ego lectione, dici non potest, quantum coeperim voluptratis. Sed effice potius, ut quam ocyssime, studiosorum omnium bono, lucem accipiat. Sic enim iuris candidatos, cum primis tibi deuincies, & quam me valde ames, quantic; me facias, certissimum dabis apud omnes testimonium. Ego vero mi Gigas, qui si quis alius unquam, & esse, & haberi gratissimus, semper concupisi: illud tibi persuadeas velim, te multos habere, vetustate, & assiduitate coniunctiores amicos, quam me: at studio, benevolentia, & amore, neminem. Nam & plane mei dissimilimus, hoc est beneficiorum immemor & ingratus essem: nisi te non diligarem modo, sed amarem plurimum, qui cum de me & magnifice senseris semper, & honorificentissime sis loquutus: tum vero quamprimum me de facie nosti, tuam vltro erga me benevolentiam, maximis studijs, officijsq; cumulasti. Bene vale & me sicuti cœpisti perama. Ferrariæ pridie Calendis Augusti. M D L.

BENEDICTVS BARISELLVS

IVRECONS. PATAVIN.

L E C T O R I



AGNAE quidem habendæ sunt gratiae Hieronymo Giganti iureconsulto clarissimo, qui & si grauissimarum causarum consultationibus, vsuq; forensi quotidie præpeditus, nobis tamen studiorum suorum rationem etiam reddiderit, cum enim pluribus ab hinc annis pulcherrimas illas suas annotationes seu scholia doctissima in Philippi Decij ad summorum Pontificum sanctiones, singulares commentarios edidisset, per spicacissimumq; ingenij sui acumen sum-

mamq; in vtraque iuris disciplina præstantiam suam iam abunde declarasset, quod vnum ad optimi Iureconsulti dignitatem, claritatemq; nominis assequendam, perpetuoq; retinendam sat cuiq; esse poterat, alijs quoque lucubrationibus vir nunquam conquiescens, scriptisq; quæ plurima longeq; præstantissima confecit, quo studia hæc nostra cum diuinitum humani iuris redderet illustriora vlla vnam in re nobis non deesse semper constituit, sed vt gratissimus debitor nobis omnibus vti ex studiorum suorum ratione a Deo optimo maximo benignissime ad cæterorum mortalium usum & adiumentum credita largo etiam scenore super addito respondere procurauit, quam ipsius animi testificationem tam illum quæ facillime testantur commentarius tam scite, tamq; eruditæ ab ipso Gigante conscriptus, quem de Pensionibus sacerdotiorum inscriptit quiq; in manus iam omnium cum summa eius laude versatur, omnesq; cum Italæ, tum Galliæ bibliothecas iam referit vberius: Libellus deinde sanctissimus ab eo editus de episcopal residentia pie & ex christianæ religionis summorumq; Pontificum institutis luculentissime compilatus, summam viri istius grauitatem in studijsq; nostris excellentiam satis superq; declarauerant: nilq; nobis ab ipso Gigante vterius desiderandum reliquerant: sed honestissima a scribendi munere vacatione di-

gnūm effecerant. At vir hīc grauissimus otio semper laborem interponendum ratus , nullisq; vigilijs parcendum officia Iureconsulti maximi reddere voluit quām cumulatissima , addito etiam hoc pulcherrimo studiorum suorum anatocismo , singulari hoc suo commentario ad læse maiestatis crimen diligenter confecto , qui vobis nunc præsto est , ad nostram omnium maximam utilitatem animiq; oblationem : Cuius ego singulares laudes , ut possem , libentissime vel perstringerem , ni qualis quantaq; sit eius dignitas & eruditio . Ioannes Corrasius Tolosas Iureconsultus eruditissimus , eius præstantiae priore sua epistola locupletissimus testis esset : qui tamen iam morte immatura præreptus editionem hanc a Gigante efflagitatā videre non potuit . Tuum erit lector optime Hieronymi Gigantis Iureconsultissimi in studiosos omnes studiaq; ipsa beneficentiam agnoscere : gratoq; semper animo respondere , quod erit si illius benevolentia deuictus , commentarios istos benigne suscepere , & legeris auidissime . Deumq; optimum maximum summis precibus exoraueris , vt nobis omnibus illum quām diutissime seruet incolumen maiora ingenij sui monumenta ex resurrectissima sua pœnu prompte (ni fallor) liberaliterq; deprompturum .

In laudem

IN LAUDEM AVCTORIS
BERNARDI GEORGII
SENATORIS VENETIAE
EPIGRAMMA.



PUBLICA qui uerbis leadi factisue potestas,
Qui reus ex his , quis principis esse queat ,
Hoc tibi monstrat opus , cura , ingentique labore ,
Quod scripsit prestans , composituque Gigas .
Si nescis nomen , sacro hic de nomine dictus ,
Ingens umbrorum splendor honosque soli .

FRANCISCI NOGAROLLE
COMITIS VERONEN.
C A R M E N.

QUAE conata Iouem est superis detrudere regnis
Pestem illam immanni corpore terra dedit ,
At noster pietate Gigas insignis , & ipsis
Dis cordi est , uirtus quem fouet alma sinu ,
Humano generi semper nocuere Gigantes
Hic semper studijs profuit ex animo ,
Aspice quam rarum ac perfectum exegit ad unguem ,
Quo nullum in terris clarius extat opus ,
Non tulit hic homines tot duci erroribus actos
Amplius , indoctis dogmata uera dedit ,
Discusit nebulas , iurisque æmigmata soluit
Reddita maiestas legibus atque decus ,
Macte animo tibi iam immortalis gloria parta est
Aurea sublimis qua petis astra Gigas .

* *

BERNARDINI TOMITANI ART.
DOCTORIS EPIGRAMMA.

IMPIA gens superos cupiens detrudere cœlo,
Ausा est æterno bella mouere Ioui.
At nouis iste GIGAS, lingua decoratus & armis,
Pro superis manibus pugnat, & ore canit.
Victor erit, quando generosa vindicat ira
Arma, homines, leges, fasq;, piumq;, Deos.

G E O R G I I S C L E N Z E
CRETENSIS, OCTASTYCHON.

VT rudit eoo gemma huic de liture lata
Miroq; artificis, trita labore micat,
Post uaga spectanti prestat solatia forma,
Forma que obscurō corpore clausa fuit,
Sic infecta oim scabra rubigine lex, nunc
Clara Giganteo redditur ingenio,
Cui mortale genus, meritas ascribere laudes
Conuenit, hocq; nouum stet, sine morte decus.

ЖОГДАУЯ МУЧИМО ХЕДИ
САУ ДУНОІТСЯ У ТЕМУЯ

СОЛІДУТА ОБЯТИИ



INDEX OMNIUM R V B R I C A
R V M , E T Q V A E S T I O N V M Q V A E
I N T R A C T A T V I S T O
C O N T I N E N T V R .

*Liber primus continet infra scriptas
Rubricas, & quæstiones.*

R V B R I C A E .

- De origine legis criminis læsæ maiestatis, & cur Julia dicta sit. char. 1
Quotuplex sit maiestas. char. 2
Quid sit crimen læsæ maiestatis humanæ. char. 4
Qualiter & a quibus crimen læsæ maiestatis committatur. char. 5

Q V A E S T I O N E S L X V I I I .

- 1 An crimen læsæ maiestatis committi dicatur contra Papam , quando aliquis contra ipsum conspirat ? char. 3
2 An Imperator offendens Papam in casibus contentis in legibus loquentibus de crimine læsæ maiestatis, & pro quibus alij incident in prædictum crimen, ipse quoq; læsæ maiestatis crimen committere dicatur ? cha. 5.
3 An subditus Imperatoris machinans contra Papam , vel statum ecclesiæ crimen læsæ maiestatis committere dicatur ? char. 6
4 An subditus Papæ Imperatorem offendens, crimen læsæ maiestatis committere dicatur ? char. 9
5 An offendens Cardinalalem incident in crimen læsæ maiestatis ? char. 7
6 An offendens Legatum, vel Vicarium Papæ incident in crimen læsæ maiestatis. c. 9
7 An is, qui Papa viuente de Papatu conuenticulam facit, incident in crimen læsæ maiestatis ? char. 10
8 An offendens Imperatorem , Papam offendere dicatur, & sic incident in crimen læsæ maiestatis, siue Imperatoris, siue Papæ subditus sit? ch. 10
9 An Cardinalis Legatus Papæ, contra quem fuit commissum crimen læsæ maiestatis, possit declarare offendentem ipsum incurrisse poenas de quibus in c. fœlicis. de poen. in vi. præsupposito tamen q; delictum sit adeo notorium q; negari non possit ? char. 11
10 An extrahens violenter de ecclesia aliquem ad eam confugientem , crimen læsæ maiestatis committere dicatur. char. 12
11 An qui templū sibi occupat, crimen læsæ maiest. cōmittere dicatur? c. 15
12 An qui nūtios per legatum apostolicū ad Papā missos in via publica impediunt, & literis Papæ directis spoliāt, in crimen læsæ maiest. incidat? c. 15

- 13 Quando imperator offendit dicatur, ut quis crimen læsæ maiestatis contra eum commisisse dicatur? char. 15
- 14 An conspirans in necem consiliarij, vel collateralis Imperatoris in crimen læsæ maiestatis incurrat? char. 16
- 15 An offendens vicarium Imperatoris, Regis, vel Principis, crimen læsæ maiestatis incurrat? char. 17
- 16 An offendens Ambasicatorē Principis in crimē læsæ maie. incidat? c. 17
- 17 An sicuti quando principaliter publica lœditur maiestas crimen læsæ maiestatis committitur, ita etiam sit, quando non principaliter, sed secundario maiestas publica lœditur? char. 19
- 18 An olim crimen læsæ maiestatis incurrerant hi qui aduersus securitatem alicui a populo Romano factam, ne ab eis vexaretur, attentabant? c. 19
- 19 An faciens fugere obsides datos Imperatori, Regi, vel Principi per eius inimicos, pro pactis inter eos initis seruandis, crimen læsæ maiestatis committat? char. 20
- 20 An hi q̄ nūtios, literasve inimicis mittūt incident in crimē læsæ maies. c. 21
- 21 An reuelans secretum Principis crimen læsæ maiestatis incurrat? char. 23
- 22 An faciens se Regē, cū Rex non sit, incident in crimen læsæ maies. c. 25
- 23 An qui gentē congregat in ciuitate contra eam, eiusve loca, vel consilium, auxilium, & fauorem ad hoc præberet sit reus criminis læsæ maie. c. 26
- 24 An is, qui patriam oppugnat, vel prodit crimen læsæ maiestatis committere dicatur. char. 27
- 25 An ex confederatione facta contra Principem, machinationeve, seu conspiratione ad eius offensam, vel ex tractatu, & ordinatione q̄ fiat rebellio crimen læsæ maiestatis quis incurrat? char. 28
- 26 An occidens eum, qui in aliqua prouincia, vel ciuitate magistratum pro Principe gerebat, incurrat crimen læsæ maiestatis? char. 29
- 27 An suppositus iurisdictioni alicuius Principis subtrahens se ab eius obedientia, & Principi suo se aduersarium constituyens crimen læsæ maiestatis incurrat? char. 29
- 28 An crimen læsæ maiestatis committi dicitur contra Principes, & ciuitates superiores non recognoscentes? char. 30
- 29 An crimen læsæ maiestatis committat subditus inferioris Principis recognoscens superiorem, a quo habet plena regalia, ut est Dux Florentiae, Dux Ferrarie, Dux Vrbini, Dux Mantuae. char. 30
- 30 An attentans quod aliquod Castrum, seu locus subiectus alicui domino, alteri subiicitur, crimen læsæ maiestatis committat, etiam si effeictus non sequatur? char. 31
- 31 An mouēs guerrā, sine licentia Principis, incident in crimē læsæ maie. c. 32
- 32 Si quis sit destinatus ad regimen alicuius ciuitatis, vel prouincie a summo Pontifice, Imperatore, Rege, vel Principe, contra quem committi po-

- test crimen læsæ maiestatis, & dum iuisset ad exercendum dictum officium, is qui inibi magistratum pro eodem Principe gesserat, eidem magistratum consignare denegauit, prohibuitque se pro magistratu gereret, an talis prohibens crimen læsæ maiestatis committat? char. 32
- 33 An is, qui fregit saluum condictum alicui per Principem factum, crimen læsæ maiestatis committat? char. 32
- 34 An mutuans pecuniam hostibus Principis sui incidat in crimen læsæ maiestatis? char. 34
- 35 Quod delictum committere dicatur exercens carcerem priuatum? ch. 36
- 36 An denegans soluere tributum Principi in crimen læsæ maiestatis incidat? c. 37
- 37 An subditus Regis, Principis, vel Republicæ arma mouens contra eum, crimen læsæ maiestatis committat? char. 38
- 38 An qui sectas faciunt, cum partis iuramento firmatis, incident in crimen læsæ maiestatis? char. 39
- 39 An occupans sibi templum incidat in crimen læsæ maiestatis? char. 39
- 40 An maledicens Principi crimen læsæ maiestatis incurrat? char. 40
- 41 An erigens in loco furcas, sua propria auctoritate, incident in crimen læsæ maiestatis? char. 40
- 42 Si rector Prouinciae vel ciuitatis, infra quinquaginta dies, quibus tenetur stare ad syndicatum, discedat ex Prouincia vel Ciuitate, in qua fuit rector, & nolit stare ad syndicatum, quod crimen committat? char. 41
- 43 An qui scribit, et falsum recitat ad damnum Republicæ, vel Principis incident in crimen læsæ maiestatis? char. 42
- 44 An solicitans, vel concitans milites ut rebellent contra Regem, vel Rempublicam, vel solicitans, aut concitans ipsos milites, ut seditionem vel tumultum aduersus Regem, vel Rempublicam faciant, incident in crimen læsæ maiestatis? char. 42
- 45 An delerens exercitum sine superioris licetia, crimen læsæ maiestatis incurrat? c. 42
- 46 An qui tenet Arcem, seu Fortilitum in confinibus Regni, sine Principis licentia, crimen læsæ maiestatis incurrat? char. 42
- 47 Si aliquis erat Castellanus in aliquo Castro pro Rege, Principe, vel Republica, si Princeps illum amoueat, & alium Castellatum in ipso Castro destineret, scribendo illi, quod Castrum nouo Castellano a se misso consignet, & ipse id facere reculeret, an crimen læsæ maiestatis committat? char. 43
- 48 An committens collegium illicitum in crimen læsæ maiestatis incident? c. 43
- 49 An qui dolo malo egit, ne Comes, Baro, vel alius inferior obediatur Iusto Principi, crimen læsæ maiestatis incurrat? char. 43
- 50 An qui erat deputatus a Principe gubernator exercitus in aliqua Prouincia ad Principis beneplacitum, & reculauit exercitum consignare alteri Gubernatori ab ipso Principe misso ad regimen, et gubernationem ipsius exercitus, in crimen læsæ maiestatis incident? char. 44

- 51 An crimen læsæ maiestatis committat is, qui cum Principis subditus sit, cognoscens q̄ Princeps hostes suos capere, vel debellare facile potest, vt ipsius Principis fœlici successu obuiet, hostes de præparatione Principis contra eos, vt caueant ne in eius potestate veniant cōmonerit. c. 44
- 52 Si aliquis iurauit se velle Principem interficere, vel aliquod illi magnū malum facere, siue id etiam sine iuramento dixerit, an crimen læsæ maiestatis ex solo dicto, aliquo non sequuto effectu, incurrat? char. 44
- 53 An magister militum, aliusve, qui milites de alijs militibus, sine Principis licentia delegit, incidat in crimen læsæ maiestatis? char. 45
- 54 An vasallus qui morem non gerit domino feudi, in his quæ ei tenetur, secundum ius feudorum, ex eo q̄ dominus sibi non præstat ea quæ dñi feudorum præstare tenentur suis vasallis, incidat in crimē læsæ maiestatis. c. 46
- 55 An statuentes contra honorē Principis, in crimē læsæ maiestatis, incidat. c. 46
- 56 An subditi imperio, vel alteri domino, qui ab eo non defenduntur immittenente necessitate, subijcientes se alteri domino, incident in crimen læsæ maiestatis? char. 46
- 57 An qui suum conturbauerit Principē in crimen læsæ maiestatis, incidat. c. 47
- 58 An eripiens aliquem de manib⁹ curiæ, qui condemnatus erat de delicto, vel confessus, incidat in crimen læsæ maiestatis? char. 47
- 59 An corrumpens imaginem proditoris Principis, quæ ad eius proditoris infamiam p̄ista erat, utputa pede altero suspensa, incurrat crimen læsæ maiestatis? char. 48
- 60 An is, cuius opera, ope ve factum fuerit, vt Principis vel Republicæ exercitus proditorie in manus hostium incidat, vel in hostium insidijs dilabatur, in crimen læsæ maiestatis incidat? char. 48
- 61 An attentans aliquid contra Rempublicam, vel in eius præiudicium incidat in crimen læsæ maiestatis, loquendo de rebus publicis nostri temporis, quia de Republica Romanorum non erat dubium? char. 48
- 62 An falsificas Regis, vel principis monetā incidat in crimē læsæ maiestatis. c. 49
- 63 An clericus coniurationem faciens contra Regem, Principē vel Rempublicam crimen læsæ maiestatis committat? char. 50
- 64 An recipiens literas ab hostibus incidat in crimen læsæ maiestatis, char. 50
- 65 An crimen læsæ maiestatis committi dicatur contra tirannum, qui iurisdictionem sibi usurpauit? char. 51
- 66 An voluntas quæ ad actum non venit sine opere, puniatur in crimine læsæ maiestatis? char. 52
- 67 An crimen læsæ maiestatis imputari possit carenti dolo? char. 53
- 68 An non subditus aliquid machinans contra Principem, cui subditus non est, crimen læsæ maiestatis incurrat? char. 54.

R V B R I C A E.

Quis de crimine læsæ maiestatis cognoscere poscit. char. 55.

Qualiter in crimen læsæ maiestatis procedatur.

char. 57

QVAESTIONES XIX.

- Quibus modis procedi possit cōtra inculpatū de crimen læsæ maies. c. 57
- 2 An quando proceditur per viam accusationis, sit necessarius libellus accusatorius ? char. 58
- 3 Qualiter formabitur libellus in crimen læsæ maiestatis ? char. 58
- 4 Quid importent verba, sine strepitu, posita in extraug. ad reprim. ch. 59
- 5 Quid importent verba, sine figura iudicij, posita in d. extraugan. char. 60
- 6 An citatio requiratur in crimen læsæ maiestatis ? char. 61
- 7 An libellus accusatorius inepte formatus in crimen læsæ maie. ualeat. c. 62
- 8 An inquisitio in crimen læsæ maiestatis debeat esse in eadem forma, in qua est forma accusationis ? char. 63
- 9 An inquisitio fieri possit non præcedente fama in crimen læsæ maie. c. 64
- 10 An sicuti quando proceditur in crimen læsæ maiest. via accusationis citatio necessaria est, ita sit qñ per viam inquisitionis proceditur ? char. 65
- 11 Si pendente iudicio super inquisitione superueniat accusatio an cesset iudicium inquisitionis ? char. 65
- 12 Si iudex procedens in crimen læsæ maiestatis sit inimicus illius, contra quem procedit an iudicare poterit ? char. 66
- 13 An inquisitio super crimen læsæ maiestatis fieri possit cōtra diffamatum a suis inimicis ? char. 66
- 14 Vscq ad quantum tempus inquiri possit de maleficio ? char. 66
- 15 An procedi possit per denuntiationē in crimen læsæ maiestatis. char. 67
- 16 Quid sit officiū iudicis, siue procedatur per accusationē, siue per inquisitionem, seu denuntiationem in crimen læsæ maiestatis ? char. 68
- 17 An accusator in crimen læsæ maie. cogatur psequi suā accusationē. c. 69
- 18 Accusatus, inquisitus, vel denuntiatus de crimen læsæ maiestatis citatus quod veniat ad se defendendum, si non compareat in termino ei in citatorio assignato, an damnari debeat ? char. 70
- 19 An in crimen læsæ maiestatis processus contra reum formatus publicari debeat ? char. 70
- 20 An crimen læsæ maiesta. simul cū poena morte rei extinguitur ? char. 71
- 21 An aliqui sint citandi cum proceditur contra defuncti memoriam in crimen læsæ maiestatis ? char. 72
- 22 Quando proceditur contra reum criminis læsæ maiestatis iam mortuum qualiter pronuntietur ? char. 72
- 23 Quanto tpe duret ius accusandi memoriam defuncti post rei obitum ? c. 73
- 24 An in omni casu criminis læsæ maiestatis damnetur defuncti memoria post eius obitum ? char. 73
- 25 Si fiat statutum in ciuitate, q in crimen læsæ maiestatis, vel oppugnatæ patriæ damnari possit defuncti memoria, & eius bona confiscari post rei obitum

rei obitū in his casibus , in quib⁹ cessante dicto statuto id de iure alias
fieri posset, an dictum statutum valebit ? char. 74

26 An dānabitur defuncti memoria, si offendat maiestas Reip. Venetæ. c. 75

27 Quis teneatur probare an accusator, vel fiscus crīmē lēsē maiestatis fuis-
se ab eo cōmīssum, cuius memoria vult damnari , an hāredibus onus
probandi innocentiam defuncti? char. 75

28 An interuenire possit Aduocatus quando agitur de damnanda defuncti
memoria? char. 76

29 Quanto tempore duret ius accusandi in crīmē lēsē maiestatis? char. 77

*Liber secundus continet infrascriptas
Rubricas, & Quæstiones.*

R V B R I C A .

Qui accusare possint in crīmē lēsē maiestatis. char. 78

QVÆSTIONES XIX.

1 An Forensis admittatur ad accusandum in crīmē lēsē maiest. char. 78

2 An mulier admittatur ad accusandum in crīmē lēsē maiestatis? ch. 78

3 An frater in crīmē lēsē maie. admittatur ad accusandū fratrem? ch. 79

4 An infamis admittatur ad accusandū in crīmē lēsē maiestatis? char. 80

5 An socius criminis admittatur ad accusandū in crīmē lēsē maiest. ch. 80

6 An inimicus admittatur ad accusandum in crīmē lēsē maiestatis. ch. 81

7 An pupillus admittatur ad accusandū in crīmē lēsē maiestatis. char. 82

8 An filius admittatur ad accusandū patrē in crīmē lēsē maiestatis? ch. 82

9 An pater filium de crīmē lēsē maiestatis accusare poterit? char. 83

10 An miles in crīmē lēsē maiestatis accusare poterit? char. 84

11 An seruus dominum accusare poterit in crīmē lēsē maiestatis? char. 85

12 An vasallus dominum accusare poterit de crīmē lēsē maiestatis? ch. 85

13 An libertus dominum accusare possit de crīmē lēsē maiesta. char. 85

14 An alimētatus alimētatorē suū accusare possit de crīmē lēsē maiest. c. 86

15 An maritus & vxor inuicē se accusare possint de crīmē lēsē maiest. c. 86

16 An ille qui erat in coniuratione contra Principer, vel Rēpublicam, si
reueleret eam impunitatem mereatur? char. 87

17 An laicus clericum accusare possit de crīmē lēsē maiestatis? char. 88

18 An sacerdos teneatur reuelare si audiuit aliquem in confessione, qui ei di-
xit, q̄ crimen lēsē maiesta. contra Principe committere volebat. c. 89

19 An locutus criminis lēsē maiestatis si locutum accuset & non probet, sal-
tim excusatetur, a poena præsumptæ calumniae? char. 90

R V B R I C A .

Quomodo, & per quos crimen lēsē maiestatis probetur. char. 91

QVAESTIONES XXX.

- 1 An ex confessione rei proberetur crimen? char. 91
- 2 An inimicus in crimine læsæ maiæ admittatur ad testificandum? char. 95
- 3 An infamis in crimine læsæ maiestatis admittatur in testem? char. 97
- 4 An accusati de criminis, pendente iudicio, possint esse testes in crimine læsæ maiestatis? char. 98
- 5 An infames admittatur ad probandum adminicula criminis læsæ maiæ. c. 98
- 6 An mulier possit esse testis in crimine læsæ maiestatis? char. 99
- 7 An socius criminis admittatur ad testificandum in crimine læsæ maiæ. c. 100
- 8 An testes singulares probent in crimine læsæ maiestatis? char. 101
- 9 An frater contra fratrem in crimine læsæ maiæ. testificari cogatur? c. 102
- 10 An Iudeus poterit esse testis in crimine læsæ maiestatis? char. 103
- 11 An perius in crimine læsæ maiestatis admittatur in testem? cha. 104
- 12 An minor in crimine læsæ maiestatis testis esse possit? char. 104
- 13 An meretrix poterit esse testis in crimine læsæ maiestatis? char. 105
- 14 An clericus contra laicum admittatur in testem in crimine læsæ maiestatis? char. 106
- 15 An laicus admittatur ad testificandum contra clericum in crimine læsæ maiestatis? char. 106
- 16 An servi, criminosi, & infames admittantur in testes contra clericos in criminis læsæ maiestatis? char. 107
- 17 An servi, criminosi, infames, & alias inhabiles admittantur ad excusandum reum inculpatum de crimine læsæ maiestatis? char. 107
- 18 An crimen læsæ maiestatis per duellum probari possit? char. 108
- 19 An standum sit assertioni Principis dicentis aliquem commissile crimen læsæ maiestatis contra se? char. 109
- 20 An testes qui deponunt audiuisse aliquos coniurantes contra Principem, mediante curtina, vel tenui pariete, vel alicuius muri fissura, probent in crimine læsæ maiestatis? char. 110
- 21 An crimen læsæ maiestatis per instrumentum probari possit? char. 111
- 22 Conspiratio, quid sit, & quid coniuratio? char. 112
- 23 Accusatus, inquisitus, vel denuntiatus veniam petens, an delictum fateri videatur? char. 112
- 24 In crimine læsæ maiestatis, an ex solo dicto Socij criminis quis ad torturam ponи possit? char. 113
- 25 An unus testis in crimine læsæ maiæ. inditium faciat ad torturam? char. 114
- 26 An iudex procedere debeat ad torturam contra imputatum de crimine læsæ maiestatis, sine indicijs solemniter receptis? char. 114
- 27 An docttor, & miles torqueri possint in crimine læsæ maiestatis? ch. 115
- 28 An clerici torqueri possint in crimine læsæ maiestatis? char. 115
- 29 An presumptionibus probari possit crimen læsæ maiestatis? char. 116

o 3 Accusatus in criminis læsæ maiestatis, accusatore non probante, an absolu-
tui debeat? char. 117

R V B R I C A.

De poenis committentium crimine læsæ maiestatis.

char. 118

Q V A E S T I O N E S X X X V I I .

- 1 Quibus poenis olim puniebantur rei criminis læsæ maiestatis? char. 118
- 2 An bona rei criminis læsæ maiestatis extra territorium condemnantis exi-
stentia, veniant in confiscatione honorum? char. 119
- 3 An bona alienari prohibita veniant in confiscatione honorum? char. 120
- 4 An ius patronatus veniat in generali confiscatione honorum rei criminis
læsæ maiestatis? char. 121
- 5 An feudum veniat in generali cōfiscatione honorum in criminis læsæ ma-
iestatis? char. 122
- 6 An in confiscatione honorum rei criminis læsæ maiestatis veniant bona
emphiteuticaria? char. 123
- 7 An in confiscatione honorum, veniant etiam bona futura? char. 124
- 8 An hæreditas delata condemnato de criminis læsæ maiestatis, antequam
condemnaretur, nondū tñ adita, veniat in confiscatione honorū? c. 124
- 9 An pater teneatur dare fisco legitimam filij condemnati de criminis læsæ
maiestatis? char. 125
- 10 An peculium profectum veniat in confiscatione honorum filij condé-
nati de criminis læsæ maiestatis? char. 125
- 11 An peculium aduentitium veniat in confiscatione honorum filij cōdem-
nati de criminis læsæ maiestatis? char. 126
- 12 An peculium castrense, vel quasi, filio condemnato de criminis læsæ maie-
statis, veniat in confiscatione honorum? char. 126
- 13 An publicatis bonis patris ob crimen læsæ maiestatis veniat peculii pro-
fectum, aduentitium, vel castrense? char. 126
- 14 An legata, & hæreditates delatae ei, qui crimen læsæ maiestatis commisit,
fisco obueniant? char. 127
- 15 Legitima detrahenda per condemnatum de criminis læsæ maiestatis, gra-
uatum restituere hæreditatē s̄i sine filijs decederet, cui applicabit? c. 127
- 16 Primogenito condemnato de criminis læsæ maiestatis, qui post patris obi-
tum in feudo successit, cui applicabitur eius feudum? char. 127
- 17 Si unus ex duobus fratribus qui inter se feudum diuiserūt, committat cri-
men læsæ maiestatis, cui eius portio deueniat? char. 128
- 18 Damnato filio de criminis læsæ maiestatis, mortuo postea eius patre, an
fiscus eius legitimam capiat? char. 128
- 19 An v̄lusfructuario damnato de criminis læsæ maiestatis, v̄lusfructus in
fiscum deueniat? char. 128
- 20 An filius, qui crimen læsæ maiestatis commisit, si ad gratiam restituatur,

- feudum recuperet? char. 129
 21 Prīmogenitus habens feudum crīmen lēsē maiestatis commīsīt propter
 quod illud amīssit, & ipse ac eius filij facti sunt incapaces, ideo feudum
 ad secundogenitū deuenit, si filius primogeniti restituatur, an feudū
 ad eum transeat? char. 130
 22 Restituto prīmogenito qui erat damnatus de crīmine lēsē maiē. an filius
 ei natus post delictum commissum restitutus intelligatur? char. 130
 23 An committens crīmen lēsē maiestatis statim amittat administrationem
 bonorum suorum? char. 131
 24 An alienationes factae post crīmen lēsē maiē. cōtractū sīnt nullæ? c. 131
 25 An committens crīmen lēsē maiestatis amittat dominium bonorum
 suorum ipso iure, vel requiratur sententia? char. 132
 26 An reus criminis lēsē maiestatis, pendente accusatione, alimētari debeat
 de bonis suis? char. 133
 27 An debitor illius, qui commīsīt crīmen lēsē maiestatis, ei soluendo, a de-
 bito liberetur? char. 134
 28 An accusatus de crīmine lēsē maiestatis, pendente accusatione, testari po-
 terit? char. 134
 29 An reus criminis lēsē maiestatis gaudeat beneficio præscriptionis. c. 135
 30 An clericus committens crīmen lēsē maiestatis contra Principē, vel Re-
 gem, priuari possit beneficijs ecclesiasticis? char. 135
 31 An qui crīmen lēsē maiestatis commīsīt, succedere possit alicui ex testa-
 mento, vel ab intestato? char. 136
 32 An aliquæ pœnæ locum habeant contra reum criminis lēsē maiestatis
 defunctum? char. 136
 33 An flet aliqua iniuria cadaveri rei criminis lēsē maiestatis pendente accu-
 satione mortui? char. 137
 34 An damnatus pro crīmine lēsē maiestatis, si extra patriam moriatur, in
 patria sepelliri possit? char. 137
 35 An domus damnati de crīmine lēsē maiestatis destruī debeat. char. 138
 36 An vxor prohibere possit, ratione suæ dotis, ne domus mariti rei crimi-
 nis diruitur? char. 139
 37 Si domus rei criminis lēsē maiestatis, dum diruitur det damnum domui
 vicini, quis de tali damno teneatur? char. 139

Liber tertius continet infra scriptas
 Rubricas, & Quæstiones.

R V B R I C A.

De pœnis quas filij incurruunt patre committente crīmen lēsē maiē, c. 141

QVABESTIONES XXXII.

- 1 An filius puniatur ex delicto patris in crimen læsæ maiestatis? char. 141
- 2 An filius committentis crimen læsæ maiestatis capiat bona ex donatione matris? char. 142
- 3 An filius damnati de crimen læsæ maiestatis, sit capax donationis causa mortis sibi per matrem factæ? char. 142
- 4 An filius damnati de crimen læsæ maiestatis priuetur feudo? char. 143
- 5 An dispositio l. quisquis. C. ad leg. iul. maiestat. locum habeat in filijs iam natis? char. 143
- 6 An filij emancipati a patre, ante commissum crimen læsæ maiestatis puniatur? char. 144
- 7 An filij naturales commisso crimen læsæ maiestatis per patrem puniantur? char. 145
- 8 An l. quisquis. C. ad leg. iul. maiesta, locum habeat in hæredibus secundi gradus? char. 146
- 9 An filius clericus, patre committente crimen læsæ maiestatis, priuetur beneficio ecclesiastico? char. 147
- 10 An filij rei criminis læsæ maiestatis puniantur qualitercunq; per patrem hunc delictum sit commissum? char. 147
- 11 An filius, patre committente crimen læsæ maiestatis contra Papam, vel eius Cardinales, priuetur beneficijs ecclesiasticis, quæ obtinet? char. 148
- 12 An filij committentium crimen læsæ maiestatis in Princem, vel eius consiliarios, repellantur ab honoribus ecclesiasticis, & etiam ab ordinibus? char. 148
- 13 An filij, patre damnato de crimen læsæ maiestatis in contumaciam, quia noluit comparere, puniantur? char. 149
- 14 An filiae committentis crimen læsæ maiestatis incident in poenis, in quibus incident filij? char. 149
- 15 An filia damnata de crimen læsæ maiestatis dotari debeat a fisco, in quæ bona patris deuenerunt? char. 152
- 16 An Hermaphroditus, patre committente crimen læsæ maiestatis puniatur sicut cæteri filij eiusdem? char. 153
- 17 An commisso crimen læsæ maiestatis in Princem per matrem filij puniantur, sicuti puniuntur quādo pater huiusmodi crimē cōmisit? c. 155
- 18 An vxori noceat crimen læsæ maiest. commissum per eius maritū? c. 156
- 19 An vxor sequens maritum reum criminis læsæ maiestatis incurrat aliquam poenam? char. 157
- 20 An vxor receptans virum bannitum pro crimen læsæ maiestatis teneatur poena receptatorum? char. 157
- 21 An vxor teneatur alere virum suum bannitum pro crimen læsæ maiestatis, vel pro alio delicto? char. 158

- 22 An pater ex delicto filij committentis crimen læsæ maiestatis aliquam
poenam incurrat? char. 158
- 23 An dispositio l. quisquis præsertim in s. filij vero C. ad leg. iul. maiesta lo-
cum habeat in omnibus capitulis criminis læsæ maiestatis? char. 159

R V B R I C A.

De proditoribus.

Q V A E S T I O N E S I X .

- 1 Proditor quid sit? char. 161
- 2 An proditor dicatur qui iustitiam barratauit? char. 162
- 3 An filius si sit proditor patriæ, vel domini sui, ex hoc poterit a patre exha-
redari? char. 164
- 4 An proditor a duello repellatur? char. 164
- 5 An vasallus si fuit proditor domini sui feudum amittat? char. 164
- 6 Qua poena puniatur proditor Principis, Regis, vel domini sui? char. 165
- 7 Si quis fuit proditor Principis, & tandem ad gratiam restitutus, si post hu-
iusmodi restitutionem aliquis illum proditorem vocet, an iniuriarum
agere possit contra nominantem ipsum proditorem? char. 165
- 8 An arma damnati de proditione per eum contra Principem commissa, et
propterea banniti, de picta in ciuitate, a qua ipse ob tale delictum exul-
factus est, deleri debeant? char. 166
- 9 An proditor, & rebellis inter se differant? char. 167

R V B R I C A.

De rebellibus.

Q V A E S T I O N E S XX VI .

- 1 Rebellis quis dicatur? char. 167
- 2 An rebellis Imperij dicatur qui se imperio subditū fatetur, sed odio perso-
næ imperatoris rebellat? char. 168
- 3 An is qui officiali Principis parere recusat rebellis dicatur? char. 168
- 4 An rebellis dicatur qui coacte, & per metum rebellionem fecit? char. 169
- 5 Quid sit machinare contra Imperium? char. 169
- 6 An esse rebellem Imperij, vel esse in odium Imperij idem sit? char. 170
- 7 Sihi qui libertatem ab Imperatore recognoscunt, siue ex privilegio, siue
ex Imperatoris patientia imperio sint rebelles, an priuari possint liber-
tate? char. 170
- 8 An quis possit esse rebellis occulte? char. 171
- 9 An vasallus teneatur obedire domino rebelli cui ante rebellionem præsti-
terat iuramentum fidelitatis? char. 171
- 10 An ciuitates quæ a tirannis per vim capiuntur vel occupantur, qui tiranni
hostes imperij sunt, rebelles dicantur? char. 171
- 11 An per rebellionē subditorum Princeps sua possessione priuetur. ch. 171
- 12 An communitas rebellando cōtra suum dominum crimen læsæ maiesta-

- tis committere dicatur? char. 172
- 13 An Castrum rebellans propriae Ciuitati cōmittat crimē læsæ maiē. c. 173
- 14 An ex sola assertione Principis afferentis aliquem esse suum rebellem, ille probetur rebellis? char. 173
- 15 Stante statuto, q̄ extante masculo filia non succedat, an si filius sit rebellis filia succederet? char. 174
- 16 Si ex decreto ciuitatis aliquis sit factus rebellis ipse & sui, an sub illo verbo, sui, filiæ foeminae comprehendantur? char. 174
- 17 Si Castra rebellanti fuerint ablata bona, & post modum sequuta reconciliatio, an ex sola reconciliatione intelligentur illi restituta bona. c. 174
- 18 An extraugans, qui sint rebelles, locum habeat contra eos, qui rebellant contra Regem, vel Principem, vel contra propriam ciuitatem. cha. 175
- 19 An bona rebellium vendita propter bonum publicum restitui possint ipsiis rebellibus. char. 176
- 20 Si filius feudatarij sit rebellis, & in rebellione moriatur viuo patre, reliquo filio vel filia, demum pater defuncti rebellis moriatur, & sic auus, an feudum quod auus viuens tenebat ad fiscum transeat, vel ad nepotem ex filio rebelli. char. 176
- 21 Si subditus alicuius Principis arma summat contra Principem confederatum Principi suo an ab eius Principe tanquam suus rebellis puniri poterit. char. 176
- 22 Si aliquis diffamatur esse rebellem cum non sit, quo remedio sit illi succurrendum, ne huiusmodi infamia laboret. char. 177
- 23 Quid faciendum sit de insigniis rebellium pictis, aut sculptis in ciuitate. c. 177
- 24 An q̄ rebellat contra officiales Principis crimen læsæ maiæ, incurrat. c. 177
- 25 Rebelles quibus poenis subiaceant. char. 178
- 26 Quando bona rebellium tempore rebellionis alijs personis concessa sunt, an facta pace primis eorum dominis sint reddenda. char. 178

R V B R I C A.

De pluribus & varijs quæstionibus. char. 179

Q V A E S T I O N E S X I X.

- 1 An Rex, seu Princeps, contra quem fuit commissum crimen læsæ maiestatis, etiam non notorie delinquentem bonis suis priuare possit, quamvis non vocatum neq̄ conuictum. char. 179
- 2 An sola Scientia sit punibilis in crimine læsæ maiestatis, nō subsequito aliquo consensu, consilio, vel facto. char. 180
- 3 An is qui commisit crimen læsæ maiestatis confugiens ad ecclesiam, inde extrahi possit, inconsulto Romano Pontifice, vel alio ab eo auctoritem habente. char. 181
- 4 An valeat statutum, q̄ in crimine læsæ maiestatis puniantur etiam fratres delinquentis, ne repidi & remissi sint circa fratribus suorum insolentias

- cohibendas, & reprehendendas. char. 18,
- 5 An filius patrem damnatum pro crimine læsæ maiæ alere teneatur. c. 184
- 6 Si filius crimen læsæ maiestatis commisit pro quo decapitari deberet, per patrem sponte sua Principi contra quem commisit præsentetur, an decapitari debeat? char. 184
- 7 An licitum sit filio patrem damnatum de crimine læsæ maiestatis impune occidere, & econtra patri filium? char. 185
- 8 An statutum concedens abolitionem criminum delinquentibus, comprehendat etiam reos criminis læsæ maiestatis? char. 187
- 9 An licitum sit supplicare Papæ, vel Principi pro his, qui læsæ maiestatis crimen in eos commiserunt? char. 187
- 10 Qua pena puniantur receptatores reorum criminis læsæ maiest. cha. 188
- 11 An quis possit petere sibi a Principe concedi bona condemnati de criminis læsæ maiestatis? char. 189
- 12 An confiscatis bonis delinquentis, volentibus eius creditoribus sibi satisficeri in dictis bonis, fisco ante omnia satisficeri debeat de expensis? c. 189
- 13 An detur appellatio in crimine læsæ maiestatis? char. 190
- 14 Quis dicatur perduellis? char. 191
- 15 An crimen læsæ maiestatis, & crimen simoniæ æquiparentur? char. 192
- 16 An habens priuilegium ab Imperatore, qd possit eos qui ad supplicium ducuntur liberare, possit liberare damnatum de crimine læsæ maiestatis. char. 194
- 17 An faciens parentelam, vel confederationem cum inimico domini sui censeatur illius hostis, & rebellis, ita qd feudo priuari debeat. char. 195
- 18 Confederatus alteri Principi, si demum feudum habuerit ab Imperatore, an impune possit defendere confederatum, cui Imperator bellum mouit. char. 195
- 19 Filius praeteritus a patre, si crimen læsæ maiestatis committat, an querela in officio fisco competit. char. 196



HIERONYMI GIGANTIS IVRISCONSVLTI FORO- SEMPRONIENSIS DE CRIMINE LAESEA MAIESTATIS. LIBER PRIMVS.

S V M M A R I V M .

- 1 Lex maiestatis apud Athenienses seruata fuit.
- 2 Lex maiestatis, Cornelia a Cicerone nuncupata.
- 3 Lex maiestatis læse, cur Iulia nuncupetur?
- 4 Lex Iulia de adulterijs, non ab ipso Iulio Cesare, sed ab Augusto lata fuit.
- 5 Julius Cesar primus fuit Imperator.
- 6 Julius Cesar primus Imperator legibus condendis, & ordinandis intentus fuit.
- 7 Crimen læse maiestatis contra Imperatorem, primo contra Iulium Cesarem primum Imperatorem commissum fuit.

De origine legis criminis læse maiestatis, & cur Iulia dicta sit?



R A C T A T V R V S materiam criminis læse maiestatis, quam sparsim doctores varijs in locis, non copiose, sed admodum breuiter examinant, & ego illam in vnum colligere, iuris studiosis cōmodo, & utilitati studens, cum de creuerim, operæpretiū, quin potius necessariū arbitratus sum, imprimitis legis prædictæ originē querere, cū incōue Hierony. Gigas. A.

TRACTA. DE CRIM.

niēs sit , omīssis initijis atq; origine non repetit; , illotis (vt ita dixerim) manibus, protinus materiam aggredi. Sacram maiestatis legem vna cum prīscis regibus, & prīcipibus ipsiſ inter mortales initium habuisse , repe-
rio , disparitamen ordine, pro varia seculorum & prīcipum conditione instituta, & obſeruata fuit, summo terrore ac religiōe, præcipue apud bar-
baras nationes, perpetuo incultu fuit, vt vel Regem libero inspexisse vul-
tu, capitale foret. † Apud Atheniēles eam seruatam fuisse, in lege duode-
cim tabularum cōpertum est , vt attestatur Vulpianus Iurisconsultus in l.
lex duodecim tabularum ff.ad leg.iuli.maiesta. demum legem Apuleius
tulit, q; publicam minuens maiestatem capite puniretur , vt testatur Ay-
ma. Riual. in sua histor.iuris canonici, & ciuilis, numero 147. Hanc maie-
statis legem † a Marco Tullio in Pisonem, Corneliam appellari legimus.
vbi his vtitur verbis, exire de prouincia, educere exercitum , bellum sua
sponte gerere in regnum, iniussu populi , aut senatus accedere , quæ cum
plurime leges veteres , tum lex Cornelia maiestatis , Iulia de pecunijs re-
petundis, plenissime vetant, Apud † Iurisconsultos autem libr.xlvij. Di-
gestorum eam Iuliam nuncupari videamus, et itidem libro nono Codicis,
sed in neutro diſtorum locorum mentio fit, quis eius legis Iuliæ maiestati-
s auſtor fuerit, neque id haſtenus apud ullum satis receptum scriptorem
mihi reperire contigit . Si integra veterum Iurisconsultorum monumen-
ta extarent, dubio procul, id cū pluribus alijs minime desideraretur , Cur
autem a Iurisconsultis ea Iulia appelletur : Odofredus in rubrī. C.ad.l.
iuli.maiestatis.eam a Iulio Cesare editam, sic appellari dixit, nullius tamen
auſtoritate hoc comprobat, nec a denominatione huiusmodi consequen-
tia fieri potest , si quidem † lex Iulia de adulterijs non ab ipso Iulio Ce-
sare, sed ab Augusto lata fuit, vt testatur Vulpianus Iurisconsultus in l.pri-
ma. ff.ad legem iuli.de adulterijs. & Suetonius Tranquillus in vita Augu-
sti, & tamen Iulia appellatur , gloſ.in verbo , Augusti , in dicta l. prima.
eam de adulterijs a Diuo Augusto , vel a Caio , vel ab Ottiano latam
fuisse afferit, demum quærerit cur dicta sit Iulia, si non a Iulio Cesare, sed ab
vno prædictorum emanauit , & quæſito ſpondens dicit , ideo ſic di-
ctam, quia Iulius Cesar primus eam induxit, ſed morte præuentus perſi-
cere non valuit, Caius autem cum eam perfecifset, illam a nomine Iulij Ce-
ſaris eius auunculi maluit, quam a ſe nominari, nec in iſta opinione perſi-
ſteins subdit, vel dic eam originaliter a Caio traditam, licet eam a Iulio Ce-
ſare eius auunculo nominare voluerit , † cum ipſ primus fuerit imperator:
Ioan. Coraſius Tholofas elegans doctoꝝ, amicissimus meus, in libello ſuo
Miscelanearum, capitulo primo, numer. 8 dixit, prædictam legem Iuliam
de adulterijs ab Augusto conditam, Iuliam appellari, quia ſic placuit Au-

- gusto in honorem Iulij Cesaris a quo haeres in testamento institutus fuit cum alias ipse incontinens esset cur autem maiestatis lex iulia dicta sit cogitanti mili duo in mentem cadunt primum quod eam Iulius Cesar introduxerit quia cum ipse crimen laesae maiestatis contra patriam commisserit praecauere voluisse ex quo primus Romae Imperator esset effectus ut metu poenae nullus auderet homini nefandum facinus contra se aggrediri: tunc fuit enim Iulius Cesar legibus condendis & ordinandis intentus ut legitur apud Suetonium Tranquillum in vita ipsius Cesaris qui scribit quod ipse Iulius Cesar ius civile ad certum modum redigere atque ex immensa diffusaque legum copia optima quæque & necessaria in paucissimos conferre libros data de hoc Marco Varroni cura destinauit morte autem præuentus id efficere non valuit, tunc secundum quod lex praedicta lata fuerit ab Augusto Ottaviano vel Caio postquam occisus fuit Iulius Cesar & sic ab intersectoribus crimen laesae maiestatis, commissum fuerat, illam iuliam nominari voluisse in honorem Iulij Cesaris qui fuit primus Imperator contra quem commissum fuit huiusmodi crimen, si quidem per antea contra reipublicam Romanorum committebatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Maiestas duplex est.
- 2 Maiestas humana quadruplex est.
- 3 Maiestas Papæ omnium maior est.
- 4 Papa uices dei gerit in terris.
- 5 Imperator iurat fidelitatem Papæ.
- 6 Maiestas dicitur Imperatoris.
- 7 Maiestas dicitur Regis.
- 8 Maiestas dicebatur Populi Romani.
- 9 Populus Romanus omne ius suum in Principem transluit.
- 10 Venetorum Respublica succedit loco Reipublicæ Romanae.
- 11 Venetiarum ciuitas noua Roma vocatur.
- 12 Venetorum Respublica neminem in temporalibus superiorum recognoscit.
- 13 Venetiarum ciuitas libera est.
- 14 Veneti Imperatorem recognoscere non tenentur.
- 15 Venetiarum ciuitas in suis terris omnia potest quæ Imperator in suis.
- 16 Venetorum Respublica maiestatem habet. Et ciuitas Venetiarum est aliarum ciuitatum Regina.
- 17 Subditus qui contra statum Venetorum machinatur crimen laesae maiestatis committit.

T R A C T A . D E C R I M .

- 18 Maiestas etiam Pretori attribuitur.
- 19 Guelfe & Ghibellini partis nulla est maiestas.
- 20 Maiestas dicitur etiam Principis gubernantis per se suos subditos.
- 21 Quilibet liber populus maiestatem habere uidetur.
- 22 Maiestas est non nisi magnitudo sive dignitas.
- 23 Maiestas apud veteres Dea credita est.
- 24 Maiestas unde dicitur.

Quotuplex sit maiestas.

- M**AIES T A S duplex est Diuina & Humana aut. ga-
zaros. C. de haereti. c. duo sunt. xcvi. distin. & habetur per
Bald. in consil. l. ix. licet eleganter col. i. in princ. in i. volu. &
Nellum in tracta. bannitorum. in i. parte secundi temporis
q. xvi. Diuina vnica est quia unus Deus scriptum est. n. Ma-
the. ca. iiiij. Deum tuum adorabis & illi soli seruies, & in de-
cem praeceptis quae nobis seruanda Christus seruator noster reliquit simili-
ter scriptum est: unum cole Deum. Ad idem tex. in l. i. C. de sum. tri. et fide
2. cath. t. Humanam vero maiestatem triplicem esse testantur scribentes vi-
delicet Imperatoriam, Regiam, & Populi Romani. At ego dixerim qua-
druplicem esse principaliter Pontificiam, Imperatoriam, Regiam & Po-
3. puli Romani olim, nunc vero extinctam. t. Harum autem maior est Pon-
tificia. Pontifici etenim universalis ecclesiae Imperium a Deo datum est.
4. xxij. distin. c. i. t. & Pontifex Iesu Christi seruatoris nostri cuius vices in ter-
ris gerit locum obtinet c. inter corporalia in prin. in versicu. non enim hu-
mana de transla. episco. quin immo. dicitur in c. quanto s. i. eodem titul. q.
non puri hominis sed veri dei in terris vices gerit & habetur per Catald.
de Boncompa. in tracta. suo de potesta. papae colum. v. versic. summa est.
5. t. Hinc est q. Imperator vti inferior fidelitatem papae turare tenet 1xij.
distin. c. tibi domino. de quo plene scribitur in clemen. Romani de iure*ut*.
& q. Pontificia maiestas Imperiali maior sit probat. text. in c. solite beni-
gnitatis. de maiori. & obedien. & habetur per Nicol. Boer. in tract. suo de
fedit. in vi. praesupposito. in versicu. idem si conspirat contra papam nu-
me. 17. Ad idem tex. in c. si im perator. xcvi. distin.
6. t. Post Pontificiam Imperialis sequitur maiestas, de qua in phe. insti. in
prin. & in l. quisquis. circa princ. C. ad l. iul. maiest. & in l. vlt. in prin. C. de
legib. ibi quid. n. maius quid sanctius imperiali maiestate; ad idem tex. in l.
7. apertissimi in fi. C. de iudi. t. Post Imperiale Regia se offert maiestas de
qua in l. i. C. vt nemo priuat. ibi Regie maiestatis & in constitutio. Federi.

- in ti.de pace tenen.in vsib.feud.vbi Math.de Affl.iij.not.
- 8 † Quarto Rōmāni populi maiestas dicebatur. Cicer.in iij.Phil.Tantus autem consensu[m] municipiorum, coloniarūque prouincie Gallie ut omnes ad au[tem] toritatem huius ordinis maiestatemq[ue] populi Roman[i] defendendā conspirasse videantur. Et idem Cic.in oratio.pro Rabirio. Inquiens operamq[ue] darent vt imperium populi Roman[i] maiestasc[que] conseruaretur. Et de maiestate populi Roman[i] habetur in l.i.ff.ad l.iul.maesta.Ista autē maiestas Roman[i] populi iam diu extinta est. † Roma enim omne fūs suum in Principem transtulit, vt habetur in l.i.ff.de consti.prin.& in l.i.ff.de offic.præfet.præto.& per Andre.de Iser.in sua gl.super constitutio.Regni in principi[num] nume. 2.
- 10 † Loco autem Romanæ Reipublicæ inclita Venetorum succedit Res publica, vnde de ealoquens Rapha.Fulgo.in confi.lxij.in iij.colum.sic scripsit. † Nouorem aut̄ Romam intelligo rempublicam Venetorum, quæ in sua ditioni suppositos nouioris Rōmæ prærogatiua letatur. Cum et consil.lxxij.in fin.ciuitatem Venetiarum communem omnium patriam esse dixit. † Et iure merito Venetorū respublica Romanæ olim reipublicæ letatur prærogatiua quia sicuti illa dum viguit neminem vñquam superiorem recognovit sic pariter & illa Venetorum neminem nisi Deum optimum maximum in temporalibus superioribus habet, quod ea ratione esse dicit potest, quia † ciuitas Venetiarum cum sit in mari fundata libera est, vt scribit Bal.in rubri.ff.de rerum diui.col.iij.in versicu,circa edifitia quæro.Idem tenet Ioan.Fran.Ripa in l.i.nu.8.ff.de acquir.pol.vbi dixit.
- 14 † Dominos Venetos nō teneri recognoscere Imperatorem, & idem scribit in l.insulam.nu.22.ff.de verb. oblig.Hoc idem firmat Bartho.Cepo. in tracta.de serui.rusti.prædio,in c.de mari nu.4.& Iaf.in l.cunctos populos in repeti.col.xix.C.de sum.trini.& fid.cath.& idem Iason confi.lxx.
- 15 col.i.in iii.vol[u].in quibus locis scribit q[ue] † ciuitas Venetiarum non recognoscit Imperatorem immo in suis terris vim imperatoris obtinet, & omnia potest quæ Imperator in suis.
- 16 † Nulli ergo dubium ciuitatem Venetiarum, quam soleo appellare aliarum ciuitatum Reginam maiestatem habere.Nec obstat q[ue] Bal.in confi.lix.licet eleganter in i.vol[u].dixerit, q[ue] aliarum ciuitatum citra Romanam nulla est maiestas quia eius opinio, non procedit, in ciuitate Venetiarum per supradicta contra crimen laesæ maiestatis committi dicitur, vt voluit.
- 17 Pau.de Ca.in l.ijj.versi.item nota tex.C.de epis.audien.vbi dicit q[ue] † crimen laesæ maiestatis committitur quando per subditum fit contra statum seu regim[en] ciuitatis quæ per seipsum non per aliū regitur, vt est ciuitas Venetiarum.Idem tenuit Præposi.in c.in primis in s.de persona col.vii.

T R A C T A . D E C R I M .

versi. tertio dicitur. ij. q. i. vltra prædicta.

- 28 † Attribuitur etiam maiestas prætori ut in l. si familia. ff. de iurisdi. omni. iudi. & ibi per Alexan. & Claud. de Seisello in princ. ibi secundo pondera ad idem est tex. in l. penul. ff. de iusti. & iure & nor. Math. de Affli. in titulo de pace tenen. & eius violat. col. i in ij. nota. in vslib. feudo. & idem dixit Socinus consil. xxij. sequendo ordinem col. ij. versi. sed hoc aduertendum in primo vol. Hinc est q̄ actio popularis est contra eum qui prætoris maiestatem contemplat quia quilibet de populo contra eum agere vel excipe re poterit, ita voluit Dynus in consil. xxix. prima quaestio circa medium argumen. ff. de iurisdi. omni. iud. l. si quis id. & l. si familia publice enim interest prætorum decreta non contemni. ff. ad trebel. l. seruo inuito. s. si prætor. & dixit Soci. in dicto cōsili. xxij. q̄ p̄t partis Gelfae & Gibillinae nulla est maiestas, quia hæ sunt duæ sectæ approbatæ solū in locis in quibus viget, quod voluit etiam Bald. in consilio lxi. in primo volumi. & Nellus in tractatu bannito. in prima parte secundi temporis, quaestio. xvi.
- 29 † Dicitur etiam maiestas cuiuscunq; Principis dominium habentis & per se suos subditos gubernantis ad quod facit tex. in l. digna vox. C. de legibus. & tex. in l. ij. C. de episco. audien. Quinimmo, † quilibet liber populus maiestatem habere videtur, vt voluit Lucas de Pen. in lege prima column. ij. in fin. C. de exacto. prædio. fiscal. libro undecimo dicitur etiam maiestas magnitudo dignitatis iuxta illud Ouidij in quarto Metamorf. Non bene conueniunt nec in una sede morantur maiestas & amor.
- 30 † Dea quoque apud antiquos credita est esse maiestas, honoris ac reverentie filia, de qua libro quinto Fastorum sic alludens scripsit Ouid.

Donec honos placidoque decens reverentia uultu
Corpora legitimis imposuere thoris
Hinc satu maiestas que mundum temperat omnem
Quisque die partu est edita magna fuit
Nec mora consedit medio sublimis Olympo
Aurea purpureo confitienda sinu.

Et Ursus.

Absidet ipsa Ioui Iouis est fidissima custos
Et prestat sine uis sceptra tenere Ioui
Venit & in terras coluerunt Romulus illam
Et Numa: mox alij tempore quisque suo.

- 31 † Dicitur autem maiestas quasi maior statis vel potestas ita dixit Ol- dra. consilio xlij. item queritur utrum columna secunda, versiculo circa

sextum, quem refert & sequitur Præpositus in c. in primis in s. de persona , colum. vi. versiculo pro declaracione. ij. q. i. idem dixit Alberic. in l. quisquis. col. vi. in versic. circa primam quæstionem. C. ad legem iuli. maiestat. & hinc dicitur crimen læse maiestatis, quia maior stans , seu maior status offenditur, & propterea quando non subditus committit in Principe, quia Princeps ille cui talis non est subditus, quo ad se, non est maior stans, crimen læse maiestatis committere non dicitur , de quo late dicam, infra suo loco.

S V M M A R I V M .

- 1 Crimen læse maiestatis quid sit, secundum Vulpianum?
- 2 Diffinitio Azois.
- 3 Diffinitio totum diffinitum euacuare debet.
- 4 Omnis diffinitio per quam non cognoscuntur accidentia propria subiecti , non dicitur diffinitio, nisi equiuoce.
- 5 Diffinitio, seu descriptio criminis læse maiestatis, secundum Authorem.

Crimen læse maiestatis humanæ quid sit. Rubri.



IDIMVS supra, quotuplex sit maiestas, quibus sit attributa, & quare sic dicatur, nunc vero opere pretium est videre quid sit crimē læse maiestatis humanæ? Nam licet dixerimus supra, duplē esse maiestatem, Diuinam velicet, & humanam, in hoc nostro tractatu solum de læse maiestatis humanæ crimine agendum erit. † Est igitur crimen læse maiestatis, secundum Vulpianum in l. i. ff. ad l. iul. maiest. illud quod aduersus Populum Romanum, vel eius securitatem committitur. Demū in l. i. & ij. dicti titu. idem Vulpianus ponit casus in quibus crimen prædictū committitur, verū quia diffinitio prædicta solū comprehendit casus qui contra Populū Romanum committebantur eo tempore, & ideo secundum tempora hodierna, diffinitio prædicta nimis restricta est, nec conuenit criminī prædicto in omnibus , secundum nostra tempora, quia ut supra diximus, Populi Romani maiestas extineta est, & omne ius suum in principem translatū, demum superuenit ius Codicis, quo dictum crimen dilatatum fuit, ut habetur in toto tit. C. ad l. iul. maie. & præsertim in d. l. quisquis. † Aliā diffinitionē, seu potius descriptionē, ponit Azo. in sua Summa dicti tit. C. ad l. iul. maiest. Dicens, q̄ crimē læse maiestatis est vbiunque quis contra urbem aliquid molitur, vel q̄ profugit ad hostes,

TRACTA. DE CRIM.

vel q̄ hostes qualitercumq; adiuuat, vel armis, vel pecunia, vel consilio, vel
 q̄ subiectas prouincias nititur facere rebelles, vel q̄ in ciuitate seditionem
 mouet, vel q̄ magistratus vel princeps vel qui circa eius latus sunt & mi-
 litant occiduntur, vel arma summat, vel loca occupet, contra rempubli-
 cam. Ista diffinitio Azonis utiq; generalior est, & sic magis adaptatur ad
 dictum crimē, secundum ius Codicis. Attamen & ista non usquequacq; fa-
 tisfacit, quia † diffinitio totum diffinitum euacuare debet, vt notatur in l.i.
 ff. de testa.l. omnis diffinitio. ff. de regul. iur. & est gl. in rubr. C. de summa
 trini. & fid. cathol. Diffinitio autem praedicta talis non est, quia non com-
 prehendit scientiam habentes de tali crimine committendo, & non reue-
 lantes, quod utiq; est crimen læsæ maiestatis, vt in p̄ealleg. l. quisquis, &
 sane si quis, de quo dicam infra in titul. de pluribus quæstio. q. ij. Item non
 comprehendit mittentes literas hostibus, ac alios casus omnes de quibus in
 l.i. & ij. ff. ad l.iul. maiest. & in d.l. quisquis. C. eod. tit. Ideo praedicta pro-
 priæ diffinitio dici non potest, quia † secundū Aristotelem lib. i. de anima.
 Omnis diffinitio per quā non cognoscuntur accidentia propria subiecti,
 non dicitur diffinitio, nisi equivoce. Ea propter diffinitioni Azonis adden-
 do, sic dicerem, † Crimen læsæ maiestatis est, vbi cuncti quis subditus con-
 tra principem, rempublicam & superiorem non recognoscetem aliquid
 molitur, vel q̄ ad hostes profugit, vel hostes qualitercumq; adiuuat, vel ar-
 mis, vel pecunia, cōsilio, eisq; nuncios, vel literas mittit, secretave nunciat,
 vel subiectas prouincias nititur facere rebelles, vel in ciuitate seditionem mo-
 uet, vel efficit q̄ Princeps, senatores, collateralesve illius occiduntur, vel q̄
 arma summat, vel loca occupet, contra Rempublicam vel Principem, vel
 q̄ de proditione & tractatu contra Principem, vel Rempublicam scientiā
 habeat, & non reuellet, vel quodcumq; aliud quis dolo malo faciat, quo
 Princeps respublicave direc̄te damnum patiatur. Ista diffinitio generalior
 est, non tamen eam ex logicorum regulis sumptam, sed legali modo com-
 pactam dixerim, & vere potius descriptio quædam dicti criminis censem-
 da est, q̄ diffinitio, per quam crimen læsæ maiestatis de quo tractare int̄
 dimus, cognoscatur, vt in simili dixit Vulda, Zafius, in tractatu suo, feudo-
 rum, in principio, circa feudi diffinitionem.

S V M M A R I V M .

- 1 Maiestas Pape, primum gradum inter terrenas maiestates obtinet.
- 2 Conspirando contra Papam, committitur crimen læsæ maiestatis.
- 3 Eisdem modis committitur crimen læsæ maiestatis contra Papam, sive per laycos, sive
per clericos, quibus contra Imperatorem.

Offendens

L A E S A E M A I E S T A .

- 4 Offendens Cardinalem incidit in crimen læse maiestatis.
- 5 Papa ob demerita priuat Imperatorem.
- 6 Verus Imperator dicitur quem Papa confirmat.

Qualiter & a quibus crimen læse maiestatis committatur.

Q V A E S T I O P R I M A .



- V M maiestas summi Pontificis primum gradum inter terrenas obtineat maiestates ut supra diximus operæ pretium immo debitum existimauit ab ipsa exordiū digniora etenim præponenda esse testatur glo. in s. f. institu. de iure natu. gen. & civil. in versi. ignoranter & glos. in rub. C. de senten. præfec. prætor. affri. † Primo igitur quæro an crimen læse maiesta. committi dicatur contra Papam quando aliquis cōtra ipsum conspirat & dicendum q̄ sic per text. in c. imprimis. ij. qd. i. circa finem vbi not. per Præposi. in s. de persona colum. v. in versicu. nota etiam eleganter. Quinimmo † eisdem modis committitur crimen læse maiestatis contra Papam, siue per laycos, siue per clericos quibus contra Imperatorem, de quibus in d.l. quisquis. C. ad l. iul. maiesta. & in toto titu. ff. eod. vt voluit idem Præposi. in præallegato c. in primis in s. de persona. col. viij. versi. qui autem nu. 20. ij. q. i. adducit ad hoc tex. in c. scelicis de peenis in Sexto arguendo a fortiori. Ibi enim dicitur q̄ † offendens Cardinalem incidit in crimen læse maiestatis, ergo multo magis offendens papam aut. multo magis. C. de episco. & cleri. ad hoc facit etiam tex. in c. de liguribus. xxij. q. v. & hoc procedit, siue clericus, siue laycus sit qui papam offendit per tex. in d.c. scelicis, qui loquitur tam de clericis q̄ de laycis offendentibus Cardinalem quod ex peenis inibi descriptis liquido constat in illis verbis, ibi si qua vero, & rursus ibi quod si quis, idem voluit Nico. Boerius in tract. suo de seditio. in sexto præsupposito col. v. versic. idem si conspirat contra papam, & ratio est in promptu quia si conspirans contra imperatorem incidit in dictum crimen d.l. quisquis idem dicendum a fortiori de conspirante contra papam qui imperatore maior est ut dictum sicut supra in prin. † Papa enim ob demerita imperatorem priuat ut in c. ad apostoli cæ. de sen. & re iudi. lib. vi. Immo † dicitur verus imperator quem papa confirmat c. venerabilem de electi. & hanc conclusionem q̄ crimen læse maiestatis dicatur committi contra papam tenuit etiam Bonifa. in clementi. pastoralis in s. sane. colum. ij. versic. nota q̄ crimen læse maiestatis de re iudica. nu. 23.

TRACTA. DE CRIM.

S V M M A R I V M.

- Papa est omnium christianorum dominus.
- 2 Imperium secundum ueritatem ab ecclesia dependet.
- 3 Imperator est adiutor et protector ecclesiae, et illam defendere tenetur.
- 4 Imperatores Reges ac Principes ecclesiam et eius ministros defendere debent.
- 5 Imperator conspirans contra Papam, et sanctae Romane ecclesiae statum crimen laesae maiestatis committit.

Q V A E S T I O S E C V N D A.



E C V N D O quero an imperator offendes papam inq
sibus contentis in legibus loquuntibus de crimine laesae
maiestatis & pro quibus alij incident in prædictum crimine
se quoque laesae maiestatis crimen committere dicatur.
hac quæstione Præpositus in c.in primitis in.s.de perso
tenuit q.sic in viij.col.in versicu qui autem sint ij.q.i.it
enim papa omnium christianorum dominus c.cuncta per mundum ixx
iiij.& t imperium secundum veram cōclusionem ab ecclesia dependet
voluit Barto.iuris auriga in extrauagan.ad reprimen.super verbo tot
orbis.Papa enim vtruncq gladium habet spiritualem & temporalem,
exercitium temporalis ecclesia concessit imperatori, vt concludit Abba
c.nouit.colum.vi.versi. ex quibus omnibus de iudi.& Pet.de Anchau
di ita clemen.pastoralis.col.vi.versic.vigesimo sexto nota de sen.& re
dica.& habetur per Restaurum in suo tract.de imperat.q.v.colum.ij
3 versi.pontifex nu.4.Comprobatur quia t imperator adiutor & pro
ctor est ecclesie illamq defendere tenetur vt per Anto.Rossellum in
eta.suo de potesta.papæ & impera.s.fi.nu.3.hinc est q.fidelitatem pap
iurat.Ixiij.distin.c.tibi domino,& per Bellenci.in tract.de subsid.cant
4 lvi.& Pe.de Monte in trac.de monarch.concilij quæstio.ijj.nu.8.t Con
stituti etenim sunt imperatores, reges, ac principes, vt ecclesiam eiulq
ministros defendere debeant.xxiij.q.v.c.principes.& c.regum.& c.admin
istratores.per quæ iura ita dixit Specu.in tracta.suo de mod.general.co
cil.congregan.rub. xl.nu.2.erit ergo ex præmissis conclusio q.t imper
ator conspirans contra papam & sanctæ Romane ecclesiae statum que
defendere tenetur crimen laesae maiestatis committit.

S V M M A R I V M.

- Non subditus offendendo Principem cui non est subditus crimen laesae maiestatis

non committit.

2 Subditus Imperatoris est subditus Papæ habitu licet non actu.

3 Subditus Imperatoris si Papam offendat incidit in crimen laesæ maiestatis.

QVÆSTIO TERTIA.



ERTIO quæro an subditus imperatoris machinans cōtra papam, vel statum ecclesiæ crimē laesæ maiestatis committere dicatur? dicendum videtur q̄ non, nam t̄ non subditus crimen laesæ maiestatis non committit offendendo principem cui non est subditus, vt per doct. in l. quisquis vbi Albe. C. ad l. iul. maesta. & probat tex. in clemen. pastoralis. & ibi no. scribentes de re iudi. contrarium verius esse dicant subditus enim imperij est subditus papæ habitu licet non actu vt no. Bar. in extraugan. ad reprimen. in sua glo. in verbo totius orbis, & per ea quæ no.

3 Præposit. in c. cum verum. xcvi. distin. & in c. nouit. de iudici. t̄ ideo si papam offendat incidit in crimen laesæ maiestatis, & hoc sentit Bar. in extraugan. qui sint rebelles in versi. rebellando, hanc etiam opinio. sequitur Præposi. in c. in primis in s. de persona. colum. vi. versic. intellige subditus nu. 18. ij. q. i. & Bonifa. in d. clemen. pastoralis. s. sane. col. ij. in versi. nota q̄ crimen laesæ maiestatis nu. 23. vbi istam opinionem rationibus comprobant, de quibus per eum ibi licet nonnulli contrarium teneant, faciunt pro prædicta conclusione quæ supra dixi in secunda quæstione proxima præcedente in qua conclusum fuit imperatorem machinantem contra papam incidere in crimen laesæ maiestatis, si enim securus esse diceremus in subdito imperatoris utique in hoc melioris conditionis essent subditi quam ipse imperator quod nimis absurdum esset.

S V M M A R I V M.

- 1 Imperator non potuit ferre sententiam condemnatoriam pro criminis laesæ maiestatis contra Regem Robertum, qui non erat eius subditus.
- 2 Subditus Papæ offendens Imperatorem & si crimen laesæ maiestatis contra imperatorem non committat, illud tamen committit contra Papam.
- 3 Imperator est defensor Papæ & ecclesiæ, & ipsius papæ confederatus, eique fidelitatem iurat.
- 4 Subditus Papæ si non directe, saltim per quandam consequentiam Papant offendere dicitur offendendo Imperatorem, qui est fidelis confederatus Papæ, & ab eo coronatur.

TRACTA. DE CRIM.

QVAESTIO QVARTA.



- VARTO quero quid econtra dicendum sit, quando subditus papæ imperatorem offendit dicas q̄ crimen læse maiestatis non committit. vt est decisum per tex. clem. pastoralis. de sen. & re iudica. vbi habetur q̄ t̄ imperator non potuit ferre sententiam condemnatoriam pro criminis læse maiestatis contra Regem Robertum qui non erat subditus imperatoris, sed papæ de quo ibi late per scribentes vbi Petr. de Anch. in xix. nor. dicas tamen q̄ t̄ subditus papæ imperatorem offendit si non committit crimen læse maiestatis contra imperatorem tamen illud committit contra papam imperatorem offendendo, sed it enim papæ maiestatem quia t̄ imperator est defensor papæ & ecclesiæ, vt dixi suprainingij. q. & est ipsius papæ confederatus, & ei fidelitatem iurat, vt in cle. i. de iure reiur. ideo papam offendere dicitur facit tex. in l. i. in prin. ff. ad l. iul. maie. & in l. non dubito. ff. de capt. & postli. reuer. & ita tenuit Bar. in extrauag. qui sint rebel. in ver. rebellando. in versi. secundo potest intelligi vbi dixi q̄ t̄ subditus papæ si non directe saltim per quandam consequentiam papam offendere dicitur imperatorem offendendo qui est fidelis confederatus papæ, & ab eo coronatur. Hanc etiam conclusionem tenuit Præpos. in præalleg. c. imprimis. in s. de persona col. viij. versi. de imperatore numero 22. ii. q. i. & idem tenet etiam Pe. de Anch. in d. cle. pastoralis col. iii. circa medium in o. tauo notab.

S V M M A R I V M.

- 1 Federicus imperator capere faciendo Cardinales & alios prælatos cunctos ad concilium sacrilegium perpetrauit.
- 2 Papa est Romane ecclesiæ fons, & Cardinales sunt eius filii spirituales primi gradus, ipsique maiestatem habent sicuti papa eorum pater, & eos offendens includit in crimen læse maiestatis.
- 3 Cardinales sunt pars corporis Papæ.
- 4 Cardinalem offendens incurrit crimen læse maiestatis.
- 5 Cardinalis est collateralis Papæ.
- 6 Episcopi licet iurent fidelitatem Papæ, tamen Cardinales tanquam uiscera & pars corporis Papæ huiusmodi iuramentum praestare non tenentur.
- 7 Cardinales sunt consiliarij Papæ, & illi assistere debent continue in curia cōmorātes.
- 8 Cardinales dicti sunt, a cardine, quia sicuti hostium in cardine uertitur ita in eis administratio totius uniuersalis ecclesiæ uersatur.

L A E S A E M A I E S T A . S T

- 9 Cardinales se habent ad Papam sicuti senatores ad imperatorem.
- 10 Imperator si offendere Cardinalem aliquo ex modis contentis in c. fœlicis de poenam.
- 11 sexto in crimen læse maiestatis incidet.
- 12 Cardinalem offendens crimen læse maiestatis ex sacrilegium committit.
- 13 Crimen læse maiestatis comniuum contra Principem secularium dicitur crimen facie crilegio proximum.
- 14 Quibus modis Cardinalem offendens quis incurrat crimen læse maiestatis.
- 15 Dispositio d. c. fœlicis de poenam in sexto fallit in eo qui ad sui defensionem Cardinalem percussisset.
- 16 Poena legis cessat in percutiente aliquem se defendendo.
- 17 Dispositio d. c. fœlicis dum loquitur de ratib. abitione non habet locum in sola ratib. abitione sed requiritur q. fuerit gestum nomine ratib. abitionis.
- 18 Receptatores delinquentium contra cardinales puniuntur & ipsi poenis de quibus in dicto c. fœlicis.
- 19 Afines & consanguinei receptantes offendentes cardinalem non puniuntur eadem poena qua ex iranei, attamen non absoluuntur, sed mitiori poena cu eis agendum erit.
- 20 Cardinalis qui esset rebellis Papæ expresse uel occulte impune potest occidi.
- 21 Idem dicendum esset si Cardinalis esset proditor Papæ.
- 22 Quis dicatur proditor.
- 23 Franciscus Alidosius Cardinalis Papiensis licite potuit occidi a Francisco Maria Feltrio de Ruvere Vrbini Duce, & sancte Romanae ecclesiae Capitanio Generali, quia dum priesset exercitu ecclesiastico uti legatus, ducibus gallici exercitus iniurias secreta nunciabat.
- 24 Christoforus Pierius Gigas Poeta Authoris Patrius.
- 25 Franciscus Maria Vrbini Dux fuit absolutus.
- 26 Occultus rebellis seu prolior impune occidi potest, & q. fuerit occultus rebellis in iudicio super homicidio probatur.
- 27 Urbanus sextus Pontifex septem Cardinales qui clam cum Clemente cu eo de Pontificatu contendente confirarant factis inclusos in mari demergi iussit.

Q. V A E S T I O Q. V I N T A.



VINTO quero an offendens Cardinalem incidat in crimen læse maiestatis: unde dicendum q. non, sed q. facie crilegio committat per tex. in clemen. i. de poen. vbi tex. dicit si quis in hoc genus sacrilegij inciderit q. quemuis Pontificem iniuriose & temere percusserit. Secundo facit tex. in c. ad apostolice in. g. perpetrauit de senten. & re iudic. in sexto vbi habetur t. q. imperator Federicus sacrilegium perpetrauit cape

T R A C T A . D E C R I M .

re faciendo Cardinales & alios prælatos euntes ad concilium. Tertio pro ista opinione facit tex. in c. fœlicis. de poen. in sexto in prin. ibi si quis deinceps in hoc, sacrilegij genus irrepserit : communis tamen doctorum opinio est in contrarium videlicet q[uod] offendens Cardinalē læsæ maiestatis crimen incurrat quam tenuit And. de Iser. in consti. regni quæ incipit ut par-

2 ticipatio col. ij. versi. in cardinalibus : vbi dixit q[uod] † Papa est Romanæ ecclie sponsus, & Cardinales sunt eius filij spirituales primi gradus tamen & ipsi maiestatem habent sicuti eorum pater Papa, et ideo dicit q[uod] eos offendens incidit in crimen læsæ maiestatis. Hanc etiam opinionem tenuit Pet. de Ancha. in d. c. fœlicis per illum tex. col. ij. in versi. quarto nota & Math. de Affli. in c. i. in versi. & bona committentium col. viij. circa fin. in ti. quæ sint regal. in vñ. feud. idem tenuit Ioan. And. in d. c. ad apostolice in. s. perpetrauit in versi. cardinales. idem voluit Præpositi. in c. in primis in. s. de persona. col. viij. nume. 2 o. in versi. qui autem sint. ii. q. i. vbi rationem assignat

3 quia † Cardinales sunt pars corporis Papæ, & dixit Anto. Rosel. in trac. de concil. in. s. sed ex. nume. 45. & Bellene. in tract. de subsidio carit. q[uod] iii. nume. 5. & Condisal. Villadiego in tract. de cardi. lega. nu. 11. Barbat. in tract. de præstan. cardi. in i. parte nu. 35. & dixi in tracta. meo de pensio. q. lix. nume. 12. & 13. & ista ratio mihi plus placet, quam ratio adducta per And. de Iser. q[uod] Cardinales & ipsi maiestatem habere dicantur & cum ratione Præpositi concurrit Pet. de Anch. in d. c. fœlicis. col. ii. in versi. quar-

4 to nota supra allegato vbi dixit q[uod] offendens Cardinalem incurrit criminem
 5 læsæ maiestatis quia lesio Cardinali leditur maiestas Papæ, quia † Cardinalis est collateralis papæ. Idem dixit ibidem Ioan. And. col. i. in i. not. fir-
 matur ista conclusio per text. expressum in d. c. fœlicis in princip. ibi sicuti
 reus criminis læsæ maiestatis : confirmatur etiam prædicta conclusio per

6 ea quæ notanter voluit Hostien. in c. antiqua. de priuileg. vbi dixit q[uod] li-
 cit episcopi iurent fidelitatem papæ vt in c. ego enim de iure iuran. attamē
 Cardinales tanquam viscera & pars corporis papæ huiusmodi iuramen-
 tum præstare non tenetur, vt etiam dixit Martin. de Lau. in trac. de cardi.
 q. xxxix. & in secundo tracta. similij. iiii. q. & Barba. in præalleg. suo tract.
 de præstan. cardi. q. i. nume. 26. Condisal. in tract. de potesta. cardi. q. v. nu.

7 me. 14. potest & alia ratio prædictæ decisionis adduci quia † Cardinales
 sunt consiliarii Papæ, ideo illi assister debent continue in curia commorā-
 tes, † dicti enim sunt Cardinales a Cardine quia sicuti in cardine hostium
 vertitur, ita in eis versatur administratio torius vniuersalis ecclesiæ, vt di-
 xit idem Condisal. in tracta. de orig. digni. ac potesta. cardi. q. v. nu. 12. &
 ibidem nume. 11. dixit q[uod] Papa permittere non debet Cardinales a se di-
 scedere propter eorum consilium habendum quia collaterales eius & de

9 suilatere & pars corporis sui dicuntur & † Cardinales se habent ad Papam sicut senatori ad imperatorem, vt ait Barba, in p̄ealleg. tracta de p̄estan. card. in prima parte q. ii. nume. i. 6. sed offendens consiliarium & senatorem imperatoris committit crimen læse maiestatis l. quisquis in prin. C. ad l. ul. maesta. ergo a fortiori offendens cardinalem consiliarium & senatorem papæ qui imperatore maior est, vt dixi supra in principio huius tractatus.

10 † Quinimmo si offendens Cardinalem aliquo ex modis contentis in d. c. fœlicis de poen. in vi. esset imperator in crimen læse maiest. incideret. vt voluit Præposi. in p̄eallegato c. in primis in §. de persona in viij. col. versi. qui autem sint & ita expresse tenuit glo. in d. c. ad apostolice. de senten. & re iudi. in vi. in verbo cardinales & licet in illo tex. in §. perpetrauit dicatur q. Federicus imperator capificiendo cardinales sacrilegium perpetrauerit. Attamen postmodum superuenit dispositio dicti c. fœlicis de poenis in sexto in qua dicitur generaliter q. offendens cardinales incidit in crimen læse maiestatis, & sic attenditur ista noua dispositio & licet etiam in d. c. fœlicis dicatur si quis in hoc genus sacrilegij, & sic, et ibi vdeatur di

11 ci q. sit sacrilegium offendere cardinalem dicere possumus q. † offendens cardinalem vtrunque crimen committit videlicet sacrilegium & crimen læse maiestatis vt probat tex. in d. c. fœlicis. & ita procedant iura supra in contrarium allegata, & tanto maius est sacrilegium quanto persona contra quam committitur maior est vt dixit Ioā. Monachus in d. c. fœlicis parum post principium in versi. quod est maius allegat tex. in l. ij. & iij. ff. de re mili. idem dixit glo. in d. c. fœlicis in versicu. sacrilegium, & quod offendens cardinalem sacrilegium committat tenuit etiam Barba. in p̄eallegato tracta. de p̄estan. card. in i. q. basilica primi partis col. x. in versic. vltimo faciat nume. 30. Nec mirum quia † crimen læse maiestatis commissum contra Principem secularem dicitur crimen sacrilegio proximum, ad

12 quod est tex. notabilis in l. i. ff. ad l. ul. maesta. † Maiestatis etiam crimen non solum is committit qui cardinalem percutit, sed etiam qui illum hostiliter insecuritus fuerit, aut ceperit, vel facientis socius fuerit, aut fieri mandauerit, vel factum ratum habuerit, aut ad id consilium dederit vel fauorem aut ex post receptauerit vel scienter defensauerit huiusmodi facinorosos ut expresse dicit tex. in d. c. fœlicis.

13 † Illud autem q. in d. c. fœlicis dicitur de percutiente cardinalem q. in crimen læse maiestatis incidat fallit in eo qui ad sui defensam cardinalem percussisset talis enim poenas de quibus in d. c. fœlicis non incurreret vt voluit glo. ibi in verbo percusserit, nam non peccat qui auctoritate legis aliquid facit xxij. q. iij. c. qui peccat idem tenuit Dominic. in p̄eallega. c. fœ

TRACTA. DE CRIM.

- ¶ 5 licet in versi. in glosa in verbo percusserit, t̄ cessat enim poena in persecutione se defendendo c. significasti. et iij. de homici. vbi est tex. ad hoc notabilis. & c. si vero de senten. excommuni. Accedat elegans. Ciceronis dictum in oratio. pro Milone vbi sic scribit: hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus & feris natura ipsa præscripsit ut omne semper vim quacunq; ope possent a corpore, a capite, & vita sua propulsarent.
- ¶ 6 † Et quia tex. in d. c. fœlicis disponit q; habens ratum factū contra Cardinalem in terminis de quibus ibi incurrat in poenas inibi contentas quæro an hoc indistincte verum sit: dicas solam ratihabitionem siue ut utrā verbis Archidiaconi ibi placentiam alio non prævio. & quod non sit gestum illius nomine vel eo consulente non facit aliquem incurrire poenas de quibus in illo tex. ita dixit credere Archi. in d. c. fœlicis. col. ij. in versic. ratum habuit allegat in l. si vero. §. si post. ff. manda. referens huius opinio- nis fuisse Tancrenum in c. mulieres. de senten. excommu. facit quia voluntas in mente retenta nil operatur Soci. in l. cum quid. colum. vlti. prope si- nem nu. 46. ff. si cer. peta. Aretin. in l. titia. §. item resp. condit el primo in fine ff. de verbo. oblig. idem in l. hærede in prin. col. i. ff. de acqui. hæredi. Bart. Socin. consi. cxxxii. in præsentī circa si. col. ij. Idem Socin. in l. paulus. ff. de rebus dubijs.
- ¶ 7 † Et dum in d. c. fœlicis de quo receptatores delinquentium cōtra Car- dinales puniuntur & ipsi poenis de quibus ibi, dicas id locum non habere in consanguineo & affine delinquentis eundem receptante, ita voluit ibi Ioan. Monach. col. ij. in versic. contrarium & ibidem Phili. Franc. col. ij. in prin. in ver. in glo. in verbo receptauerit, & Pet. de Anch. col. i. in versi. Et
- ¶ 8 circa receptatores in quibus locis concludunt doctores præalleg. q; t̄ affi- nes & consanguinei receptantes offendentes Cardinalem non puniuntur eadem poena qua extranei receptatores punirentur, attamen non absoluuntur, sed mitiori poena cum eis agendum erit, idem tenuit Franc de Platea in trac. de excom. in §. xxxvij. col. ij. in prin. in versi. querit gl. nu. 4.
- ¶ 9 † Conclusio supradicta q; occidens vel detinens Cardinalem incidat in crimen læsæ maiestatis & puniatur poenis de quibus in præallegato c. fœ- licis fallit secundo quādo Cardinalis esset rebellis Papæ expresse veloculte, quia tali casu impune occidi capi & detinendi possit facit tex. in l. pro- ditores. ff. de remilita. & ita dixit de rebelle Bar. in extrauag. qui sint rebelles in verbo rebellando in versicu. de poena vero nume. iij. idem voluit Cumanus consi. clvij. ad primum respondetur circa princi. & q; etiam re- bellis occultus possit impune occidi sentit idem Bar. loco præalleg. in ver- sicut. citca secundum de quo dicam infra in titu. de rebell. q. xi. † Idem di- cendum esset si Cardinalis esset proditor Papæ quod multis modis acci- dere

21 dere potest ut infra dicam in titu.de proditor.† & præsertim quando se-
creta papæ eius inimicis reuelaret. quo casu quis proditor dicitur ut late
deducit Hippolit. Marſi. præceptor & promotor meus in consi.i.in prima
22 & secunda col.& dicam latius infra in ti.de prodit.in ij.q.† Hinc est q̄ lici-
te potuit Franciscus Alidosius Cardinalis Papiensis occidi a Frācisco Ma-
ria Feltrio de Ruuere Vrbini Duce inuictissimo sancte Romanæ ecclie-
ſæ tunc Capitanio generali tempore Iulij secundi Pontificis maximi: di-
ctus nanque Cardinalis dum legati de latere munere fungeretur pro eo-
dem pontifice in ciuitate Bononiae vigente tunc inter prædictum Pontifi-
cem & Gallorum regem bello ecclesiastici exercitus secreta cui vti legatus
præerat ducibus gallici exercitus nūciabat ea propter Rauennæ vbi pon-
tifex ipse aderat ab eodē Francisco Maria cōfossus interiit de cuius nece cū
ad cardinalatus honorem non vītutibus, sed vti prædicto Iulio gratus
assumptus fuisset Christophorus Pierius Gigas patruus meus Poeta non
obscurus sic alludens scripsit.

Quisquis ad immeritos quotiens aspirat honores

Mox uoti est compos factus & ille sui

Metiri discat rerum qui finis habendus

Omnibus exemplo tu Papensis eris.

24 † Formato igitur Romæ processu super prædicti cardinalis morte &
in eodem constito quod fuerat ipsi pontifici proditor propter reuelatio-
nem secretorum sui exercitus, Franciscus Maria Dux tanti sceleris vltor
25 absoluitur, idque iure factum sicut si quidem † occultus rebellis seu proditor
impune occidi potest, & quod fuerit occultus rebellis seu proditor
in iudicio super homicidio probatur de quo etiam latius dicam infra in
titu.de rebel.q.xi. Addo quod postquam hæc scripseram inueni quod
super prædicto casu do. Caro. Rui. præceptor meus celeberrimus docto-
consuluit ad fauorem præfati illustrissimi Ducis quod videlicet Cardina-
lem prædictum ecclesiæ rebellem occultum impune occidere potuerit ut
habetur cōſt.eius iij.proponitur in themate per totum in v.vol. Nō omit
26 tam q.† Vrbanus sextus pontifex maximus duos mari a Nucceria ad
Genuam septem Cardinales qui claim cum Clemente cum eo de pontifi-
catu contendente conspirarant nulla mitiori poena in eos contentus sicut q̄
vt saccis quisq; eorū leorū alligatus & inclusus in mari demergetur,
teste Baptista Fulgosio in libello suo de dictis factisque memoratu dignis
lib.vi.in rub.de scueritate exemplo xxv.

S V M M A R I V M .

2 Offendens uicarium Imperatoris uel pape, non in contemptum Papæ, sed ob priua-
Hierony. Gigas.

C

T R A C T A . I D E C R I M .

- nam iniuriam crimen læse maiestatis non committit.
- 2 Cardinalis uel legatus aut officialis Papæ, si esset Episcopus, & sub sua episcopali iurisdictione haberet aliqua castra, & aliquis eius subditus ab eo rebellare ficeret aliquid ex dictis castris, talis propterea non committeret crimen læse maiestatis.
 - 3 Subditus ledens prelatum inferiorem iure proprio dignitatem seu titulum comitatus uel episcopatus habentem crimen læse maiestatis non committit.
 - 4 Crimen læse maiestatis contra Papam committi dicitur quando quis contra Cardinalem Legatum prouinciam gubernantem, & contra pacificum statum terrarum Romanæ ecclesie machinatur.
 - 5 Leges loquentes de imperatore uel ipsius officialibus etiam q̄ sint poenales extenduntur ad Papam & eius legatum.
 - 6 Magna est coniunctio inter Romanam ecclesiam & imperium.

Q V A E S T I O S E X T A .



E X T O quæro an offendēs Legatum vel Vicarium Papæ incidat in crimen læse maiestatis? Et dicendum q̄ sic ut voluit Bar. in extrauagan. ad reprimen. in verbo rebelando versi. quod hic dicitur nume. 4. idem tenuit Cardin. in clemen. pastoralis in princi. col. iiij. in fi. de re iudi. & Preposi. in c. imprimis in. s. de persona. nume. xx. & xxi. iiij. q. i.

- 1 & Cuma. consi. cliij. ad primum respondetur vbi consuluit q̄ t̄ offendēs Vicarium imperatoris incidit in crimen læse maiestatis, hoc sane procedit quando legatus vel vicarius Papæ principaliter offenditur in contemptū ipsius Papæ illius potestatem & autoritatem ac iurisdictionem denegando secus si id ageretur ob priuatam iniuriam eo etenim casu offendens Vicarium seu Legatum papæ crimen læse maiestatis non committeret vtte nūt Præpositi. in d. c. imprimis præallegato. s. de persona idem sentit Bart. in prædicta exitauagan. ad reprimen. in versicu. ex tenore, & in d. versic. rebellando. allegat Præpositus ad hoc Ancha. consi. cclxx. subdens q̄ t̄i Cardinalis vel Legatus, aut officialis papæ esset Episcopus vtputa parmesis & sub sua episcopali iurisdictione haberet aliqua castra & aliquis eius subditus ab eo rebellare ficeret aliquid ex dictis castris q̄ talis propterea non committeret crimen læse maiestatis, eo etenim casu nō offendit eum tanquam Cardinalem, vel Legatum papæ, sed vtī parmensem Episcopū. Ad idem est consilium Calde. in rub. de accusa. consi. vi. & vltimo vbi cōsuluit q̄ volens debellare castrum pertinens ad ecclesiam Rauennatē quo ad temporalem iurisdictionem crimen læse maiestatis non committit.
- 3 † Nec crimen læse maiestatis committi dicitur quando prælatus inferior

- qui iure proprio dignitatem seu titulum comitatus vel episcopatus habet a suo subdito leditur, ut voluit Calde. consil. viij. in tit. de accusa. ad idem facit quod voluit Pe. de Anch. in clemen. pastoralis col. ij. circa fin. in viij. nota, de re iudica. vbi dixit q̄ rebellis dicitur qui contra prosperitatē imperatoris vel imperij aliquid facit secus si contra alium inferiorem. Conclusionem supradictam q̄ offendens Legatum papae incidat in crimen læse maiestatis consulendo tenuit Pe. de Ancha. in consil. cclxxvij. ex prædicta facti narratione colum. v. vbi dixit q̄ t̄ crimen læse maiestatis contra Papam committi dicitur etiam quando quis contra Cardinalem Legatum Papae prouinciam gubernantem, & cōtra pacificum statum terrarum Rōmanæ ecclesiæ machinatur per tex. in l. quisquis in prin. C. ad l. iul. maiest. 4 & in c. si quis cum milib. vi. q. i. t̄ Et si quis dixerit q̄ iura prædicta loquuntur quando aliquid contra imperatorem vel eius officiales quis molitur. non quando committitur contra legatum papae, ideo ad casum prædictum non extendetur cū poenalia sint l. interpretatione. ff. de pœ. c. in pœnis. de regul. iur. in vi. Responde iura prædicta ad papam & eius legatum extendi. Nam si quando quis Cardinalem non Legatum offendit, & contra ipsum machinatur incidit in crimen læse maiestatis ut vidimus supra quæstio. v. & est tex. in c. felicis. de pœnis in sexto a fortiori id dicendum erit quando quis machinatur contra statum Romanæ ecclesiæ, vel contra Cardinalem apostolicæ sedis legatum, eo etenim casu talis videtur facere etiam contra statum & tranquillitatem Imperij cum imperator sit aduocatus & defensor ecclesiæ, vt dixi supra q. ij. & ideo t̄ magna est coniunctio inter Romanam ecclesiam & imperium ut in auēten. quomodo oportet episcopos in prin. & ita voluit Pe. de Anch. in præallega. consil. cclxxvij. colum. secunda.

S V M M A R I V M.

- 1 Philippus Decius consuluit pro nonnullis cardinalibus qui a Iulio secundo pontifice max. defecerunt, & conciliabulum Pisis indixerunt.
2 Tractans de imperio uel regno imperatore uel rege uiuente, incidit in crimen læse maiestatis.

Q V A E S T I O S E P T I M A.



EPITIMO quæro an is qui papa uiuente de papatu conuenticulam facit incidat in crimen læse maiestatis: & dicendum q̄ sic ita voluit Ioan. And. in c. veniens de testib. Idem tenuit Mar. Lauden. in trac. suo de crimine læse maiest. q. ix. allegat Bal. in l. quoniam liberi. C. de testi. quod notandum esse dixit contra concilium non canonice con-

T R A C T A I D E C R I M .

- 1 gregatum ut accidit tempore Iulij secundi pontificis maxi. a quo defec-
runt nonnulli Cardinales & conciliabulum Pisis indixerunt quibus Phi-
lippus Decius insignis doctor adhesit & pro illis consuluit ut habetur con-
si. cli. maximi ponderis in i. vol. q. tamen cōciliabulum improbatum fuit
& approbatum concilium lateranense indictum per ipsum Iulium, mox
post illius obitum fine debito terminatum per Leonem decimū dicitur Iulij
successorem: & conclusionem prædictam de faciente de papatu conuen-
ticulam papa viuente tenuit etiam solemnis doctor præceptor meus do.
Hippol. de Marsi. in consi. i. col. iiij. nu. 23. in i. vol. & Alex. in l. i. ff. ad l. iul.
maiestat. pro qua conclusione facit tex. in c. si quis papa. lxxix. distin. idem
tenuit Math. de Affli. in c. i. in versi. & bona committentium col. viii. vers.
trigesimo octavo. nu. 10. in ti. quæ sint regal. in vñib. feudo.
- 2 † Idem dicas de tractante de imperio vel regno imperatore, vel rege
vituente, ut voluit idem dominus meus in dicto consilio primo sequitur
Restaur. in tract. de imperatore. q. cxviii. in fine.

S V M M A R I V M.

- 1 Imperator est federatus papæ & eius aduocatus & defensor.

Q V A E S T I O O C T A V A .

- 2  C T A V O quæro an offendens imperatorem papam of-
fendere dicitur, & sic incidat in criminē læsæ maiestatis quo
ad papam, siue imperatoris, siue papæ subditus sit? Dicen-
dum q. sic quia ledens imperatorem qui est federatus pa-
pæ & eius aduocatus & defensor, ut habetur per Petrum
de Monte in tractatu de monarch. concil. versiculo post
quam nume. 3. Parid. de Puteo in tracta. de re mili. in s. poenae numero 3.
Michal. Vulg. in tracta. de regim. mundi in secunda parte iv. q. nume. 16.
Francis. Arias in tracta. de bello. nume. 198. Marcus Mantua in tracta di-
concil. nume. 194. & per Restaurum Perusinum in suo tracta. de impera-
to. quæstio. lxxix. nume. 7. & 8. papam ledere & offendere dicitur, & ita
voluit Bart. in extraug. qui sint rebelles. in versi. rebellando colum. iii. &
Petrum de Anchiarano in clemen. pastoralis colum. v. & in consil. cclxx.
& Oldra. consil. xlvi. & Præposit. in c. imprimis in s. de persona numero
22. ij. quæstio. prima.

S V M M A R I V M.

- 2 Notorium probatione non indiget.
2 Super notorio non est necessaria sententia.

Q. VAE STI O N O N A.



ONO quero an Cardinalis Legatus Papæ cōtra quem
fuit commissum crīmē læsæ maiestatis de quo dixi suprā
q. vi. possit declarare offendētem ipsum incurrisse poenas
de quibus in c. fœlcis. de poen. in vi. statutas contra offendētem
Cardinalē, supposito tamen quod delictum sit
adeo notorium q̄ negari non possit, reputa si de eo tota
vicinia sit testis vt in c. pen. de purgat cano. & xli. distin. c. in sacerdotibus
in fi. & xxiiij. q. ij. c. sane? Circa quæstionem prædictam Archi. in d. c. fœ
licis col. penul. ver. sed nunquid legatus pro parte affirmatiua plura addu
cit fundamenta & præsertim quia sententia condemnatoria contra tales
fæcinosos lata est per constitutionem d. c. fœlicis. & sic exequitionem se
cum trahit, ita q̄ Cardinalis offensus nō est huiusmodi sententiae promul
gator, sed notificator siue denuntiator allegat xxiiij. q. i. c. ibi factus sum
exequitor veteris constituti non promulgator noui. Præterea in faciendo
huiusmodi notificationem non videtur suam iniuriam prosequi, sed po
tius Romanæ ecclesiæ quod potest, vt in c. guilisarius & seq. xxiiij. q. iiij.
2 subdens q̄ cum præsuponatur factum notorium & t̄ notoria probatione
non indigeant ij. q. i. c. manifesta. & c. quoniam de fil. præsb. t̄ & propte
rea non sit necessaria sententia super crimine vel iniuria notoria, non dice
tur prædictus legatus iudex in causa propria, sed exequitor siue notifica
tor poenæ quod facere potest c. nouit. de appell. & hanc partē dicit tenuisse
Inno. in c. i. de offi. deleg. in glo. vlti. versic. iniuriam. concludit tamen Ar
chi. q̄ melius est, q̄ talis notificatio fiat per superiorēm dicti Cardinalis le
gati cuius opinionem sequitur ibi Ioan. And. col. penul. in prin. & ibidem
Pe. de Ancha. col. penul. versi. secundo quero iuxta prædicta, & ista opi
nio mihi magis placet.

S V M M A R I V M.

- 1 Extrahens confugientem ad ecclesiam diuinam offendit maiestatem.
- 2 Etiam qui conatus fuerit extrahere aliquem de ecclesia, licet de facto nō extraxerit in
cidit in crimen læsa maiestatis.
- 3 Confugientes ad ecclesiam quantuncunque grauia delicta cōmiserint in eadē tūti sunt.
- 4 Concedere licentiam iudicibus extrahendi de ecclesia enormium delictorum perpetra
tores est de reserualis papæ.
- 5 Extrahens de ecclesia publicum latronem uel nocturnum depopulatorem agrorum non
incidit in crimen læsa maiestatis.

TRACTA. DE CRIM.

- 6 Qui dicantur publici latrones & nocturni depopulatores agrorum.
- 7 Extrahens de ecclesia eum qui in ecclesia ea intentione deliquit ut ab ea defendetur non incidit in crimen laesae maiestatis.
- 8 Extrahens de ecclesia eum qui per insidias et industrias homines occidit non incidit in prædictum crimen.
- 9 In terris ecclesiae occidens etiam per insidias & industrias hominem gaudere debet immunitatem ecclesiae.
- 10 Tex. exo ii. c. xxi. procedebat olim in altaribus ueteris testamenti quæ non erant tante authoritatis quanto nostra sunt.
- 11 Depositio est mors civilis.
- 12 Quoties a canonibus mentio fit de morte intelligitur de morte civili, & potest etiam intelligi de sententia excommunicationis.
- 13 Lex antiqua faciens mentionem de morte, exponitur, idest per sententiam excommunicationis.
- 14 Canones facientes mentionem de morte intelligendi sunt de morte civili quoniam ipsi non imponunt poenam mortis naturalis.
- 15 Alius intellectus ad tex. in d. c. xxi. Exodi.
- 16 Tex. in c. primo extra de homicid. loquitur de clero per insidias homicidium per petrante.
- 17 Opinio authoris circa d. tex.
- 18 Proditor quis datur?
- 19 Proditorie hominem occidere plus est quam ex proposito occidere.
- 20 Extrahens de ecclesia eum qui proditorie hominem interfecit non incidit in crimen laesae maiestatis.
- 21 Idem dicendum de extrahente de ecclesia eum qui appensate hominem extra ecclesiam interfecisset.
- 22 Quelibet causa etiam bestialis excusat a poena.
- 23 Extrahens de ecclesia eum qui ueneno aliquem peremit non incidit in crimen laesae maiestatis.
- 24 Plus est hominem ueneno occidere quam ferro.
- 25 Triplex homicida non gaudet immunitate ecclesiae.
- 26 Quando opiniones doctorum sunt uarie, unam sequens excusat a culpa & dolo.
- 27 Iudex si captum in ecclesia libere relaxet, & dum ille relaxatus discedit illum iterum capi non dicitur ipsum relaxasse.
- 28 Qui tenetur aliquem relaxare non liberatur ab obligatione illum simpliciter relaxando in suo territorio, sed debet illum facere secure conduci extra suum territorium ad locum ubi posuit secure stare.
- 29 Extrahens de ecclesia reum criminis laesae maiestatis commissi contra Principem non incidit in crimen laesae maiestatis.

- 30 Captus extra ecclesiam licet per ecclesiam ducatur inde violenter extrahi potest nec tamen in casu immunitas ecclesiæ violari dicitur.
- 31 Veniens de ultra mari cum equis & armis, & transiens per regnum Siciliæ, ex quo equi & arma non possunt extrahi sine Regis licentia, poterit eos conducere ad locum sui domicilij ex ira regnum sine aliqua Regis licentia.
- 32 Ductus per cimiterium, licet ex ira captus, inde amoueri non potest.
- 33 Et sic semel uidit obseruiri author in ciuitate Venetiarum, quamuis contraria opinio in iure sit uerior, secundum eum.

Q V AESTIO . DECIMA .



E C I M O quæro utrum extrahens violenter de ecclesia aliquem ad eam confugientem committere dicatur crimen laesæ maiestatis? Dicas q[uod] sic tex. est clarus de hoc in l. ij. C. de his qui ad ecclesiæ confugunt, & ratio huius decisionis assignari potest. † Nam extrahens confugientem ad ecclesiam diuinam offendit maiestatē, quia ecclesia domus Dei est ut habetur in euangelio Ioannis cap. ij. ibi nolite facere domum patris mei domum negociationis q[uod] offendere plus est quam terrenam offendere maiestatem, sed offendere temporalem maiestatem est incidere in crimen laesæ maiestatis l. quisquis. C. ad l. iul. maiesta. a fortiori offendens diuinam l. quicquam. verbi. cum sane. & l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cleri. canonizata ij. q. i. c. si quis in hoc genus. & ibi gl. & arct. gazaros. C. de hæreti. & c. vergentis. extra eo. ti. rationem prædictam adducit Odofr. in l. ij. C. de his qui ad eccle. confug. posset iudicio meo & alia assignari ratio dictæ decisionis, quia eum confugientes ad ecclesiam sint in ea tuti ex canonum dispositione pariter & legum nec ex ea possint extrahi nisi de licentia summi Pontificis utique extrahens illos immediate ledit pontificis iurisdictionem & attribuit sibi iurisdictionem quam non habet, sed soli papæ competit ideo committit crimen laesæ maiestatis per ea quæ dicā infra q. xxij. sub hac met rub. conclusionem prædictam q[uod] extrahens aliquem de ecclesia auctoritate propria incurrat crimen laesæ maiesta. tenuit Abb. in c. inter alia colu. n. viii. in fi. de immuni. ecclesia. & rursus ibidem colum. ix. in prin. in versi. & faciunt hæc. & idem Abb. in c. penul. eo. ti. & Nic. Boe. in tra. de seditios. in viij. & ultimo presupposito col. xij. nu. 56. & 57.

2 Quiniam non solum qui de facto & violenter aliquem de ecclesia extraxerit incident in crimen laesæ maiestatis, sed etiam hi qui extrahere co[n]ciliati sunt ut voluit gl. fi. in d. l. ij. quam ibi sequitur Saly. † Cum etenim confugientes ad ecclesiam quantumcumque grauia delicta commiserint in ea

TRACTA. IDE CRIM. A. I.

- dem tuti sint præallegato c. inter alia. c. fi. de immu. eccl. c. sicut antiquitus
c. miror. c. diffiniuit xvij. q. iij. hinc est q̄ extrahens inde aliquem auctoritate
sua sede apostolica in consulta diuinam offendit maiestatem quia violat
immunitatem domus Dei: offendit & terrenam maiestatem videlicet
- 4 pontificem sine cuius auctoritate talis extra statio fieri non potest. † Et cum
concedere licentiam iudicibus extrahendi de ecclesiis enormium delicto
rum perpetratores sit de reseruatis papæ hinc est q̄ quando papa mittit
nuncios suos ad potentatus consuevit illis tribuere facultatem legati Car-
dinalis de latere, & dare illis auctoritatē concedendi secularibus iudicibus
licentiā huiusmodi, ut sepe vidi in facultatibus concessis sanctitatis sue nū-
tijs apud Illustriss. Do. Venetorum residentibus, vt fuerunt Hier. Veral-
lus tunc Rotæ auditor, & Fabius Mignanellus Clarissimi iuris docto-
res quorum vterq; cardinalatus honore donatus sacrosanctū illum sena-
tum virtutum suarum radijs illustrat.
- 5 † Fallit tamen conclusio prædicta in eo qui de ecclesia extrahit publi-
cum latronem vel nocturnum depopulatorem agrorum vt voluit tex. in
- 6 d. c. inter alia. de immuni. eccl. † qui autem dicantur publici latrones &
nocturni depopulatores agrorū vide per doct. vbi Abb. in d. c. inter alia.
- 7 † Secundo fallit in extrahente de ecclesia, eum qui in ecclesia ea intentione
deliquit vt ab ipsa defenseretur ecclesia, de quo est tex. in c. fi. de immu. ec-
- 8 † Tertio fallit in eo qui per insidias & industriam hominem occidit, &
ad ecclesiam confugit, extrahens enim tales cum id iure permittente fa-
ciat c. i. de homi. non delinquit, vt habetur etiam Exodi c. xxii. Aduer-
tamen quia ista fallentia non videtur procedere, nam dispositio illa exod.
registrata in d. c. i. de homicid. procedebat olim ex veteri testamento quo
tempore nondum emanarant leges humanæ immunitatem ecclesiis con-
rentes, sed hodie videtur secus dicendum vt sentit Abb. in d. c. i. col. i.
- 9 versi. in glo. ij. de homici. dicens q̄ † in terris ecclesiæ occidens etiam po-
insidias & industriam hominem gaudere deberet immunitate ecclesiæ, al-
legat ad hoc tex. per locum a speciali in d. c. fi. de immu. eccl. vbi habetur
q̄ committens ex proposito in ecclesia homicidium, vt ab ipsa ecclesia de-
fendatur, tali priuilegio gaudere non debet, ideo punitur in eo in quo deli-
quit cum enim in ecclesia delinquendo sacram violet a sacro non est defen-
dendus, & sic ille text. loquitur de homicidio ex proposito commisso in
ecclesia, ergo secus si homicidium ex proposito quis extra ecclesiam com-
mittat, per tex. in d. c. inter alia ibi quantumcunq; grauia maleficia, dicens
q̄ cum casus de quo in d. c. i. de homic. non reperitur exceptus a generali
regula text. in d. c. inter alia, standum erit regule præsertim quia illa est le-
- 10 Exodi & non noua, Inno. vero in d. c. i. dicit q̄ † ille tex. Exodi proced-
- bat

bat in altaribus veteris testamenti quæ non erant tante auctoritatis quanto nostra sunt. Alij intelligunt illum tex. de mortuo per poenitentiam, scilicet ut moriatur in peccatis suis, vel ut deponatur + depositio n. est mors civilis q. vñ c. quia ergo Hosti. autem dicit q. tex. in d.c.i. intelligi potest de incorrigibili, tandem Abb. relatis aliorum opinionibus distinguendo dicit tex. in d.c.i. de homi. intelligi posse tam de clero quam layco. de layco scilicet ut ab altari euellatur. i. ab ecclesia & a fideliū communione per excommunicationem + quotiens enim a canonibus metio fit de morte intelligitur de morte ciuali & etiam intelligi potest de senten. excom mur. vt probatur in c. per venerabilem. qui filii. sint legit. + ibi enim lex antiqua faciens mentionem de morte exponitur moriatur videlicet per sententiam excommunicationis, quia per eam veluti mortuus a communione quis separatur, & ad hoc ille tex. est notabilis, veruntamen negare non possumus q. illo tempore text. ille Exodi non loqueretur de morte naturali, per id quod legitur & notatur in c. placuit. xxvi. q. i. + sed postquam dispositio illius tex. est incorporata in decretalibus inter canones intelligi debet ciuiliter, secundum ipsorum canonum naturam quorum dispositio de morte loquens intelligitur de ciuali, cum canon non imponat poenam mortis naturalis. + Secundo modo dicit Abb. in d.c.i. intelligi posse illum tex. in clero cui cum sit de altari proprie ab altari euellitur, cu ipse altari sit affixus & obligatus, subdens q. hodie dupliciter potest intelligi primo de dispositio quæ est quædam ciuilis mors. Secundo intelligi potest de morte naturali ut puta quando homicidium est adeo qualificatum q. non videatur ad poenam sufficere ipsa dispositio, nam eo casu deponi deberet & tradiri curie seculari ut moriatur, ita dixit idem Abb. in c.i. de his qui sibi occider. & in c. at si clerici. de iudi. At Fely. in d.c.i. de homic. dicit q. dictum Abbatis q. ille tex. loquatur & procedat tam in layco quam in clero impli cat aliqualem contradictionem, dicens q. si lequitur in layco proditorie aliquem occidente procedet intellectus glo. ibi in verbo per insidias quæ dicit quod is qui per aggressionem insidias aliquem occidit non iuuatur immunitate ecclesiae & sic quod iste erit quartus casus exceptius a supradicta regula generali tex. in d.c. inter alia. si vero loquitur de clero ipse degradabitur & tradetur curie seculari, dicens quod + per tex. in d.c.i. ita consuluit contra quandam episcopum Pe. de Anch. cor. si clij. ex narratis in facto colum. ij. qui dixit quod tex. in d.c.i. de homic. lequitur in clero per insidias homicidium perpetrante, nam clericus dicitur pro prius euelli ab altari, laycus enim non potest dici euelli, quia circa altare non ministrat, unde qui radices non egit in loco ut fecit clericus in ecclesia euellino potest, priuatio etenim habitum presupponit l. decim. ff. de verbo, obliga. Ideo Hierony. Gigas,

dicit debere intelligi illum tex. ibi euellas per degradationem ut moriatur videlicet ut moriatur per executionem iudicis secularis, nam verbum moriatur referri debet ad mortem naturalem, ut notatur in capi. placuit. xvi. q.i.c. susceptum de rescrip. in vi. subdens Ancha. loco præallegato qd dum ille tex. dicit euellas loquitur prælato & subdit impersonaliter moriatur quasi dicat non per prælatum ecclesiasticum, sed per iudicem secularē ei mors inferatur, dicens istam expositionem esse magis consonam menti illius tex. Exodi quām sint alie quas refert Io. And. in d.c.i. & quod illa lex Exodi reddita fuit in volumine decretalium, ut seruetur non ut frustra membranas occupet. Idem dixit etiam ipse Petr. de Anch. in repe. c.eaq. col. xxix. in fi. in versi. decimonono quāro. ij. col. xxx. in prin. in versicu. quidam miser sacerdos. de reg. iur. in vi. vbi refert miserabilem casum qui accidit tempore suo in ciuitate Venetiarum qd quidam sacerdos alium sacerdotem per industria occiderat contra quem ipse consuluit, & ibi sequitur prædictum intellectum ad tex. in d.c.i. de homi, referens, tunc consuluisse episcopo Venetiarum, qd sacerdos ille homicida proditorius degradari poterat, & tradi curie seculari, ut vere moreretur, per tex. in præallegato c.i. & ibidem hanc opinionem tenuit Ioan. de Ana. col. fi. vbitenet qd ille tex. c. primi. de homi. loquatur de eo qui proditorie hominē interfecit, & licet ista opinio qd ex illo text. inducatur qd clericus ex tali delicto mori debeat videatur rigorosa tamen ut dicit idem Anchiar. in d.c.ea quae. habet in se equitatem, quia si contingeret qd clericus & laycus conspi rarent in mortem alicius & aliquem insimul proditorie occiderent adeo qd laycus ex tali delicto dilaniaretur, si clericus solum ad perpetuos carceres damnaretur inter eos esset nimis magna poenæ inequalitas præsertim quia damnati ad perpetuos carceres ut plurimum carceribus fractis auſtgiunt quod scandalum parat laycis contra clericos & prælatos.

¶ 7 † Opinio Pe. de Anch. & Ioan. de Ana. qd text. in d.c.i. de homicidio loquatur de homicida proditorio mihi placet, & propterea recte consuluisse arbitror, Pe. ipsum tunc episcopo Venetiarum circa illum sacerdotem qui proditorie alium occiderat sacerdotem quem persuaserat quod iret ad eius domum pro accipiendo maluatico, et cum ille iuisset ad id. suasus pro habendo maluatico fuit a prædicto proditorio interfactus † proditor. n. is dicitur qui proximum circumuenit & eum callide seducit ut illū in periculum salutis trahat. xxiiij. q. iiij. c. transferunt. xv. q. i. c. si cupis. item & is proditor dicitur qui dum se amicum ostendit postea damnum iniuriā vel machinationem infert, ut dixit Ang. in s. interdum. insti. de hære. quae ab intesta. deferunt. ad idem est glo. in xlvi. distin. c. clericus. & xi. q. iiij. c. nolite, & late dicam infra in rub. de prodit. in i. q. ab illis enim qui aliud in ore

aliud in corde gerunt difficultimum est cauere, de quibus loquitur seruator
 noster dicens populus iste labijs me honorat, cor autem ipsorum longe est
 29 a me, vt habetur Math.ca. xv. † Et proditorie hominem occidere plus est
 quam ex proposito occidere, vt puta inimicum apensate & apostate occi-
 dere, quia ab inimico cauere possumus, ab eo autem qui se amicum extrin-
 sece gerit, & intrinsecus inimicus est fere impossibile est cauere, nec assen-
 tio opinioni dicentium q̄ tex. in d.c.i. de homic. loquatur de occidente ho-
 minem ex proposito, quia huiusmodi intellectus aduersatur dispositioni
 tex. in c. si. de immuni. ecclesi. qui tex. loquitur de committente homicidii
 in eccllesia ea intentione vt ab ipsa defendatur, & sic ponit casum exceptū
 a regula generali d.c. inter alia, eod. tit. qui tex. a contrario sensu probat q̄
 committens homicidium ex proposito extra eccliam ad illam postmo-
 dum confugiens tueri ab ea debet ne inde extrahatur confirmatur hoc
 quia exceptio debet esse de regula, sed casus excepti in d.c. inter alia sunt
 tales qui ex proposito & præmeditatae committuntur vt est in publico la-
 trone, & in nocturno depopulatore agrorum qui excipiuntur, in illo tex.
 ergo & regula illius tex. intelligi debet etiam in homicidio pensato nō ta-
 men proditorio per supradicta. † Erit ergo conclusio q̄ extrahens de ec-
 clisia eum qui proditorie hominem interfecit non incidit in crimen laesae
 maiestatis. † Et idem dicas de extrahente de ecclisia eum qui apensate ho-
 minem extra eccliam interfecisset, non ea ratione quia talis vt dixi supra
 posuit inde extrahi, sed ex eo q̄ tex. in d.c.i. de homi. patitur plures intelle-
 ctus † & quelibet causa etiam bestialis excusat a pena & dolo ligitur. s.
 potest. ff. de liberal. cau. Cassio. decis. xix. nu. 4. super regul. cancel. Rocchi.
 de Curte in tracta. de consuetu. nume. 124. & dixi in tractatu de pensio.
 q. lxxv. nu. 2. & facit text. in l.i. in ff. de abige. ibi, siue iustus siue iniustus
 & scribit Boer. deci. 168. nu. 11. in prima parte.
 23. † Quarto fallit supradicta conclusio quod extrahens aliquem de eccl-
 sia incidat in crimen laesae maiestatis in eo qui ex ecclia extrahit eum qui
 veneno aliquem pereinit, talis enim proditor dicitur vt dixit Fely. in præ-
 allegato c.i. de homic. & ibidem loan. de Ana. col. i. nu. 1. † plus est enim
 hominem veneno occidere quam ferro l.i. C. de malefi. & mathe. per quē
 tex. dixit Bal. in l. nemo. C. de summa tri. & fid. cathol. quo'd qui alicui ve-
 nenu exibet illum proditorie interficere dicitur, & casus huiusmodi pro-
 culdubio comprehenditur sub dispositione tex. in d.c.i. de homic. cum ve-
 rum sit dicere quod propinans alicui venenum ex quo ille moriatur dici-
 tur illum per industram & insidias occidisse, nam venenum vt plurimum
 subministratur ab eo de quo venenatus cōficit, & sepe magnis viris præ-
 paratur a quo pauperes et viles regulariter sunt immunes, iuxta illud luue

L I B E R P R I M V S . T R A C .

- nalis. Fictilibus nulla miscent aconita. Et licet Ioannes de Anan, in dicto capitulo primo, quem sequitur idem Nic. Boer. decisio. 109. nume. 5. in prima parte dicat quod forte dici potest quod triplex homicida non gaudet immun. ecclesiae. Primo qui in ecclesia occidit, secundo qui veneno necat aliquem, tertio is qui proditorie occidit, ut in dicto c. i. de homici. nihilominus id mea quidem sententia sine dubitatione tenendum est per suam predictam, & quanuis varie sint in hoc doctorum opiniones. Istud etiam comprobat praedictam quartam ac etiam tertiam fallentiam: quia tibi variæ sunt doctorum opiniones, ut in casu nostro in quo aliqui tenent praedictos esse tutos in ecclesia, aliqui, non excusat a dolo & a culpa unam se quens: secundum not. per Innocen. in c. ne initiaris. de constitu. & notatur in l. cum prolat. ff. de re iudi. & habetur per Stefa. de Federicis in tract. de interpret. iur. in vlt. parte, col. fi. in fi.
27. t Vnum tamen in hac materia nota dignum non omittam quod si index captum in ecclesia relaxet libere, si dum ille relaxatus discedit facit illum iterum capi non dicitur ipsum relaxasse, ut no Arch. in c. miror. xvij. q. iij. Bar. in l. i. per illum tex. C. de nauicular. lib. xi. in ver. venio ad versi venientes. Idem dixit Fely. in c. ego enim. col. fin. versic. item infert de iure iurant. Et ideo dixit Abb. in c. accedens in principio per illum text. de procura. quod t is qui tenetur aliquem relaxare seu restituere non liberatur ab obligatione illum simpliciter relaxando in suo territorio, sed debet illum facere secure conduci extra suum territorium ad locum ubi possit secure stare.
28. t Quinto fallit in extrahente de ecclesia reum criminis laesae maiestatis commissi contra principem de quo dicam infra in titulo de pluribus questionibus. q. iij. vide ibi dicta, talem nanque de ecclesia extrahens crimen laesae maiestatis committere non dicitur.
29. t Sexto fallit quando aliquis extra cimiterium vel ecclesiam a iustitiario vel officialibus est captus, & ducitur per ecclesiam, nam tunc inde etiam violenter extrahi potest nec tali casu immunitas ecclesiae violari dicitur, ita voluit Archidiacon. in capitulo sicut. decima septima quæstione quarta, & Ioan. L upus in repetitione rubricæ de donatio. inter virrum & vxorem, ut refert & sequitur Nicola. Boer. in suis decisio. decisio. clxxvij. numero 13. in prima parte, facit ad hoc quod voluit Andr. de Iser. in rubrica quæ sint regal. in vñibus feudorum, ubi dixit t quod si quis veniret de ultra mare cum equis & armis, & transiret per regnum Siciliae, ex quo equi & arma non possunt extrahi sine Regis licentia, quod poterit eos conducere ad locum sui domicilij extra regnum sine aliqua Regis licentia, per textum in lege si quis post hanc, in versiculo data similiter, C. de edific.

32 priuat. & ibi glos. & Cyn. Alberi. & Angel. † contrariam partem quod immo datus per cimiterium inde amoris non possit, tenuit Marcus Mantua consilio lx. circa finem. numero decimo septimo ,allegat Romanum in lege plerique, & ibi Iason ff. de in ius vocan. & in argumentum text. in lege quis sit fugitiuus. s. idem celsus. ff. de edilitio edict. & in lege sicuti. s. arist. , & ibi Bald ff si seruit. vendic. pro prima opinio. facit text. in capitulo inter alia. de immunita. ecclesia. qui loquitur in configiente ad ecclesiam , & tex. in capitulo dissiniuit. & in capitulo sicut. xvij. q. iiiij.

33 † Ultimam tamen opinionem semel seruari vidi in alma ciuitate Venetiarum alias ciuitatum Regina, sed primam veriorem puto. Nec obstant allegata per Mantuam , quia procedunt in eo , qui insecurus ab officialibus , ut caperetur fugiens se in ecclesiam recepit, & sic ad eorum manus non peruenit , & similiter tex. in d.l. quis sit fugitiuus. s. idem celsus. loquitur de seruo fugiente , qui se in turum locum recepit , nec similiter obstat dictum Bald. in dicta l. sicuti. s. arist. quia loquitur in bannito inseguento ab officialibus ut caperetur qui aufugit in alienum territorium , nam ibi capi non potest.

S V M M A R I V M .

• Qui hominibus armatis templo occupat laesae maiestatis reus est.

Q V A E S T I O V N D E C I M A .



N D E C I M O quæro vidimus in proxima prædente quæstione qualiter extrahens aliquem de ecclesia propria auctoritate ad quam ille configerat incidit in crimen laesæ maiestatis, per textum in lege secunda. C. de his qui ad ecclesi. confugi. Modo videamus quid dicendum de eo qui sibi templum occupat? Dicas quod talis incidit in crimen laesæ maiestatis . vt probat text. in lege prima, ibi locave occupentur vel templo. ff. ad legem iuli. maiestat. ad idem est text. in l. secunda. ff. de colleg. illuci. iuncta glos. ibi in verbo tenetur, vbi tex. iuncta glo. probat q̄ † is qui hominibus armatis templo occupat laesæ maiestatis reus est, facit etiam ad id text. in lege denuntiamus. C. de his qui ad ecclesi. confugi. & ita tenet Lodouic. Montal, in tractatu suo de reprobatio. senten. Pilati, articulo primo, nume. 70.

LIBER PRIMVS. TRAC.

S V M M A R I V M.

- **Impedientes nuntios per legatum apostolicum ad Papam missos , & spoliantes eos litteris Papæ directis , incident in crimen læse maiestatis.**
- **Imperator obtinet primum locum post Papam.**

Q V A E S T I O X I I .



VO DE C C I M O quæro , an qui nuntios per legatum apostolicum ad Papam missos in via publica impeditur , & litteris papæ directis spoliant in criminis læse maiestatis delictum incident : Circa hoc Roma . in consil . cclxxv . quæritur primo , tenuit q̄ sic , per tex . in l . i . in princ . ff . ad l . iul . maiesta . Verum quia ut supra diximus in i . q . huius ru-

- bri , crimen læse maiestatis committitur contra papam , siue per clericos , siue per laycos eisdem modis quibus committitur contra Imperatorem , vt in toto titu . ff . & C . de crimi . læse maiesta . vt etiam dixit Præposi . in c . imprimis . in s . de persona . col . viij . versi . qui autem . nu . 20 . ij . q . i . ideo deuenimus ad materiam criminis prædicti , videlicet quot & quibus modis crimen prædictum committatur contra Imperatorem alios Principes & civi- tates , & quia † citra Papam , Imperator primum obtinet locum ab eo exor diendum erit .

S V M M A R I V M .

- **Machinando contra personam Imperatoris , crimen læse maiest . committitur .**
- **Perduellionis reus dicitur qui contra personam Imperatoris , crimen læse maiestatis commisit .**
- **Duellum hoc solo casu fieri lex romana permittebat .**

Q V A E S T I O X I I I .



ER T I O D E C I M O quæro quando Imperator offenditur , vt quis crimen læse maiestatis contra eum commisisse dicatur : Responde quando aliquis machinatur contra eius personam proculdubio crimen læse maiestatis committit vt dixit Odofr . in rub . C . ad l . iul . maiesta . & Præposi . in c . imprimis . in s . de persona . col . viij . versicu . de imperatore . ij . q . i . & est tex . in l . quisquis . in prin . C . ad l . iul . maiesta . & hoc

procedit , siue quis id solus faciat , siue cum alijs conspirando in necem ipsius Imperatoris , siue cum militibus , siue cum priuatis , siue cum barbaris , vel illum offendere promittendo , vel iureiurando affirmando , ut habeatur in d.l. quisquis . in prin. & ibi doc. & tales perduelles dicuntur , ut testatur Vulpianus in l. fi. ff. ad l. iul. maiest. idem dixit Ioan. de Tur. Crema. in
 2 c. si quis. s. porro. vi. q. i. inquiens q̄ † perduellionis dicitur reus is qui con-
 3 tra personam Imperatoris crimen læse maiestatis commisit. † Duellum etenim Romana lex hoc solo casu fieri permittebat , idem dixit etiam Tur. Cremat. in summa. iiij. q. iiiij. & Specu. in tit. de accusa. s. i. versic. secundo cri-
 men perduellionis.

S V M M A R I V M.

- 1 *Conspirando in necem consiliarij uel collateralis imperatoris , offenditur imperatoria maiestas.*
- 2 *Consiliarij , uel collaterales imperatoris dicuntur pars corporis ipsius imperatoris.*
- 3 *Consiliarij , uel collaterales imperatoris , & ipse imperator dicuntur unum corpus.*
- 4 *Consiliarij dicuntur inherere Principi sicut stelle firmamento cœli .*
- 5 *Priuata inimicitia non excusat aliquem a crimine læse maiestatis.*
- 6 *Occidens consiliarium , siue collateralē Imperatoris ex priuata inimicitia non incidit in crimen læse maiestatis.*
- 7 *Andreas de Isernia dum esset Regius consiliarius in Regno occisus fuit.
Ex constitutione regni occidens consiliarium Regis ex priuata inimicitia tenetur crimi-
nē læse maiestatis.*
- 8 *Occidens consiliarium Principis in ipsius principis odium siue reipublice , ut tali consi-
liario careat incidit in crimen læse maiestatis.*
- 9 *Secus si ob priuatam inimicitiam regulariter.*

Q V A E S T I O X I I I I .



VARTODECIMO quæro , quid dicendum de con-
 spirante in necem consiliarij imperatoris , vel illius colla-
 teralis ? Dicas & hunc in crimen læse maiestatis incidere :
 † offenditur n. ex hoc imperatoria maiestas : † tales nāc p̄
 pars corporis ipsius imperatoris dicuntur , ut dixit text. in
 d.l. quisquis . in prin. C. ad l. iul. maiest. facit tex. in c. foelicis.
 de poen. in vi. & habetur per Lucam de Pen. in l. nihil. C. de pala. sacr. larg.
 3 lib. xij. ad idem est tex. in c. si quis. vi. q. i. & ibidem Præposi. † Ex Impera-
 tore enim Rege , vel Principe vnum corpus fieri dicitur , & creari cum eius

L I B E R P R I M U S . T R A C .

- confiliaris, ut habetur in præallegato c. si quis. & in d.l. quisquis. & in d.e
 4 felicis ac in l. humanum. C. de legi. † Quinimmo consiliarij dicuntur inhe
 rere principi sicut stelle firmamento cœli, secundum Bald. in l. cum multa.
 C. de bon. quæ liber. & veluti splendor fulgent firmamenti, argumento
 tex. in c. super specula. de magistr. & dicuntur folis radij. c. multi. de pœni.
 distin. ij. & tradit Nicol. Boer. in tracta. de auctoritate mag. consi. numero
 129. Et prædicta videntur procedere etiā si quis ex priuata inimicitia occi
 deret collateralē vel consiliarium Principis, nam ut dicunt Bal. & Inno
 5 in c.i. de offi. d.s. leg. † priuata inimicitia non excusat aliquem a crimen la
 sœ maiestatis.
- 6 † Contrariam autem partem q̄ occidens consiliarium seu collateralem
 Principis ex priuata inimicitia non committat crimen laesœ maiestatis, te
 nuit Bar. in l. hostes. ff. de capt. & postli. reuer. quem sequitur And. de Iser.
 in c.i. in s. & bona committentium in tit. quæ sint regal. in vſib. feudo, qui
 circa hoc plura scribit, idem tenuit Mart. de Laude in tract. de crimi. laesœ
 maiesta. q. xxi. & Mathe. de Affli. in d.s. & bona committentium. col. i. & ij.
- 7 referens q̄ † And. de Iser. dum esset regius consiliarius in regno occisus fuit
 ob cuius mortem Regina Ioanna constitutionem edidit q̄ occidens Regis
 consiliarium etiam ex particulari odio, vel inimicitia, siue vt Rex illo vitio
 consiliario careat poena criminis laesœ maiest. teneretur, & idem Mathe. in
 constitu. regni. lib. ij. in tī. de his qui fideius. nu. 38. vbi attestatur videlicet
 scriptum Regin. Ioannæ primæ in quo condemnabantur de crimine la
 sœ maiesta. sceleratissimi illi qui vitum insontem et reipublice utilem An
 dream de Iser. prædictum interfecerunt, supradictam opin. tenuit etiam
 Aymo Crauetta consi. vi. col. xviii. in versi. tertio arguitur. nu. - 9. in i. vo
 8 lu. & Egid. Belle. consi. xv. erit ergo ex præmissis firma conclusio q̄ occi
 dens consiliarium Principis, siue eius collateralem in ipsius principis odii,
 siue reipublicæ, vt tali consiliario careat in crimen laesœ maiestatis incidit
 quod etiam tenuit Lucas de Pen. in l. quotiens. col. ij. versic. sic dicimus. C.
 9 de exact. trib. lib. x. † Secus si ob priuata inimicitia, voluntas enim & pro
 positorum distinguunt maleficia l. qui iniurie. in prin. ff. de sur. idem erit in ob
 fendente senatorem Principis per tex. in d.l. quisquis. in prin. nam licet le
 cus statutum fuerit per Reginam Ioannam in Regno Neapolitano dicta
 constitutio non constituit ius uniuersale,

S V M M A R I V M .

- 2 Christum Crucis affligere dicuntur qui eius sacerdotes prosequuntur.
 4 Hippolytus de Marjilijs magnus criminalista fuit præceptor & promotor authoris

- 3 Dux Valentinus Alexandri sexti Pont. Max. filius, vicarios perpetuos qui erat in Ro
mandiola partim ferro, partim ueneno substulit scelestam dominandi cupiditate.
- 4 Christophorus Pierius Gigas Poeta, authoris patruus.

Q V A E S T I O X V.



VINTO DECIMO quæro quid dicendum de offendente vicarium imperatoris Regis vel Principis? dicas qd ex hoc leditur maiestas Principis, ea propter talis læsæ maiestatis reus erit, tunc enim perinde est ac si contra Principem ipsum attentatum esset. facit qd legitur iij. q. i. c. nulli, in fi. vbi dicitur qd Christū cruci affigere dicuntur, qui eius sacerdotes prosequuntur. Deus nanque organo Zachariæ, prophetæ c. eius secundo dixit, qui vos tangit, pupillam oculi mei tangit & transumpti ue habetur ij. q. viij. c. accusatio. ad idem facit quia qui Christi sacerdotes recipit, aut spernit Christum spernere, aut recipere videtur xxi. distin. c. in nouo. viij. q. i. c. qui vos. Ad idem facit quod habetur xvi. q. i. c. retrahenti. vbi dicitur qd cum affliguntur sacerdotes Christus affligitur. Hanc opinionem tenuit Rapha. Cuma. consi. cliij. Ad primum respondeatur, vbi dicitur, qd per iniuriam factam Vicario Principis crimen læsæ maiestatis committitur, ad quod plura allegat quæ transcribere non curauit videre poteris ibi per eum, idem tenuit magnus criminalista præceptor & promotor meus dominus Hippol. de Marsi. consi. i. col. ij. nume. 20. in i. volu. & Lauren. Calcan. consi. li. licet his quæ supra col. ij. nume. 6. Hanc etiam opinionem tenuit Ang. in tracta suo malefici. in verbo che hai tradito la tua patria, in versu. quæro quis congregat, in fi. versic. secus si contra. numero 4. vbi dicit hoc notandum esse contra vicarios perpetuos in prouincia Romandiole quorum tam nullum extare istis temporibus videmus ut olim tempore quo Angel. prædicta scripsit extabant. † Nam Rauenne Polentani, Cesene & Arimini Malatesta, Foroliuij Ordelaffi demū Riarij, Imole Alidosii post Riarij, Fuentie Manfredi pro sancta Romana ecclesia Vicarij fuere perpetui, quorum aliquos Cesar Borgia Dux Valentinus nuncupatus Alexan. sexti Pont. Max. filius ferro partim, & partim veneno substulit scelestam dominandi cupiditate ductus, ob qd tot Italie Principes suis elecit sedibus, de quo cum mortuo Alexan. patre omnina amisisset, per belle alludens † Christophorus Pierius Gigas patruus meus Poeta non obscurus sit scripsit.

Sepe Valentinus Cesar dixisse notatus

Aut nihil in terris, aut ego Cesar ero.

Hierony. Gigas.

E

L I B E R . P R I M V S . T R A C .

Tunc sua fortune fuerat rota nam albula fluxit
 Et fluxit Rodanus ad sua uota diu
 Nunc uero in sicco est fluuius defecit uterque
 Hetrusca & prima Clavus in arce fremit.

S V M M A R I V M .

- 1 Offendens Ambasciatorem Principis perinde est ac si Principem offendisset.
- 2 Rumpens securitatem datam a Principe incurrit crimen læse maiestatis.
- 3 Legatus conueniri non potest in loco sue legationis, sed habet ius reuocandi.
- 4 Ambasciator sui Principis uices fungitur.
- 5 Ambasciatores securitatem de iure gentium habere dicuntur.
- 6 Ambasciatores dicuntur sancti, nec possunt pro represalijs capi.
- 7 Offendentes Ambasciatores sacrilegium committere dicuntur.
- 8 Bannitus ex Florentia, si ad florentinos Ambasciator per suum Principem mittatur, offendit ibi tanquam bannitus non potest.
- 9 Offendens Ambasciatorem alicuius Principis cuius dictus offendens non erat subditus, crimen læse maiestatis non committit.
- 10 Non subditus offendens Principem crimen læse maiestatis non committit.
- 11 Offendens legatum Principis non odio ipsius Principis, sed particulari inimicitia non incidit in crimen læse maiestatis.
- 12 Offendens Ambasciatorem qui finita sibi commissa ambasciata redditum suum retinabat non incidit in crimen læse maiestatis.
- 13 Legatus qui differt reuerti cum posset, legatorum priuilegio non gaudet.
- 14 Offendens legatum Principis reuertentem ex legatione sua, postquam est ingressus principaliorem ciuitatem sui Principis, in qua ipse Princeps residet, non incidit in crimen læse maiestatis, quia non dicitur amplius legatus.
- 15 Offendens legatum Pape in reuersione postquam ingressus est portam Romie, non incidit in crimen læse maiestatis, nisi talis legatus esse Cardinalis.

Q V A E S T I O X V I .



E X T O D E C I M O quæro quid dicendum de offendente Ambasciatore Principis, sic enim Principis legatum vocant, an incidat in crimen læse maiestatis & dicas q̄ sic, vt voluit Bal. in c. i. de offic. deleg. per tex. in l. ossa. s. fi. ff. dilig. & surop. fune, t̄ perinde enim est ac si principem ipsum offendisset, vt inquit Bal. in d. c. i. ad quod facit text. in c. ex literis, eo, titu, opinionem Bal. sequitur Fely. in præalleg. c. i. in fin. vbi pro

- 3 opinione Bal. sic arguit † trumpens securitatem datam a principe incurrit
crimen læsæ maiestatis tex. est in l.i.ff.ad l.iul.maiest. Sed Ambasciatores
hanc securitatem habere dicuntur l.ij.ff.de iudi. ergo offendens istos ipsum
Principem offendere dicuntur. Dicas tu q̄ in d.l.ij.in s. legatis non proba-
tur intentio Fely. quia ibi disponitur q̄ † legatus conueniri non potest in
loco sue legationis, sed habet ius reuocandi, & sic ille tex. non loquitur de
4 alia securitate, opinio autem Fely. in se vera est, sed alia ratione † Amba-
sciator etenim sui Principis vice fungitur facit tex. in c. sane. de offi. deleg.
& ibi not. Abb. hinc est q̄ offendens illum, & eius Principem offendere
dicitur. Præterea † isti legati quois Ambasciatores vocant securitatem de
iuregentium habere dicuntur, ideo nemo eos offendere debet l.fi. ff. de le-
ga. l.sancitum. ff. de rer. diuissio. & habetur per Bart. in l.i. versic. circa hanc
legem quæro ff. ad l.iul.maiesta. & per Marti. de Laude in tracta. de legat.
6 princi. q. xvij. facit quia † isti legati dicuntur sancti, vt habetur per Ange.
in l.ij.s. legatus. de iudi. Nec possunt pro represalijs capi vt voluit Bar. in l.
fi. ff. de lega. & Marti. de Lau. in præallegato tract. q. xxxi. & xxxvij. Im-
7 mo † offendentes legatos, qui sancti dicuntur committunt etiam sacrile-
gium, vt no. Ang. in l. consensisse. s. legatis. de iudic. quod tenet idem Mar-
ti. in præallega. q. xxxvij. & licet ipse Marti. in eodem tracta. q. v. dixerit,
q̄ is qui Principis legatum verberat, vel ei iniuriam infert teneatur lege iu-
lia de vi publica. Attamen opinio Bal. & sequacium tenentium q̄ offen-
dens Principis legatum crimen læsæ maiestatis committat, mihi plus pla-
cet per ea quæ supra dixi, in qua opinione fuit etiam Bar. in extrauag. qui
sint rebel. in verbo rebellando in versi. quod hic dicitur. nume. 4.
- 8 † Et in tantum verum est, q̄ Ambasciatores habent de iure communi
securitatem q̄ si aliquis esset bannitus, vt puta ex Florentia, attamen si ad
florentinos Ambasciator per suum principem mitteretur offendere ibi tan-
quam bannitus non posset, vt notanter dixit Ang. in s. reuerendissimi. in
authen. de sanctis. episco.
- 9 † Conclusionem supradictam q̄ offendens legatum Principis fiat reus
criminis læsæ maiestatis limita modis infra scriptis. Et primo vt non proce-
dat quando talis offendens non erat subditus illius Principis cuius legatus
10 vige fungebatur. † Nam quando non subditus Principem offendit cri-
men læsæ maiestatis non committit clemen. pastoralis, & ibi doc. de re iu-
di. Et notatur per doc. in l. quisquis. C. ad l.iul.maiest. si igitur non subdi-
tus offendens Principem non committit crimen læsæ maiestatis, vt etiam
legitur apud Oldra. consi. xlivj. queritur vtrum citatio col. ij. versicu. circa
sextam, & dicam latius infra sub hac eadem rubrica q. lxvij. ergo idem a
fortiori dicamus esse in offendente eius legatum cum accessorium naturæ

sui principalis sequatur, vulgato c. accessorium, de regu. iur. in vi. facit quia surrogatus est eiusdem iuris & conditionis cuius est is in cuius locum surrogatur l. eum qui s. qui iniuriarum. ff. si quis caut.

¶ 1. † Secundo fallit dicta conclusio in offendente legatum Principis non odio Principis, sed ex particulari inimicitia, per ea quae voluit Bar. in l. hostes. ff. de capti. & postli. reuer. & per ea quae voluit Andr. de Iser. in c. i. s. & bona committentium. in tit. que sint regal. in vslb. feud. & ibidem Mathe. de Afflci. in quibus locis concludunt q. offendens consiliarium Principis ex particulari inimicitia, non incidit in crimen læse maiest. faciunt dicta supra q. xiiij. proxima praecedente.

¶ 2. † Tertio fallit praedicta conclusio in offendente Ambasciatorem seu legatum Principis, qui finita sibi commissa ambasciata redditum suum retardabat. Talis enim priuilegio legati non gaudet, vt voluit Bart. in l. fi. C. de mercat. Idem voluit Marti. de Laud. in tract. de lega. principum. q. xi. vbi

¶ 3 dixit q. † legatus qui differt, reuerti cum possit legatorum priuilegio non gaudet, allegat tex. in l. item hi. s. i. & ibi gl. ff. ex quib. cau. maior. & tex. in l. fi. C. de comer. & merca.

¶ 4. † Quarto fallit conclusio praedicta in offendente legatum Principis revertentem ex legatione sua postquam est ingressus principalorem ciuitatem sui principis in qua ipse princeps residet. Nam eo casu nō dicitur amplius legatus secundum Martin. de Laud. in p̄r̄alleg. trac. de leg. princ. q. xxxij. alleg. tex. in l. fi. ff. de offi. procon. & leg. & Specu. in ti. de lega. s. fi. tunc enim eum offendens non incurrit crimen læse maiesta, quia offensus non representabat vterius personam principis, & sic eo casu principis

¶ 5 maiestas non leditur, sed persona priuata. † Idem erit in legato Papæ si offendatur postquam ingressus est Portam Romæ, tunc etenim non est amplius legatus ut dixit Marti. de Laude loco proxime allegato. si tamē legatus Romam reuersus esset Cardinalis, praedicta locum nō haberent, per tex. in c. fœlicis. de poen. in vi. & per ea quae dixi supra q. v.

S V M M A R I V M.

- ¶ Statutum puniens turbantes uel turbare uolentes statum ciuitatis intelligitur principiter non secundario.
- ¶ Arbitrium datum sapientibus super utilitate publica uel ciuitatis statu principaliter nō secundario intelligitur.
- ¶ Statutum puniens certa poena facientes rumorem in ciuitate si quis aliquem percutiendo rumorem oriri fecerit, non tenebitur poena statuti praedicti.
- ¶ Statutum concedens alicui q. possit facere uniuersitatem de offensa sibi illata, intelligitur

per se non per interpositam personam.

Banniti qui nolunt ire ad confinia ipsis assignata per Principem non incident in crimine lœse maiestatis.

Iudex qui iudicat contra constitutionem Imperatoris non tenetur criminis lœse maiestatis, & quæ sit ratio.

Q V A E S T I O X V I I .

ECIMOS EPTIMO quero an sicuti quando principaliter publica leditur maiestas crimen lœse maiest. cōmitatur l.i. in prin. & l.ij. iun. & gl. in verbo tabulis. ff. ad l. iul. maie. Ita dicendum sit quando non principaliter, sed secundario maiestas publica leditur & Breuiter dicas q̄ nō, vt uoluit Bal. in l.i. C. de priua. carce. quem refert & sequitur Alber. Bru. consi. lxix. viso processu inquisitionali col. ij. ver. tertio moueor, facit ad hoc quod voluit Bal. in l.i. s.i. col. ii. ff. de iusti. & iu. vbi dixit q̄ t statutum puniens turbantes vel turbare volentes statum ciuitatis intelligitur principaliter non secundario. Hinc est q̄ arbitriū datum sapientibus super utilitate publica vel ciuitatis statu principaliter non secundario intelligitur, & ideo arbitrii non poterunt super iuribus priuatorum principaliter licet secundario publicum cōmodum concernant, vt voluit Bal. in d.l. i.s.i. col. i. ff. de iusti. & iur. & latius per Bar. in l.ambitiosa. ff. de decret. ab ordi. fac. & per Nel. in trac. bāni. in ij. par. ij. tempo. q.l. vbi dixit q̄ si extet statutum puniens certa poena facientes rumorem in ciuitate, si quis aliq̄ percutiendo rumorem oriri fecerit, non tenebitur poena statuti prædicti, cū illius verba principaliter non secundario sint intelligēda. Et ideo si alicui per statutū conceditur q̄ facere possit vindictā de offensa sibi illata intelligitur per se nō per interpositā personā, vt attestatur Bal. in l. vt vim. col. ii. ff. de iusti. & iu. idem dixit Bart. Cep. consi. xvij. ver. præterea istud: faciunt dicta supra q. xijij. de offendente consiliariū Principis. hoc idem tenuit Aymo. Craue. consi. vi. col. xvij. ver. tertio arguitur in fauore i. vol. Ad idem facit quod voluit Bar. in consil. cxxxix. quæritur vtrū. in i. vol. vbi cōcludit q̄ t ille qui noluit ire ad confinia sibi assignata, & oēs qui exiles sunt, & Principi non obedunt nō propterea cōmittunt crimen lœ. ma. sed tunc dein q̄n quis principaliter insurgit contra ipsum Principē, quod refert & sequitur Deci. cōsi. ccccx. in causa mota Mediolani col. vlt. ij. vol. & pro ista conclusione est tex. in l.i. C. ad l. iul. maie. vbi dicitur t q̄ iudex qui iudicat contra constitutionem Imperatoris non tenetur criminis lœse maiestatis, & ratio est, quia factum iudicis tali casu non respicit principaliter offendam imperatoris, sed secundario,

LIBER PRIMVS. TRAC.

S V M M A R I V M.

- 1 Offendens habentem securitatem a dominis Venetis uel ab aliquo alio superiori recognoscente, ne ab eo uexetur crimen læse maiestatis committit.
- 2 Omnia quæ dicuntur de populo Romano attribuenda sunt Regi & ciuitati super rem non recognoscenti.

Q. V A E S T I O X V I I I .



- E**CIMOOCTAVO quæro an olim crimen læse maiestatis incurrebat hi qui aduersus securitatem alicuius populo Romano facta ne ab eo vexarentur attentabant: cas q̄ sic, tex. est in l.i. & ibi gl.i.ff.ad l.iuli.maiē. & habetur per Math.de Afflī.in c.i.in.5. & bona committentium , 8. in tit. quæ sint regal,in vñibus feudorum. † Idem dicitur hodie in his qui ab imperatore Rege, vel ciuitate superiori non cognoscente, ut est alma ciuitas Venetiæ, securitatem haberent, per quæ volunt doctores in l.hostes.ff.de capti.& postlimi.reuer. & perfidycer.in l.quisquis.C.ad l.iul.maiesta. & hoc voluit etiam idem Math de Afflī.in d.5.& bona committentium.col.v.versicu.secundo modu me.lviij.vbi dixit q̄t omnia quæ dicuntur de populo Romano attributa sunt Regi & ciuitati superiori non recognoscenti, per no. per dores in d.l.hostes.& Guiliel.de Cun.in l.ex hoc iure gent. ff.de iusti. & p. & Saly.in dicta l.quisquis.Et in ista materia de frangente alicui salutis ductum vide quæ latius dicam infra in hoc eo.ti.q.xxiij.

S V M M A R I V M.

- 1 Populus Romanus olim dominus erat, et post omne ius suum in Imperatore traxit.
- 2 Tanta erat apud Romanos religio seruande fidei etiam hostibus ut si quando obfus ab eis dati aufugissent Romam reuersi illos ad hostes remittebant.
- 3 Obsides sine Principiis cui dati sunt licentia testari non possunt, quia sunt quasi seruantes.
- 4 Bona quæsta per obsides fisco acquiruntur.
- 5 Obsides captiuis equiparantur, & serui quodammodo fiunt.
- 6 Clerici a Papa solo in obsides dari possunt.
- 7 Clericus in obsidem ab episcopo suo etiam profiducia treugue dari non potest.
- 8 Intellectus uerus c. ex rescripto. extra de iure iurani.
- 9 Abbas potest monachum etiam inuitum pro necessitate & utilitate sui Monasterij certo loco deputare.
- 10 Monachus non potest Abbatii resistere cu ē eius uoluntas a uoluntate Abbatis depedita.

- 1 Obsides ab inferioribus ab Imperatore uel Papa dari possint?
- 2 Statum hominis immutare solius Principis est.
- 3 Facientes fugere obsides datos ab inferioribus a Principe, qui proprie obsides non sunt, non committerent crimen laesæ maiestatis.
- 4 Obsides dati ab una ciuitate alteri ciuitati, cum non sint uere obsides testamenti factio nem non amittunt.
- 5 Habens iura Principis, seu ius belli indicendi, obsides dare & recipere potest.
- 6 Obsides inter priuatas partes pro obseruatione pactorum quandoque dantur, hi tamē proprie obsides non sunt, nec sic dati sunt loco pignoris.
- 7 Obsides pro causa publica non priuata dari possunt.

Q V A E S T I O X X .



ECIMONONO quæro si sint dati obsides Imperatori Regi vel Principi per eius inimicos pro pactis inter eos initis seruandis an faciens eos fugere crimen laesæ maiestatis committat? Dicendum vtique eum reum huiusmodi criminis fieri, per tex. in l.i.ff.ad l.iuli, maiesta, vb̄ dicitur q̄is qui dolo malo consilium inierit quo obsides in iussu principis fugerent criminè laesæ maiestatis tenetur, & licet ille tex. loquatur de obsidibus datis populo Romano† qui tunc orbis dominus erat cuius omne ius in Principem postea translatum est videlicet in imperatorē, vt habetur in l.i.ff.de constitu. princi. & in l.i.ff.de offic. præfect. prætor. ideo ille tex. procedit in obsidibus imperatori datis, dabantur etenim obsides Romano populo, vel pro pace componenda, vel pro composita seruanda, & econtra per populum Romanum similiter alijs assignabantur, vt dixit glo. in verbo obsides. ff. de testamen. † Eratq; tanta religio apud Romanos seruande fidei etiam hosti vt si quando obsides ab eis dati aufragissent Romanam reuersi illos ad hostes remittebāt. Vnde legitur in Romanorum historijs q̄ in ita pace inter Romanum populum & Porsenam Etruscorum Regem obsidioneq; soluta Porsena in ita pacis seruande pinguis decem Patriorum vtriusque sexus filios sibi obsides dari voluit, dumq; inter eos aliisque virginis obsides date in balneum descendissent custodesq; earum honoris gratia secessissent ipse amne in quo lauabātur træcto Romanam abierunt inter quas cum Valerij Consulis filia esset in paterno superato affectu Senatu persuasit vt virginis ille ad Porsenam pro fide seruanda remitterentur.

³ Et obsides isti sunt quasi serui, & ideo sine Principi cui dati sunt libertas testari non possunt, vt est tex. in l. obsides. ff. de testa. & rationem assignat

L I B E R P R I M V S . T R A C .

- 4 ibi gl.in verbo obsides, quia t bona quæsita per eos dum sunt obsides q[uo]d
sco aquiruntur, tex.est in l. diuus. ff. de iure fis. et ibi gl.in verbo bona, quæ
dicit, q[uod] ille tex.intelligi debet de obsidibus qui dati erant imperatori pro
aliquo pacto seruando, siue pro aliquo capto qui recesserat eo dimisso, &
istos dicit illa gl.testari non posse quam sequitur ibi Bart. vera autem ratio
quare obsides testari non possunt, non illa est, quia bona per eos quæsita
sunt fisci loquendo de quæsitis in obsidatu siue etiam secundum aliquos e[st]
de quæsitis antea, sed secum portatis in ipso obsidatu, sed quia t obsides
captiuis equiparatur, & serui quodammodo fiunt, quod probatur in d.l.d.
ius. ff. de iure fis.iuncto tex.in l.eius qui. ff. de testa.
- 5 t Sed an clerici in obsides dari possint dicendū q[uod] sic, sed a solo Papa vt
propriam obsidum naturam sortiantur, argu.text.in c.cuncta per mun-
dum & c.per principalem. ix.q. iii. ita voluit Abb.in c.ex rescripto,in ver-
si. venio ad secundum membrum.de iure turan.vbi dixit sic procedere gl.
in c.vt pridem. xxij. q. viij. t A suo autem episcopo clericus in obsidem
dari non potest, etiam pro fiducia tregue, gl.est reputata singularis in d.c.
vt pridem, quæ ad hoc pro singulari allegat Ro.in singul. ccccxcix. inci-
piente nunquid episcopus, asserit tamen curiales communiter contrarium
dicere, allegantes tex.in praetexto. c.ex rescripto.ad quem text.respondet
Roma. q[uod] ibi Abb.dederat monachos in obsides de consensu papæ, sub-
dens hoc verum esse sicuti Deus est Deus.Dicas q[uod] Romanus sic intellige
do illum tex.vult diuinare cum ibi nulla fiat mentio de consensu Papæ,
ideo eius intellectus ad illū tex.tanquam diuinatorius est reiiciendus, iuxta
gl.in l.filium quem habentem.C.famil.herci.ita dixit Ant.Corse. singula
6 ri suo, incipiente, an episcopus in verbo obsides t verus autem intellectus
prædicti c.ex rescripto erit q[uod] ibi Abb.monachos pro obsidibus dederat
ei qui sibi pro utilitate sui monasterij grandem pecunie quantitatem mu-
9 tuauerat, t Nam pro necessitate & utilitate sui monasterij Abb.potest mo-
10 nachum etiā inuitum deputare in certo loco, & t monachus nō potest in
hoc Abbatii resistere, cum eius voluntas a voluntate Abbatis dependeat
vt in c.religiosis.de elec.in vi.& c.non dicatis. xiij. q. i. ita dixit Abb.in d.c.
ex rescripto.cuius dicta reasumit Anto.Corse.in praetexto.singulari suo.
Neque propriæ dici possunt obsides monachi illi in casu d.c.ex rescripto,
vt per Abb.& alios ibi, quinimmo licet papa in d.c.mandet seruari pro-
missa per monachos, id non est ea ratione quia monachi pro obsidibus da-
ri potuerint per eorum Abbatem suo creditori, sed quia illi monachi iura
uerant de obseruanda conuentione, vt aperte ibi dicitur.
- 11 t An autem obsides dari possint ab inferioribus ab imperatore vel pa-
pa: gl.in l. ii. C.de patri qui fil. distra. dicit q[uod] non, fatetur tamen q[uod] contra-
rium

rium de facto est usurpatum, idem dixit Azo in summa, ff. de testa, quem
 etiam refert Bart. in d. l. obsides. eo. ri. & Abb. in d. c. ex rescripto. in præ-
 allegato versi. cum quæritur, vbi dixit qd. dari nō possunt ut sint proprie-
 tates obsides ut quodammodo libertatem perdant. † statum enim hominis im-
 mutare est solitus Principis arg. tex. in l. i. s. de qua. ff. de postulan. † Ideo fa-
 ciens fugere homines obsides, qui proprie tates obsides non sunt, non committe-
 ret crimen læse maiestatis: quia tex. in præallega. l. i. ff. ad l. iul. maie. loqui-
 tur de veris & propriis obsidibus datis populo Romano, cuius omnia iu-
 ra in imperatorem transclusa sunt, ut supra dictum fuit, & habetur in l. i.
 ff. de consti. princ. & in l. i. ff. de offi. præfe. præto.
 † Nec isti obsides datib. vna ciuitate alteri ciuitati cum non sint vere
 obsides testamenti factionem ammittunt, vt dixit Dy. quicm̄ refert & se-
 quitur Bar. in d. l. obsides. ff. de testa. & omnia ista notanda sunt, tam pro
 intellectu d. l. i. ff. ad l. iul. maiest. quicm̄ l. diuus ff. de iure fis. & d. l. obsides.
 quia facientes fugere istos obsides qui vere obsides non sunt, non puto cri-
 men læse maiestatis perpetrare.
 † Quid autem dicendum sit in alijs. Principibus habentibus iura prin-
 cipis, seu ius bellī indicendi, Abb. in d. c. ex rescripto, ver. vnde cum quærer-
 tur de iure iurā, afferit credere qd. obsides dare possint, & qd. dati ab eis ve-
 re obsides sint: idem esse dicas in ciuitatibus superiorē non recognoscē-
 tibus, vt est ciuitas Venetiarum, nam cum iura Principis habeant, vt dixi
 supra in i. rub. quotuplex sit maiestas, & dare & recipere obsides poterūt.
 † Dantur et qnq; obsides inter priuatas partes pro obseruatione pacto-
 rum, vel pro obseruātia rei iudicate & conuentionum. hi tñ proprie tates obsi-
 des non sunt, nec sic dati sunt loco pignoris, vt dixit gl. in d. c. expposita. de
 arbitr. facit ad hoc tex. in præalleg. c. ex rescripto. de iure iurā, & tex. in d.
 c. expposita. & faciunt eaque in locis prædictis dicunt doct. maxime Abb.
 & in dictis iuribus, dati pro obseruantia conuentionum abusiue obsides
 nuncupantur † obsides enim pro causa publica nō priuata dari possunt,
 vt per Bal. in l. ob. C. de actione & obligatio. & idem in l. ob. es. C. de
 prædi. minor.

S V M M A R I V M.

1. Mittentes literas nuncios uestris inimicis ut hostes adiuuentur contra Principem incident in crimen læse maiestatis.
2. Ciues aduertere debent ne rebellibus ciuitatis literas uel aliud signum mittat per quod ipsi iuuari possent contra ciuitatem, quia incident in crimen læse maiestatis.
3. Qui literas scienter hostibus portant incident in crimen læse maiestatis.

Hierony. Gigas.

F

- 4 Sribens non dolose hostibus eisque nuntios mittens, aut eis signum dans, non ut Principi noceat uel ciuitati non incidit in crimen læse maiestatis.
- 5 Nullus debet literas nuntios ue mittere hostibus etiam pro suis priuatis negotijs bona fide & sine dolo, principe inconsulto.
- 6 Non solum a malo, sed etiam a suspitione mali cauendum est.
- 7 Bonarum mentium est ibi culpam timere ubi culpa non est.
- 8 Qua poena puniantur qui literas publicas priuatas ue aperiunt.
- 9 Non restituens literas ei cui reddere mandatum suscepferat, sed illas alteri pandens, non tamen aduersario mittentis, incidit in crimen falsi.
- 10 Qui literas alterius aperit et diuulgat ad alterius iniuriam tenetur actione iniuriarū.
- 11 Qui literas alteri scriptas lacerat uel comburrit tenetur crimine falsi.
- 12 Remouens sigillum de literis alterius tenetur de falso.
- 13 Clericus aperiens alienas literas est deponendus.
- 14 Hi qui ex apertura literarum publicarum consilium ineunt quo hostes principis aduersus cum iuuentur, incident in crimen læse maiestatis.

Q V A E S T I O X X .



I G E S I M O . quero an hi qui nuntios literasve inimicis mittunt incident in crimen læse maiestatis ? circa quod dicas eos dicti criminis reos effici, vt est text. in l.i.fl.ad l.iuli. maiesta. & ibi no. Bar. de quo per Bar. Cepo. in cōsi. xvii. visa commissione. col. viij. nu. 30. hoc sane intellige de his qui dolose hostibus literas scribunt nuntiosve mittunt, nā ita loquitur tex. in d.l.i. & ita etiam dixit Marti. de Laude in suo tracta. de crimine læse maiesta. q. ij. & Math. de Affli. in c.i. in. s. & bona committen-
tium, nume. 6. 5. in titulo quæ sint regal. in vslib. feud. vbi dixit + q. mitten-
tes literas nuntiosve inimicis, vt hostes adiuuentur contra Principem inci-
dunt in crimen læse maiesta. Idem voluit Nicol. Boer. in suo tract. de se-
ditio. in vi. præsupposito col. iiij. nume. 1. 5. ad idem facit q. voluit Ang. in
d.l.i. in fl. ff. ad l.iul. maiesta. vbi dixit + q. ciues aduertere debent vt rebel-
libus ciuitatis non mittant literas neque eis aliquod signum præbeant per
quod ipsi rebelles iuuari possent contra ciuitatem, nam incident in cri-
men læse maiestatis. Largo tamen modo. & idem dicendum est de facien-
te hostibus signum, vt dicit tex. in d.l.i.fl. ad l.iul. maiest. & ibi doct.
† Quid autem dicendum sit de his qui literas hostibus portant in ter-
minis supradictis ? dicas q. si scienter id faciūt incident in crimen læse ma-
iestatis, vt dixit Bal. in d.l.i.fl. ad l.iul. maiest. & Marti. de Lau. in tract. de
crimine læse maiesta. q. ij. † Si autem quis non dolose hostibus scriplerit

- et que nuntium misserit, neque eis signum dederit, ut Principi noceret, vel
ciuitati eo casu non incidit in crimen laesae maiestatis, ut probat text. in d.
 1. i. arguendo a contrario sensu. † Arbitror tamen nullum debere hostibus
literas nuntiosve mittere etiam pro suis priuatis negotijs bona fide & sine
dolo principe inconsulto, quia † non solum a malo, sed etiam a suspitione
malici cauendum est, & † bonarum mentium est ibi culpam timere, ubi cul-
pa non est, sed si secus fecerunt non propterea incident talia facientes in cri-
men laesae maiestatis.
8. † Qua autem poena puniatur qui literas publicas priuatasque ad alios
directas aperiunt Bart. in l. qui testamentum. ff. ad l. corn. de falsi. ita distin-
guit, aut quis aperuit dictas literas ut aduersario mittentis eas ostendat, &
tali casu incidit in poenam falsi, allegat ad hoc tex. in l. i. §. is qui deposita. ff.
ad l. corn. de falsi si vero aperiat ut ipse eas legeret alij autem non ostende-
rit, & hoc casu dicit Bar. non putare eum incidere in poenam falsi, sed pu-
nietur extraordinarie criminе stellionatus, allegat tex. in c. cum olim magi-
ster. de offic. deleg. idem dixit Rom. in consil. ccclxvij. in versic. dum vero.
& similiter hoc tenet Alcia. in suo consilio impresso post eius tractatum
de duel. nume. 54. † Quid si aliquis non restituit literas ei cui reddere man-
datum suscepit, sed illas alteripandit & manifestat (non tamen aduersa-
rio mittentis) Bar. in l. titio. in ver. venio ad secundū. ff. ad munici. tenet q.
talis incidit in crimē falsi, p. tex. in d. l. i. §. is qui deposita. ff. de fal. & l. si quis
10. aliquid. §. qui viui. & seq. ff. de poen. † Item qui literas alterius aperiret & di-
uulgaret ad alterius iniuriam, actione iniuriarum teneretur, ut voluit Gon-
daluus Villadiego Hispanus in tracta. de legat. in iij. parte. q. i. numero
4. allegat tex. in l. i. §. si quis tabulas. ff. deposi. subdens q. non dicitur literas
aperire qui clausuram earum detrahit si aliter eas non aperiat nec legat, pro
quo dicit esse tex. not. in l. si quis in graui. §. qui tabulas. ff. ad sylleni. & ibi-
11. dem Bar. † Qui autem literas alteri scriptas lacerat vel comburrit falsi cri-
mine tenetur, ut voluit Abb. in præalleg. c. cum olim. de offi. dele.
 12. † Remouens autem sigillum de literis alterius tenetur de falso, secundū
Bal. in l. paulus. ff. de falsi. & ita voluit etiam loan. Bertachi. in suo tract. de
epis. in prima parte, in versicu. vltierius quero. nume. 36. referens sic fuisse
punitum quendam ser Gerutum de Monte sancto qui amouerat sigillum
de literis Reuerendissimi Cardinalis Firmani tunc legati prouincie Mar-
13. chie Anconitane. † Sciendum tamen est q. si aperiens alienas literas esset
clericus eius poena esset depositio c. ad falsiorum de crimine fal. ita di-
xit Roman. in præallegato consilio clxv.
14. † Vnum tamen non omittam quod si quis ex apertura literarum pu-
blicarum consilium ineat quo hostes Principis, aut reipublike aduersus

eos iuuentur, tali casu aperiens literas publicas incidit in crimen læsæ male
statis, ut dixit Roman. in præallegato consilio clxv.

S V M M A R I V M.

- 1 Consiliarius Regis reuellans Regis consilium inimicis eius incidit in crimen proditionis.
- 2 Proditor quis dicatur?
- 3 Reuellans secreta inimicis incurrit crimen proditionis & falsitatis simul.
- 4 Idem est in secretario Principis uel Reipublice.
- 5 Secretarius Principis uel reipublice dicitur in dignitate constitutus.
- 6 Scientia secretarij habetur pro scientia Papæ.
- 7 Reuellatores consiliorum Regis, aut uiui exuruntur, aut furca suspenduntur.
- 8 Consiliarius Regis reuellans consilia Regis amico Regis animo damnificandi Regem, incidit in crimen læsæ maiestatis.
- 9 Quid si ex tali reuellatione nullum damnum regi est sequutum.
- 10 Qua poena puniatur reuellans secretum Principis animo non damnificandi eum, sed animo iniuriandi tertium.
- 11 Qua poena teneantur subditi, quibus ut plurimum secreta Principum committuntur, reuellantes secreta sui Principis?
- 12 Ad hoc ut vasallus reuellans secretum domini feudum perdat tria requiruntur.
- 13 Vasallus si non animo damnificandi dominum secretum reuellet, sed forte ex eo putas dominum laudare feudum non amittit.
- 14 Quis probabit animum damnificandi affuisse, uel non affuisse.
- 15 Vasallus reuellans secretum domini sempronio, q. ipsum dominus uult interficere, non amittit ex hoc feudum.
- 16 Qua poena teneatur is qui, non sit secretarius uel vasallus Principis, cuius secreta reuellat?
- 17 Reuellans secretum Principis super re honesta, & alteri non nocua poena mortis est puniendus, etiam si quis iurasset non reuellare, tenetur illi cui prodeesse potest, & non obesse patefacere.
- 18 Manifestans secretum quod est inter federatos ad pacem, pacem ipsam violare dicunt.
- 19 Antiani ciuitatis si iurauerunt aliquid tenere secretum, & id reuellent in damnum conunitatis ab officio remoueri debent.
- 20 Sisyphus qui deorum secreta patefecit hominibus apud inferos punitur.
- 21 Tarquinius Marcum Tullium duumuirum eo q. librum secreta ciuilium saceroru[m] continentem eius custodie commissum corruptum Petronio Sabino rescribendum dedisset, culeo insutum in mare præcipitari iussit.
- 22 Tria fecerunt Romanos dominari.

- 23 Varijs modis secretum panditur.
- 24 Secretum quod dicatur.
- 25 Secretum unde dicatur.
- 26 Secretum proprie est, q. uulgas ignorat.
- 27 Secretorum Principis scientia quam maxime fugienda est.
- 28 Philippides Athentensis Lysimacho Regi, respondit, id tantum ab eo expetere, ne area
norum suorum quicquam ipsi crederet.
- 29 Consiliarij Principum quibus Princeps suam secretam voluntatem in aliquo gerendo
negotio propalat; quæ sit contraria diuinis legibus, illi more canum applaudentes
eiusq. voluntatem sequentes male faciunt.
- 30 Si Regi detur per Papam Prælatus suspectus in ecclesia sui Regni, qui eius secretum
pandal & sit ei suspectus, rex potest eum non admittere, sed Pontifici rescribere.
- 31 Princeps propter timorem reuelationis secretorum non tenetur admittere prælatum
sibi suspectum.

Q V A E S T I O X X I .



- 1 I G E S I M O P R I M O quæro an reuellans secretū Princi-
pī crimen læsæ maiestatis incurrat? In hac quæstione
considerandi sunt plures casus. † Primo videamus de con-
siliario Regis reuelante Regis consilium inimicis & hosti-
bus eius, de quo dicendum est, q. incidit in crimen prodi-
tionis. † Proditor enim dicitur reuellans secretū hostibus I.,
omne delictū s. exploratores ff. de re mili. vbi dicit tex. q. qui hostibus se-
creta nuntiant proditores sunt & capit is poenā luunt, & ideo dixit Ang.
3 in confi. cclvi. quia consultatio col. ix. q. † per reuelationē secretorum hosti-
bus vel inimicis factā incurrit quis crimen proditionis & falsitatis simul. fa-
cit tex. in I. si quis aliquid. ff. de poe. & l. i. C. de comer. & merc. & l. ij. ff. de
præuari. & l. i. C. de aduo. diuer. iudi. & hanc op. tenet And. de Iser. in c. i.
quib. mod. seu. amitt. & ibidē Math. de Affl. col. iiiij. ver. vlti. quæro. Mart.
de Laud. in trac. de crimi. lae. maie. q. xl ix. & idem in trac. de consilia. prin.
4 q. ij. † Et idem dicendum erit de secretario Principis, vel reipublice † qui
5 ex eo quod est secretarius dicitur esse indignitate constitutus, vt dixit Bar-
to. in l. eadem. colum. ij. ff. ad l. iul. maiesta. & Bonus de Curtilli in tractatu
6 de nobilit. in tertia parte, nume. 243. † Et negotium q. geritur inter Prin-
cipem & eius secretariorum in tantū dicitur secretum q. Inno. in c. cū dilecta.
de rescrisp. dixerit q. Scientia cancellarij, seu secretarij habetur pro sc̄ientia pa-
pæ, quod refert & sequitur Math. de Affl. in d. c. i. col. v. ver. scias tñ. nu.
7 s. in titu, quib. mod. feud. amitta. Ad idem facit tex. in l. si quis. s. transfu-

- 7 ge. ff. de poen. vbi dicitur q̄ t̄ reuellatores consiliorum Regis aut viui exi-
runtur, aut furca suspenduntur.
- 8 t̄ Secundus erit casus de consiliario Regis reuelante consilia Regis, ami-
co Regis, animo Regem damnificandi, vtputa quia ex tali reuelatione,
amicus Regis eius inimicus factus est, quo casu similiter punietur criminis
lexæ maiestatis. Ita concludit And. de Iser. in d.c.i. quibus mod. feu. amit.
& ibidem Mathe. de Affli. in versi. vltimo quæro. facit ad hoc tex. in l. cu-
9 ius dolo, ibi vt ne ex amicis hostes, ff. ad l. iul. maiesta. t̄ Si vero ex tali reue-
latione aliquod damnum non est sequutum, & tunc quia animum habuit
damnificandi regem punietur in feudi amissione si quod feudum a Rege te-
nebat cuius consilium detexit, per tex. in præallegat. c.i. quibus in mod. feu.
amit. si autem aliquod feudum a suo Rege uel Principe non tenebat de pe-
riuio tenetur, ut in c.i. de nou. form. fidel. & ita tener Bald. in l. nullum. C.
de testib. uel de falso punietur, ut in l. i. s. is qui ff. de fals. Bart. in l. solam. de
testi. Inno. in c.literas. de præscrip. & si officium haberet illud perdit Bald.
in c.i. in versi. credentia. de pace constan.
- 10 t̄ Si vero secretum reuelat animo nō damnificandi Regem, sed animo
tertium iniuriandi, & in infamiam tertij, & eo casu punitur poena l. si quis
in metallum. s. si quis instrumentum. & s. si instrumenta. ff. de poen. sed ve-
rius uidetur q̄ puniatur poena de qua in d. l. i. s. si quis tabulas. vt sensit Ma-
the. de Afflict. in d.c.i quibus mod. feu. amit. Circa istum articulum vide
quæ remissive scribit Nicol. Boer. in suis decisioni. in tracta. de auctorit.
magn. consiliij nume. 155. qui habetur in q̄. par. suarum decisio.
- 11 t̄ Videndum modo est quid dicendum sit de alijs reuelantibus secre-
ta Principis, qui tamen non sunt consiliarij, aut secretarij, sed bene subditi
ipius principis, quibus vt plurimum secreta principis committuntur l. pro-
ximos. C. de proxim. sacr. scrinio. libr. xij. facit text. in c. ego episcopus. de-
ture iuram. nec debent secreta sui Principis quæ vulgo ignorantur reue-
la-re. Odof. in extrauagan. de pace constan. circa fin. Mar. de Laud. in tracta.
de princip. q. cxc. dicas q̄ si reuelans sit vasallus & reuelauit consilium se-
cretum, vel verba secreta sibi per dominū dicta punietur in ammissione feu-
di, vt in d.c.i. quibus mod. feud. amit. & in c.i. de form. fidel. & in c.i. s. pe-
nul. de noua forma fidel. vbi est expressum ne vasallus secreta dominire
uellet, ita voluit And. de Iser. ibidem, & etiam ibi Mathe. de Afflict. col. i.
versi. notanda sunt duo. Hoc sane intellige quando vasallus animo dam-
nificandi dominum secretum eius reuelauit, ita dixit glo. in d.c.i. quam ibi
12 omnes sequuntur ex qua docto. notant q̄ t̄ ad hoc vt vasallus reuelando
secretum domini feudum perdat tria requiruntur, Primo q̄ secretum re-
uelat, secundo q̄ animo damnificandi dominum id agat, tertio q̄ dam-

nūm inde principi sequutum fuerit, & ita dicunt ibi Bal. Aluar. Præposi. & Mathe. de Afflic. vbi Aluarot. col. i. versi. quæro cum gl. nu. 4.

13 † Verum si non animo damnificandi dominum vasallus secretum reuelet, sed forte ex eo putans dominum laudare. Tunc feudum non amittit ut voluit And. de Iser. in præalleg. c. i. quibus mod. feud. amitt. in versiculo item nota quod dicit gl. & ibidem Bal. ac etiam Math. de Afflic. col. iiij. & Præposi. in rub. col. i. versi. prima est, & idem col. ij. versi. extra glo. & ibi 14 Aluar. col. i. versi. quæro. an sola manifestatio. † Quis autem probabit animum damnificandi. non affuisse, vel affuisse, vide ibidem latissime per docto. maxime per Mathe. de Affli. in iiij. col. in vers. vltierius quæro quis probabit, & idem col. iiij. & Aluar. col. vlti.

15 † Notandum tamen est qd si dominus in secreto dixit vassallo qd uult aliquem ut puta sempronium interficeret si uassallus hoc sempronio retulerit illi dicendo qd caueat, quia interficietur, feudum ex hoc non amittit, ut voluit And. de Iser. in c. i. de noua forma fidel. quem refert & sequitur Afflic. in d. c. i. col. iiij. versi. item quæro quid si dominus numero 21, & est glos. in c. utrum. xxij. distinctio. quam sequitur Afflict. in d. c. i. colum. ij. uersi. fallit singulariter.

16 † Quid aut si reuelans secretū Principis non sit consiliarius, secretarius, uel uassallus illius Principis cuius secretum reuelat? Dicendum erit, qd si ad damnum Principis id faciat poena mortis puniri debeat, si quis aliquid, s. transfluge. ff. de Pcen. ideo ad mortem punitus fuit Iohab ex eo qd literas secretas contra Vriam reuelauit, ut habetur ij. Regum. c. xij. ut dixit etiā

17 Nicol. de Lira in ij. Regum. c. ij. † Et qd reuelans secretum principis poena mortis puniatur, tenuit etiam Gondisal. Villadiego in tract. de legar. in ij. par. q. i. in versi. & notandum. nume. 36. quod dicit intelligi debere dummodo secretum sit super re honesta & alteri nō nocua, alias autem etiam si quis iurasset non reuelare tenetur illi cui prodesse potest & non obesse patet facere, ut uoluist gl. nota. in c. ego enim. de iure iuran. facit text. in c. hoc autem. xxij. quæstio. v.

18 † Num silentio non omittam, qd is qui manifestat secretum, quod est inter federatos ad pacem, pacem ipsum uiolare uidetur. Ideo pace carere deber, sicuti supradictum est de uassallo, qui domini credentialiam manifestauit, ut feudo priuetur. Ita uoluist Gondisal. Villadiego loco proxime alle- 19 gato nume. 35. † & Anciani alicuius ciuitatis si iurarunt aliquid tenere se-cretum, & id reuelent in damnum communitatis ab officio remoueri de-bent, ut dixit Bal. in tñ. de pace constan. in ver. credentialia quem refert & se-quitur Gondisal. ubi supra nu. 36.

20 † Fuit & apud antiquos maximum scelus reuellatio secretorum hinc dñ

- cunt quod Sisyphus qui deorū secreta hominibus patefecit ea apud inferos poena plectitur, ut ingens saxum ad montis cacumē deferat quod iterum relapsum statim repeatat, & in huiusmodi labore continue veretur.
- ¶ 1. Et de Tarquinio legitur, q̄ Marcum Tullium duumuirum ex eo q̄ librum secreta ciuilium sacrorum continentem eius custodie commissum corruptus Petronio Sabino rescribendum dedisset, culeo insutum in mare præcipitari iussit, vt attestatur Vale. Maxi.lib.i.sub ti.de cultu deorum,
- ¶ 2. & idem Valer. in rub. de insti. antiq. dixit q̄ tria fecerunt Romanos dominari, videlicet sanum consilium in republica: secreta tenendo, & privata paupertas, ideo Conso quem consiliorum Deum Romanū appellabant templum sub tecto in circō posuere, ut ostenderent tectum debere secretū, q̄ esse consilium.
- ¶ 3. † Sciendum est et q̄ uarijs modis secretum proditur, itaq̄ quo ad penā incurrendam pro reuellatione secreti non refert an quis verbo, signo, aut alio quoq̄ modo secretum nuntiat, quocunq; enim casu dicitur quis secretum reuellare, & tenetur poena imposita pro expressione, vt not. Abb. in
- ¶ 4. c. omnis vtriusq; sexus in ix. not. de poenit. & remissio. † Quando autem dicatur secretum dicas q̄ pluribus modis secretum dicitur. Primum secretum dicitur esse illud q̄ pluribus est notum. vt puta quod sit in loco Cardinalium, vt dixit Troyl. Malui. in suo trac. de canoniz. sancto. in iiiij. dub. nu. 24. Secundo secretum dicitur quod sit in consilijs & datur consiliariis
- ¶ 5. sacramentum de non reuellando † secretum etenim dicitur quasi segregate actum, id est separate ab alijs, & dixit Geminia. in c. f. s. i. de haeret. in vi. q̄ secrete fieri dicitur id quod coram pluribus in secreto fit. allegat de poenit. distin. i. s. econtra iuncta gl. in verbo secreta. † Attamen secretum proprius est, quod vulgus ignorat l. i. s. summa. ff. de his qui deiece, vel effude. Bal. in ti. de pace constan. in s. finautem, facit text. in l. si in graui. s. aperit. in versi. palam vel publice, vel secreto. ff. ad syllenia, de quo per eundem Troyl. Malui. loco præallegato nu. 26. & plura congerunt ad hoc doc. in c. i. quib. mod. feu. amit. Et Hippoly. de Marsi. dominus meus in consili. in
- ¶ 6. i. volu. † Fugienda est igitur quam maxime scientia secretorum Principis, quia nil utilitatis sed plurimum incomodi, & detrimenti afferre pot.
- ¶ 7. † Ideo Philipidi Atheniensi, qui ob singularem eius virtutem maxime carus ac per quam familiaris ly simacho Regi erat, ly simachus cū dixisset, an aliquid rerum suarum expeteret, respondit ille id solum abs te peto ne arcanorum tuorum quicquam mihi credas.
- ¶ 8. † Vnum non omissam, q̄ consiliarij principum quibus princeps suam secretam voluntatē in aliquo gerendo negotio propalat quae sit contraria diuinis legibus illi more canum applaudentes eiusq; voluntatem sequens male

male faciunt, eorum etenim iniusta mandata obseruare non tenetur, ut inquit Fely. in c.ij. de maior. & obed. & Domi. in c. admonendi. ij. q. viij. ¶ Et adeo inuigilare debet Princeps ne secreta sui Regni a quoquam reuelentur qd si detur sibi per Papam praelatus suspectus in ecclesia sui Regni, qui eius secreta pandat, & sic ei suspectus, potest eum non admittere, sed Pontificis scribere, ut per Abb. in c. quod sicut. de elect. & ita dixit Martin. de Laude in tract. de dignita. q. iiiij. ad hoc etiam vide Abb. in c. ex parte. col. v. de testi. & Rocch. de Curt. in trac. de consue nume. 490. & Inno. in c. super his. de accusat. Ioan. de Selua in tracta. de benefi. in ij. parte. q. xxiiij. nume. 26. Abb. in c. i. col. ij. versic. item respectu & in c. cum terra. col. i. in v. 3 i. not. de elec. in quibus locis concludunt qd propter timorem reuelationis secretorum Princeps non tenetur admittere praelatum sibi suspectum.

S. V M M A R I V M.

- 2 Faciens se regem assuumit sibi iurisdictionem quam non habet, occupando sibi iurisdictionem Regis cui locus in quo se Regem facit est suppositus.
- 2 Duo non possunt esse Reges eiusdem regni.
- 3 Ut pax seruetur inductum est, ut uni Regno unicum praesit caput qui populum et multitudinem regat.
- 4 Afferens se Regem regni Neapolitani, quod est patrimonium beati Petri, cum non sit, incidit in crimen lese maiestatis.
- 5 Qui non intrat per hostium fur est & latro.
- 6 Christus idem est quod unctus.
- 7 Reges Ciciliam intrantes absque licentia Papae, crimen lese maiest. incurunt.
- 8 Cicilia est de patrimonio beati Petri.
- 9 Contra inuadentes Regnum Cicilie Papa duellum permittere posset, quia tales contra Papam crimen lese maiestatis committunt.
- 10 Exorta guerra inter Regem Carolum, & Regem Petrum de Aragonia super insula Cicilie, Pontifex cum collegio Cardinalium uoluerunt quod pugnarent insulum cum centum militibus pro quolibet, & uictor remaneret dominus illius insule.
- 11 Mortuo in prelio contra Mauros in Hispania Aldefunso Rege, Hispanus quidam qui ei per similis erat facie se Aldefunsum esse finxit, dissimulans se ob accepte cladis dedecus uelle ignoto habitu peregrinare id ueritus Alfunsus qui in Regno successerat comprehendendi eum suffendiq; mandauit.
- 12 Quidam ab Heremo profectus se Henricum quartum esse palam affirmabat, qui per antea mortuus fuerat, cumq; multi ad eum confugissent, graues inter Germanos discordie orte fuerunt, tandem ueritate comperta, relegatus fuit in monasterium.
- 13 Gerens se pro Rectore sine legitimo titulo, in aliqua ciuitate, puta Illustrissimi Domini Hierony. Gigas.

- nij Veneti, superiorem non recognoscens, incidit in crimen læse maiestatis.
- 14 Tyrannus est qui non iure principatum tenet, & lege Iulia maiestatis tenetur.
- 15 Assumens sibi propria authoritate officium magistratus cum falsis literis, uel alio modo dolo malo gerens se pro magistratu cum non sit, crimen læse maiestatis committit.
- 16 Crimine læse maiestatis non solum tenetur is qui facit se Regem uel rectorem (cum non sit) sed etiam is qui non fecit, sed facere curauerit.
- 17 Gerens se pro Rectore alicuius loci (cum non sit) non solum crimen læse maiestatis incurrit, sed etiam crimen falsi.

Q. VAE STIO XXXI.



I G E S I M O S E C V N D O quæro an faciens se regem cum Rex non sit incidat in crimen læse maiestatis? Lud. Montal. in trac. suo de reprobatione senten. Pilati. arti. iiiij. col. iiij. versi. nunc condescendo. nume. 8. mouet hanc quæstionem, q[uod] sic, allegat text. in extrauagan. ad reprimend. & ibi Bar. Et est ratio, quia faciens se regem assumit sibi iurisdictionem quam non habet, occupando sibi iurisdictionem Regis, vel Imperatoris cui locus in quo se regem facit est suppositus, & sic illum priuan-

- do, facit tex. in l. iij. ff. ad l. iul. maiest. pro hoc facit, quia t[amen] duo non possunt esse Reges eiusdem regni, arg. tex. in l. si ut certo. s. si duobus vehiculum, ff. commoda. facit etiam quod voluit Old. consi. xcij. col. vi. vbi dixit q[uod] t[amen] pax seruetur inductum est, vt vni regno vnicum presit caput, qui populum & multitudinem regat, idem tenuit Anto. Corse. in tract. de potesta. regia. in v. & vlti parte. col. xij. versi. quæro o[mn]i[us] gesimo septimo: vbi dixit, q[uod] faciens se Regem non habens iustum titulum incidit in crimen læse maiestatis, allegat Bar. in l. lex duodecim tabularum. in l. no. ff. ad l. iul. maiesta. hoc idem tenuit eriam Math. de Atfl. in c. i. m. s. & bona committentium. col. ix. nume. 109. in ti. quæ sint regal. in vsl. feudo. vbi dixit q[uod]
4. t[amen] asserens se Regem Regni Neapolitaniani, quod est patrimonium beati Petri, vt in c. ad apostolice. de re iud. in vi. cum non sit, incidit in crimen læse
5. maiesta. t[amen] qui enim non intrat per hostium sursum & latro. c. relatum. de iure patro. c. insinuatum. de simon. glo. in verbo ingressum. in c. non furem. viij. q[uod] i. facit ad prædicta quod legitur Ioannis ca. decimo, vbi Iudei querentes accusationem contra seruatorem nostrum, ut illum accusarent dicebant illi, si tu es Christus dic nobis Palam t[amen] Christus enim idem est q[uod] vniuersus. quia Reges vngabantur, et si respondisset se Christum esse, statim eum accusassent ut rebellem contra Romanum imperium, cui ipsi iudei erant

subdit, & tanquam ad regnum aspirantem ut declarat ibi Nicol. de Lira in sua glo. in verbo. si tu es Christus. hinc est qd Pilatus Iesum interrogauit dicens. tu es Rex Iudeorum. cui Iesu respondit. a te metipso hoc dicas. ut habetur Ioan. cap. xviii. in Euangeliō passionis. & rufus in eodem euangelio dicebant Iudei Pilato. si hunc dimittis non es amicus Cesaris. omnis enim qui se Regem facit contradicit Celari.

- 7 † Quinimmo Reges Ceciliam intrantes sine licentia Papae laesæ maiestatis crimen incurunt. ut dixit Pet. de Perusio in tract. de re mili. lib. i. §. in terris. numero 3. & in §. si mortuo. lib. viij. nume. 7. & est ratio quia † Cecilia est de patrimonio beati Petri. ut habetur in c. i. xciiij. dist. & per doct. in clemē. Romani. de iure iurian. idem dixit And. de Iser. in consti. regni. quæ incipit quam plurimum. in titu. de adiutor. exigen. ab homi. col. i. nu. ii. idē tenuit Paris de Puteo in tract. de re mili. lib. i. in §. in terris ecclesiæ. vbi dixit qd contra inuidentes Regnum Cecilie Papa duellum permittere posset. quia tales contra Papam crimen laesæ maiestatis committunt. Referens qd exorta guerra inter Regem Carolum & Regem Petrum de Aragonia super insula Cecilia. Pontifex cum collegio Cardinalium voluerunt qd pugnarent insimul cum centum militibus pro quolibet. et qui pugnando viatoriam reportaret remaneret dominus illius insule.

Et multotiens accidisse legimus. qd nonnulli se Reges esse finixerunt cu non essent. de quibus multa hic annecti possent exempla. sed duobus tantum contentus ero. † Mortuo in prælio contra mauros in Hispania Aldefunso Rege Hispanus quidā qui ei persimilis erat facie se Aldefunsum esse finxit dissimulans se ob accepte cladis dedecus velle ignoto habitu peregrinare. quod cum multi crederēt ex eo qd ultra similem effigiem multis alijs signis se verum Aldefunsum ostendere videbatur. quo circa magna hominum multitudo. ita eum esse arbitrabatur. ut multi cum vii Aldefunsum sequerentur. id veritus Alfonsus qui in Regno successerat comprehendendi cum suspendicqz mandauit.

- 12 † Accidit etiam anno a virginis partus centesimo trigesimo septimo supra mille in Germania apud urbem quam solum aureum vocant quidam ab Heremo profectus se Henricū quartum esse palam affirmabat. qui per antea mortuis fuerat. ideo cum multi ad illum confugerent graues inter Germanos contentiones orte sunt. Alij etenim falluntur. alij verum esse Hēricum contendebant. Sed tandem fictione comperta secum urbanus agēdo relegatus fuit. ut Clutij monasterium monachus inhabitaret. ut est lege re apud Baptistam Fulgosium in libello de dictis factisqz memorabilibus lib. ix. in vlti. ti. vbi plura his similia cumulat exempla.

- 13 † Supradictam conclusionem dicas etiam in eo procedere qui se pro re

- etore gereret sine aliquo legitimo titu. in aliqua ciuitate præsertim impe-
rii subiecta, siue alicui ciuitati superiorem non recognoscendi, ut est alma
1. 4 ciuitas Venetiarum, de qua dixi supra in rub. quotuplex sit maiestas. † Is
enim tyrannus est qui non iure principatum tenet, & l. iul. maiest. tenetur,
vt dixit Bar. in trac. de tyran. q. vi. alleg. tex. in l. iij. in ff. ad l. iul. maiesta.
quod etiam tenet Maria. Soci. Iunior consil. xxij. in i. vol. idem voluit Ma-
the. de Affl. in c. i. s. & bona committentium. col. viij. versi. vigesimoquin
5'to. numero 85. in titulo quæ sint regal. vbi dixit quod † si quis propria
auctoritate officium magistratus assumpsit cum falsis literis, vel alio mo-
do dolo malo se pro magistratu gesserit cum non esset, crimen læse maie-
statis committit, allegat text. in dicta l. tertia. ff. ad legem iuli. maiestat. ibi
6 quive priuatus, & text. in l. qui nomine. ff. de fals. dicens quod † non so-
lum tenetur crimen læse maiestatis, qui prædicta facit, sed etiam is qui
non fecit, sed facere curauerit, vt dicit text. in dicta l. iij. in fine. facit l. final.
vbi Bald. C. quæ res export. non debe. & not. in c. i. de Capi. qui curi. ve-
di. & not. in l. si quis non dicam rapere. C. de episcop. & cleric. facit etiam
tex. in l. quisquis ibi eadem enim severitate voluntatem. &c.
7 † Quinimmo gerens se pro Rectore alicuius loci cum non sit non so-
lum crimen læse maiestatis incurrit, sed etiam crimen falsi, ita voluit An-
gel. in dicta l. iij. ff. ad legem iul. maiest. allegat tex. in l. eos ff. ad legem cor-
nel. de fal. Ad idem est decisio capelle Tholosane, numero 401. & habe-
tur per Guid. Papæ q. ccccxxij. euénit casus.

S V M M A R I V M.

- 1 Congregans gentem contra ciuitatem superiorem recognoscendem, non tenetur crimi-
ne læse maiestatis.
2 Congregans gentem contra ciuitatem que superiorem non recognoscit, ut est alma ci-
uitas Venetiarum, contra eam eiusve loca, vel consilium et fauorem ad hoc præbevit,
crimen læse maiestatis committit.
3 Ciuitates superiorem non recognoscentes Romæ equiparantur.

Q V A E S T I O X X I I .



IGESIMO TERTIO quero, an qui gentem congre-
gat in ciuitate contra eam eiusve loca, vel consilium auxi-
lium & fauorem ad hoc præbet sit reus criminis læse ma-
iestatis? Dicas quod olim si quis congregabat gentem ad
prædictum effectum in vrbe Roma crimen læse maie-
statis proculdubio committebat tex. est in l. prima. ff. ad leg-

iul. maiest. vbi gl. in verbo in yrbe dixit, secus esse in alijs ciuitatibus, con-
gregans enim gentem i n alia ciuitate tenetur lege iulia. de vi. l. cum sit. ff.
ad legem iuli. de vi. & l. vlti. C. eodem tenu. & illam glo. sequitur ibidem
Bartol. † Tu autem distingue, quod aut loquimur de ciuitate quæ supe-
riorem non recognoscit, aut de ciuitate quæ superiorē recognoscit. Pri-
mo casu dicas, faciens prædicta in ciuitate quæ superiorē recognoscit non
tenetur crimine læse maiestatis, quia huiusmodi ciuitates vice priuatorum
funguntur l. eum qui vegetal. ff. de verbo. signific. facit tex. in l. fallaciter.
in fine. C. de abolitio. vbi crimen oppugnare patræ & crimen læse mai-
estatis, ut species differentes ponuntur. Hoc etiam voluit Barto. in extraua-
gan. qui sint rebel. in verbo rebellando; & Barthol. Soci. in consi. cclxxv.
in causa fratrum Andree de meis colum. ij. versic. sed præmissis non ob-
stantibus, in secundo volumi. vbi dixit, quod crimen læse maiestatis com-
mittitur tantum contra Principem, vel rempublicam Romanorum, per
glo. in dicta l. i. superius allegatam, quam etiam sequitur ibi. Cy. & Ange.
in alijs autem est poena capitalis. l. i. C. de seditio. & est glo. in s. publica. in-
stitu. de public. iudic. & secundum hanc opinionem consuluit Bald. quem
refert & sequitur Nell. in tractatu bannito. in prima parte secundi tempo.
q. xvi. vbi dixit pro ista parte vidisse eonsultum per viros magne au-
ritatis, & attestatur pluries fuisse seruatum Florentiae.

2. † Secundo vero casu congregans gentem in ciuitate superiorē nō re-
cognoscet, ut alia ciuitas Venetiarum cōtra eam eiusve loca, vel cō-
filium & fauorem ad hoc præbens crimen læse maiestatis committit, &
sic idem erit qd̄ olim fuit in Roma, per nor. per Bar. in l. ij. ff. ad l. iul. maiest.
idem tenet Maria. Soci. Iunior consi. xxij. sequendo ordinem col. ij. versi.
verum prædictis, idem tenet etiam Math. de Affli. in c. i. in s. & bona com-
mittentium. col. v. nume, 55. in tit. quæ sint regal. in vslb. feud. † Ciuitates
enī quæ superiorē non recognoscunt Romæ equiparantur. vt dixit
Ang. in trac. malefi. in verbo & hai tradito la tua patria. in versicu. quero
aliquis congregat, ubi tenet prædictam opinion. Adducens no. per Bart.
in d. l. hostes. ff. de capti. & postli. reuer. & in l. lex duodecim tabularum. ff.
ad l. iul. maiesta. quod dicit Angel. esse notandum contra illos qui quoti-
die in ciuitatibus & maxime Bononiæ populum concitant, & gentium
faciunt congregationem.

S V M M A R I V M.

3. Delinquens contrā propriam patriam impropre dicitur committere crimen læse ma-
iestatis.

- 2 Contraria pars teneri probabiliter potest.
- 3 Conscius perturbationis ciuitatis sue, uel alterius delicti commissi in suam patriam punitur ut particeps ex sola scientia.
- 4 Delictum oppugnate patrie idem est quod crimen laesae maiestatis quando quis patriam oppugnare ntitur ut illius dominium usurpet.
- 5 Marinus Falerio Dux Venetiarum facta cum nonnullis plebeis coniuratione de nobilibus interficiendis ad occupandam per Tyrannidem patriam, re detecta multi ex coniuratis suspendio necantur. At ipse Falerius Dux, super scalam lapideam Atrij Ducalis Palatij securi percussus fuit, eiusq; edes dirute, editoq; publico cauū est ne unquam reedificari possint.
- 6 Falsificans monetam sue patriæ incidunt in crimen laesæ maiestatis ueluti is qui Principis monetam falsificat.
- 7 In crimen oppugnate Patriæ sicuti in crimen laesæ maiestatis testes tam accusatoris quam rei admittuntur.
- 8 Contrarietates distinctionibus iuuari debent & ad concordiam reduci.
- 9 Si Patria proditur non ut Principi principali auferatur, sed tantum baroni non est crimen laesæ maiestatis.
- 10 Si quis incurrat in crimen laesæ maiestatis ob patriam proditam, poenæ l. quisquis. C. ad l. iul. maiesta. non habent locum contra eius filios, nec rei memoria post eius obtum damnatur.

Q V A E S T I O X X I I I .



IGESIQ VARTO quæro an is qui patriam oppugnat vel prodit laesæ maiestatis crimen committere dicatur. In ista quæstione videtur dicendum q; nō, per tex. in l. fallaciter. C. de abolit. vbi crimen laesæ maiestatis, & crimen oppugnate patrie ponuntur ut species differentes hoc tenuit gl. in l. i. ff. ad l. iul. maiest. & ita voluit etiam Nellus in tract. suo banni. in prima parte secundi temporis. q. xvi. quod maxime procedere dixit, vbi non tractatur de subuertenda patria, sed de mutuis dissensionibus & partialitatibus, allegat tex. in l. i. s. isdem temporibus. ff. de orig. iur. & tex. in l. si quis ingenuam s. in ciuilibus ff. de capt. & attestatur sic videlicet consultum per magnos viros præsertim Bald. ex eo q; titulus talis criminis est leditionis non perduellionis. Hanc partem tenet etiam Bar. in extrauag. qui sint rebelles, in verbo rebellando, & loan. Calde. cōf. vi. in titu. de accusa. & pro ista parte consuluit Pet. de Anchara. consilio cclxxxvij. iste B. de guarnario, quam veriorem esse dicit Nellus loco præ allegato, & cum ea videtur transire Socin. consil. lvij. in causa restitutionis

- col.ijj. cum sequenti in iij.vol. & idem consi. cxxij. in causa fratribus Andrei col.ij. in ij.vol. & in consil. cxxi. præmittenda est dispositio col.i. in iij.vol. in quibus locis late examinat hanc materiam, eandem opinionem videtur tenere Math. de Affl. in c.i in .s. & bona committentium. colum. v. nume. 50 vbi dixit q̄† delinquens cōtra propriam patriam dicitur impropriæ committere crimen læsæ maiestatis.
2. † Contrariam partem q̄ oppugnans & prodens patriam incidat in crimine læsæ maiest. tenere probabiliter possumus, per tex. & ibi gl. in verbo prodicta in d.l. fallaciter. s. si. de aboli quæ gl. aperte voluit q̄ in casu prædicto quis incurrat crimen læsæ maiest. allegans text. in l.i. ij. iij. & iij. & in l. maiestatis. ff. ad l.iul. maie. & tex. in l. postliminium. s. transfuge. ff. de capt. & postli. reuer. & in l. omne. s. transfuge. ff. de re mili. Istam opinionem tenet Maria. Soci. junior in consil. xxij. sequendo ordinem col.ij. ver. verum prædictis in i.vol. adducens ad comprobationem huius opinionis q̄† cōscius perturbationis ciuitatis sue, vel alterius delicti commissi in suam patriam punitur ut particeps ex sola scientia l. vtrum. ff. ad l. pompe. de paracid. & quod notatur ibi per doc. sicuti si contra Principem suum quis sciaret aliquid moliri l. quisquis. C. ad l.iul. maiesta. subdens q̄ sicuti pro illo criminis quis bona amittit, ita damnati de isto bona perdunt, allegat tex. in l. non dubito. ff. de capt. & l. ij. C. de epif. atdi. & pro ista opinione consuluit etiam Alex. consil. xij. consideratis his colum. i. & seq. in vi. vol. Hanc etiam partem tenuit Pau. de Ca. consil. clxxi. visa & ponderata col. fin. in i. 4. volu. vbi dixit q̄† delictum oppugnare patriæ cōparatur criminis læsæ maiestatis. At ego dixerim non solum comparari, sed idem esse vbi quis patriam oppugnare nítitur vt illius dominium usurpet, † vt accidit de anno M C C C L I I I I. In Marino Falero, qui dum. creatus fuisse Dux Venetiarum, vt patriam tantum munieris in se colati maxima ingratitudine recompensaret, ad occupandam per tyrānidem Patriam, facta cum non nullis plebeis coniuratione de nobilibus interficiendis animum vertit, at redetecta multi ex coniuratis capti ac tanti sceleris conuicti suspendio necantur. At Falerius ipse Dux super scalâ lapideâ Atrijs Ducalis Palatijs securi percussus fuit, ut testatur Petrus Marcellus in suo libello de vitis principum Venetorum in vita ipsius Marini, quin etiam eius edes dirute sunt & editio cautum publico ne unquam rediscari possint.
- Pro ista parte facit etiam quod voluit Bal. in l.ij. C. de fal. mone. vbi dixit q̄† falsificans monetam luæ patriæ incidit in crimen læsæ maiest. ueluti is qui Principis monetam falsificat. Ad idem facit q̄ uoluit Specu. in titu. de probatio. s. i. versi. decimum. vbi dixit q̄† in criminis oppugnate patriæ sicuti in crimen læsæ maiest. testes tam accusatoris q̄ rei admittuntur.

- 8 † Verum quia distinctionibus contrarietates iuuari debent, & ad concordiam reduci, utramq; opinione sustineri posse arbitror sic distinguendo, aut quis patriam oppugnat suscitando in ea partialitates et dissensiones quae sunt inter ciues, non tamen animo occupandi illius dominium, & isto casu procedat. Prima opinio supra relata, & sic uidetur sentire Pe. de Ancha. in præalleg. consi. cxxi. præmittenda. col. ij. in iiiij. uolu. & Soci. Iunior in d. conf. xxij. col. iiij. in i. uol. Aut quis patriam oppugnat, ut sibi occupet uel ab alijs occupari velit illius dominium, et isto casu locum sibi uidebet. Secunda opinio q; oppugnans patriam incidat in crimen læsæ maiestatis, & ideo meritum supplicium sumperunt illustrissimi domini Veneti, de 9 præfato Marino Falero eorum Duce. Dicas tamen q; si Patria proditur non ut Principi principali auferatur, sed tantum baroni, q; eo casu non est crimen læsæ maiestatis, ut voluit Saly. in præalleg. l. fallaciter quem sequitur Math. de Afflic. in c. i. §. & bona committentium, col. v. nu. 57. in titu. quæ sint regal. in vñib. feudo.
- 10 † Vnum tamen nō omittam q; quando quis incurrit crimen læsæ maiestatis ob patriam proditam, vel occupatam, tali casu locum non habent poenæ de quibus in l. quisquis. C. ad l. iul. maiesta. contra filios talium delinquentium, nec rei, aut reorum memoria post eorum obitum damnatur, ut in l. fin. C. co. ti. ita voluit Alex. in d. conf. xiij. col. ij. in vi. vol. & Soci. in consi. cxxij. in causa fratris Andree. col. ii. & iii. quod sequitur Afflic. in præalleg. c. i. §. & bona committentium. col. v. nu. 55.

S V M M A R I V M.

- 1 Rebellis quis dicatur.
 2 Incidunt in rebellionem non solum illius Authores uerum etiam de ea scientiam habentes illamq; non reuellantes.
 3 Conspiratio quid sit.

Q V A E S T I O X X V.



I G E S I M O Q V I N T O quæro an ex confederacione facta contra Principem machinatione ve seu conspiratione ad eius offendam, vel ex tractatu, & ordinatione, q; fiat rebellio, crimen læsæ maiestatis quis incurrat? & dicendum q; sic, ut voluit Alber. Brun. consi. xxvij. nobilis domine, col. ij. † Rebello autem constat ex eo q; homines alicuius loci, vel eorum partem a subiectione eorum domini quis subtrahit

subtrahit, & eos alieno domino subiçere teneat iuracç eorū domini extingueret, ut per Brun. in p̄allegato consi. col. i. in versi. rebellio autem allegat not. per Bar. in extraug. qui sint rebel. in versi. rebellando. & Bal. in l. amilliotie. q. qui deficiunt. vbi gl. ff. de capit. dīmi.

- 2 **†** Quinimmo in rebellionem ipsam non solum illius autores verum etiam de ea scientia habentes illamq; non reuellantes incident per not. per Bart. in l. vtrum. ff. ad l. cornel. de parricid. Et quia diximus q; conspirans
- 3 ad Principis offensam incidit in erimen læse maiestatis sciendū est, q; conspiratio dicitur machinatio ab aliquibus facta in detrimentū alietius personæ, vel eiusdem dignitatis secundum Laurent. quem refert & sequitur Cardi. in clemen. p̄storatis. col. i. in viii. not. de re iudic. alleg. text. in c. peti-
tio. de iure iurant. & idem voluit in clemen. p̄dicta Ioan. de Imol. col. iiiij.
nu. 48. & Ioan. de Turre Crema. in c. coniurationum. nume. 3. xi. q. i. dixit
q; conspirare est contra aliquem simul in unum maligno spiritu insurge-
re, & idem in c. coniurationum. ead. causa & questione quæ dixit etiam
q; conspiratio est confederatio facta in p̄iudicium personæ, vel dignita-
tis alicuius.

I I V X X O I T ? B A V D

HISTORIAS VICTORIAE VI M.

- 1 Occidens officialem Regis habentem merum ex mixtum imperium committit crimen læse maiestatis, quia Principis maiestas lædi dicitur.
- 2 Non solum occidens magistratum Principis, sed etiam procedens ad actum occidendi incidit in crimen læse maiestatis.
- 3 Occidens magistratum Principis ex particulari odio, vel inimicitia non in odium Principi, non incidit in crimen læse maiestatis.

Q. VAE ST. I O X X V I .



IGESTIMOS EXTO quæritur: an occidens eum, qui in aliqua prouincia, vel ciuitate magistratum pro principe gerebat, incurrat crimen læse maiestatis. Dicendum est, q; sic per rex. in l. i. ff. ad l. iul. maiesta. Ita voluit Math. de Afli. in c. i. in s. & bona committentium. col. v. versicu. septi-
mo. nu. 63. in titu. quæ sint regal. in vñibus feudo. vbi di-

- 1 xit q; occidens officialem Regis habētem merum & mixtum imperium committit crimen læse maiestatis, quia Principis maiestas lædi dicitur, cū eius læditur magistratus. facit vi. q. i. e si quis. & l. quisquis. C. ad l. iul. ma. in prin. faciunt dicta supra q. xiiij. & xv. et hoc erit verum si occidatur ma-

Hierony. Gigas,

H

gistratus, ut illam prouinciam, vel ciuitatem occidens priuet tali magistratu, vel propter odium, q̄ quis habet contra principem, cuius magistratum
 2 occidit, vel alia ex causa respectu tamen eius officij. Et praedicta conclusio vera est non solum in occidente; verum etiam in eo, qui ad actum occiden-
 3 di processit, ut probatur in d.l. quisquis in prin. Sed t̄ si quis magistratum principis occidat ex particulari odio, vel inimicitia, non in odium principis, eo casu non incidit in crimen læse maiestatis, & ita voluit Andre de Iser. in constitu. regni, quæ incipit, ut participatio quem sequitur Affili co superius allegato.

S V M M A R I V M.

- 1 Perduellis quis, & unde dicatur.
- 2 Crimen læse maiestatis proprie contra personam Principis & astantium eius latenter committitur.

Q V A E S T I O X X V I I .



IGESIMOS EPTIMO quæro: an suppositus iurisficiōni alciuius Principis subtrahens se ab eius obedientia, & principi suo se aduersarium cōstituens crimen læse maiestatis incurrat? Dicas q̄ sic. T̄ talis enim perduellis vocatur, id est perfecte ad duellum paratus, siue ad clandestinū, vel publicū bellum accinctus, ideo huiusmodi crimen perduellionis vocatur, vt habetur in l. quos nos hostes. ff. de verbo. sig. & in l. donationes. s. fi. ff. de dona. & in s. per contrarium. insitu. de hæred. que ab intesta. defer. ac in l. cum filius. s. reis. ff. de lega. n. & ita voluit Old. cons. xlij. quærerit utrum ciratio col. fi. in prin. & Marti. de Laude in tracta.
 2 de crimi. læse maiesta. q. iiij. vbi dixit, q̄ t̄ licet multis modis dicatur committi crimen læse maiestatis. tamen proprie committitur cōtra personam Principis, & astantium eius lateri, de quo dixi supra q. xiij. xiiij. & xv.

S V M M A R I V M.

- 1 Crimen læse maiestatis committi dicitur, etiam quando offenditur aliquis Princeps, vel communitas, ut puta Venetiarum, qui superiorem non recognoscit saltem de facto ab immemorabili tempore citra.
- 2 Rex Francie an recognoscat Imperatorem in superiorē, remissive.
- 3 Venetiarum ciuitas an recognoscat Imperatorem in superiorē remissive.

Q V A E S T I O X X V I I .



I G E S I M O O C T A V O quæro: an crimen læse maiestatis committi dicatur contra Principes, & ciuitates superiorem non recognoscentes? In hoc doctores nemine excepto q[uod] viderim cōcludunt, q[uod] sic. Ita tenuit Ang. in l. iij. ff. ad l. iul. maiest. Pau. de Liazza. & Ioan. de Imo. in clemē. pastoralis. de re iudi. Soci. consi. lvij. in causa restitutionis. col. iij. nu. 1. 4. in iij. vol. Idem consi. cxxi. præmittenda est disputatio. nu. 3. idem voluit Saly. in l. quisquis. C. ad l. iul. maiest. Ang. in trac. de malefi. in verbo che hai tradito la tua patria. vers. quæro: aliquis congregat. Ioan. And. in c. felicis. de Poen. in vi. & ibi Domi. idem tenuit Ange. Are. in s. publica. col. i. insti. de publi. iudic. Brun. consi. xxvij. nobilis domine. col. i. in fin. & col. ii. in princ. & Præpositius in c. imprimis. in s. de persona col. viij. circa fin. versi. tertio dicitur committi. ij. q. i. vbi dixit, q[uod] t[unc] crimen læse maiestatis committi dicitur etiam quando offenditur aliquis Princeps, ut puta Rex Francie, vel communitas Venetiarum, qui superiore non recognoscunt salutem de facto ab immemorabili tempore citra, nam tales superemis principibus comparari afferit, & in suis terris in quibus superiore non recognoscunt supremi Principis auctoritatem habent, Imperatoris videlicet, per ea quæ habentur in c. per venerabilem. qui fil. sint legi. & ibi doc. & Calde. & Panor. in c. cum te. de re iudic. Bar. in l. infamem. ff. de publi. iudi. & ideo eorum subditi eos eorum q[uod] statum offendentes crimen læse maiestatis incurront, sicuti dictum est de offendente Imperatore & eius statum, Bar. in l. lex xii. tabularum. ff. ad l. iul. maiesia. glo. & ibi Saly. in l. fallaciter. C. de abol. Pau. de Cast. in l. iij. C. de episc. audien. Saly. in l. iij. C. de fal. monet. Ad idem est decisio Guido. Papæ nume. 344. & habetur per Nic. Boer. in trac. de sediti. in vi. præsupposito. Quod autem Rex Francie non recognoscat Imperatorem in superiore latissime disputatur, 3. Ioan. Igneus in sua disputa. An Rex Francie subsit Imperat. & de ciuitate Venetiarum dixi etiam supra sub rub. quotuplex sit maiestas. in versiculo, loco autem.

S V M M A R I V M .

- 1 Crimen læse maiestatis improprie & largo modo contra Principes superiore cognoscentes committi dicitur.
- 2 Licet committat quis crimen læse maiestatis offendendo dominos superiore cognoscentes, tamen ipsius filij non tenentur poenis de quibus in l. quisquis. C. ad legem.

iuli. maiestatem.

- 3 Poenæ de quibus in d.l. quisquis, non habent locum quo ad filios, nisi contra illos qui attentarunt contra personam Imperatoris, vel aliorum de quibus in l. quisquis. C. ad l.iul. maiestas.

Q V A E S T I O X X I X.



I G E S I M O N O N O quæro tan crimen læsæ maiestatis committat subditus inferioris Principis recognoscētis si periorem a quo habet plena regalia vt est Dux Florētiae, Dux Ferrarie, Dux Vrbini, Dux Māntuae & dicendum est, q̄ sic etiam si essent Marchiones, et Comites, ita voluit Cuma. consi. cliv. Ad primum, nam hm̄di principib⁹ Pa pavel Imperator respectue videtur dedisse oēm suam potestatem in illo ducatu, vel principatu, vt voluit Ang. cōsi. ccxiij. in causa accusationis, & Præposi. in c. imprimis s. de persona. nu. 24. iij. q̄ i. idem voluit Io. And. in c. fœlicis. & ibi Gemi. in v. q. de pœ. in vi. & Pau. de Ca. in l. iij. C. de epis. audi. qui dixit, q̄ ad probandam hanc op̄i. ibi est melior tex. q̄ sit in iure subdens quod quicquid sit de iure saltem de facto, ita seruatur prout sensit Ang. in l. i. ff. ad l. iul. maie. refert & sequitur Alber. Bru. cōsi. xxvij. col. i.

1 in prin. quod consiliū incipit nobilis dñs, vbi dixit, q̄ t̄ impropriæ et largo modo contra hm̄di dños superiorēt recognoscētis dicitur crimen læsæ

2 maiestas. committi. t̄ vnum tñ non obliuiscari s q̄ in hm̄di casib⁹ licet committatur crimen læsæ maiestas, atiñ filij delinquentiū non incurunt poenas de quib⁹. in l. quisquis. in s. filij vero eius. C. ad l. iul. maiest. ita sentit Pau. de Ca. in d.l. iij. in verbi. item nota tex. C. de epis. audi. vbi tenet, q̄ t̄ poenæ de quibus in d.l. quisquis. locū non habent quo ad filios nisi contra illos qui attentarunt contra personam imperatoris quanvis plura sint capita criminis prædicti, & hoc idem sentit August. de Ari. in sua addi. ad Ang. in tria. de malefic. in verbo, & hai tradito la tua patria in addit. quæ incipit tu autem in hac materia nu. 6.

S V M M A R I V M.

- 1 Contra principis statum facere dicitur ille qui loca illius in alterius regimen dirigen conatur, & alteri principi submittere.
- 2 Affactus punitur licet non sequatur effectus, in crimine læsæ maiestatis.
- 3 Non subditus attentans q̄ aliquod castrum vel locus subiectus alicui domino alteri subiectatur crimen læsæ maiestatis non committit.
- 4 Inimicis & hostibus permisum uidetur insidias parare.

Q V A E S T I O X X X .



- T R I G E S I M O** quæro: an attentans, q[uod] aliquid castrū seu locus subiectus alicui dñō alteri subjiciatur, maiestatis læsæ crimen cōmittat ēt si effectus non sequatur? dicendū q[uod] sic l. quisquis in prin. C. ad l. iul. maiest. ibi eadem enim seueritate. **¶** Ille. n. cōtra príncipis statum facere dicitur qui loca illius in alterius regimē dirigere conatur & alteri prin
 2 cipi submittere, vt scribit Bal. in l. i. s. huius studij. ff. de iust. et iu. **¶** Et in hoc criminē speciale est, vt affectus puniatur non sequito esse etiā p̄r allega. l. quisquis ita dixit Calcan. consi. ij. nu. 59, & nu. 60. & Cy. in l. s. si quis nō dicam rapere. col. ij. ver. modo pro declaracione. C. de epil. & cle. & idē Cy. in d. l. quisquis in ij. no. & q[uod] attentans castrū q[uod] discedat a regis fidelitate incidat in crimen læsæ maiest. tenuit ēt Math. de Afflic. in c. i. in s. & bona committentium. col. viij. nu. 102. in ti. quæ sint regal. in vīsi. feud. idem no.
 3 Cardi. in elem. pastoralis. in ix. no. de re iudi. hoc tamen intellige! q[uod] atten-
tans erat subditus illius príncipis sub cuius dñō erat castrum illud per no-
per doc. in d. cle. pastoralis. de re iudi. vbi habetur, q[uod] non subditus crimen
læsæ maiest. committere nō dicitur, de quo dicam infra q. Ixvij. & p̄sfer-
tim q[uod] talia attentans esset subditus hostium, vel inimicus illius príncipis
 4 contra quem sic machinatur. **¶** Inimicis enim & hostibus permisum vide-
tur infidias parare, vt no. Ang. in l. cuiusq[ue] dolo. ff. ad l. iul. maie. facit illud
Poetæ: dolus, an virtus quis in hoste requirat.

S V M M A R I V M .

- 1 Mouens guerram sine príncipis licentia occupare dicitur quæ príncipis sunt, & incidit in crimen læsæ maiestatis.
 2 Mouere guerram ad solum príncipem pertinet.
 3 Illicitum est bellum q[uod] sine príncipis licentia mouetur.
 4 Committens bellum iniustum crimen læsæ maiestatis admittit.
 5 Bellum mouens sine príncipis iussu, licet uictoriosus existat, incidit in crimen læsæ maiestatis.
 6 Epaminundæ in filium suum animaduersio, ex eo q[uod] contra eius iussa pugnasset, licet uictor extitisset.
 7 Posthumus tiburti in filium animaduersio, quia inimicos contra eius iussa fidisset.
 8 Marci Torquati in filium animaduersio.
 9 Mouens guerram sine licentia príncipis, si copiam sui príncipis habere nō potuit, a quo belli mouendi licentia petere nō potuisse crimen læsæ maiesta. non incurrit.



- R I G E S I M O P R I M O quæro: an mouens guerram
sine licentia Principis incidat in crimen læse maiestatis: cir-
ca quod dico, q̄ sic, & est ratio, quia t̄ mouens guerram
sine Principis licetia occupare dicitur, quæ Principis sunt,
ideo crimen prædictum committit l.ijj.ff.ad l.iul.maiesta.
t̄ Mouere enim guerram ad solum Principem pertinet, vt
habetur per doc.in l.ex hoc iuregentium.ff.de iusti.& iur.& per Innoc.in
c.olim.el i.de resti.spolia.& in c.sicut.de iureiuran.Bar.in l.hostes.ff.de ca-
pti.& postli.reuer.Oldra.consi.lxx.And.de Iser.in constit.regni quæ in-
cipit Comes,& Baro,in titu.de cul.pacis,& ibidem Math.de Affli.num-
ro 76.& t̄ illicitum est bellum,q̄ sine Principis licentia mouetur, vt l.fu-
rem.ff.ad l.cornel.de siccari.& in l.si alius.s.est & alia.ff.q̄ vi aut clam.co-
mittens t̄ autem bellum iniustum crimē læse maiest.admittit, vt est tex.in
l.papinianus.s.rei perduellionis.ff.de acqui.hære.t̄ quod procedit etiam si
bellum gerens sine iussu Principis vīctoriosus existat, vt scribit Alber.in
d.l.ijj.ff.ad l.iul.maiesta.allegat text.in l.desertorem.s qui in bello,ff.de re-
mili.vb̄ iurisconsultus inquit,q̄ qui in bello rem prohibitā facit, aut man-
data ducis bellinon seruat etiā si rem bene gerat capite punitur: facit quod
t̄ de Epaminunda legitur, qui cū Thebani exercitus cōtra Lacedemonios
ducem ageret, instaretq̄ tempus creandorū magistratum, idq̄ in vrbe
sine ipso fieri non posset cum praetor esset, stesimbroutto filio exercitus cu-
ra commissa eidem ne cum hoste manum consereret iniunxit. At filius cō-
tumelij hostium lacestis in aciem contra eos descendit hostesq̄ fudit ac
profligauit, sed cum reuerso patri vīctoria se lætus obtulisset ab eo primū
ceu vīctor coronatus, demum quia patris iussa neglexerat capite multa-
tus est, teste Bap.Fulg.in lib.suo de dictis faſisq̄ memo.dig.t̄ Idem de po-
sthumo tiburto apud Valer.Max.in rub.de discipli.mil.legimus, qui Au-
lum Posthumium filium, quia sine eius iussu sua sponte in hostes progre-
sus eos fuderat, vīctorem securi feriri iussit. t̄ Quod & Manlius Torqua-
tus Latino bello consul in eius filium similiter fecit, nam cum ille prouoca-
tus a Geminio Metio Tusculanorum duce ad dimicandum patre ignaro
descenderat gloriosam vīctoriam, & spolia speciosa referentem cōpre-
sum a lictore in modum hostiæ mactari iussit, vt testatur idem Valer.Ma-
xi.in tit.de discipl.milit.
9 Supradictā tamen conclusionem, q̄ mouens guerram sine licentia supe-
rioris incurrat crimē læse maiestatis, intellige sane procedere quando mo-
uens guerram habere potuit copiam sui superioris a quo belli mouendi li-

centiam petere potuisset: secus dicendum quādo superior erat absens cuius copiā habere non poterat. facit ad hoc. tex. in l. si alius. s. bellissime. ff. quod vi aut clam, & quo d no. in l. nullus. C. de iudicē ad idē facit tex. in l. ait prætor. s. si debitorem. ff. quæ in fraud. credi. per quæ iura ita tenuit Martin. de Laud. in trac. de bello. q. ij.

S V M M A R I V M.

- 3 Potestas Bononiæ, qui denegat baculum successori suo consignare ne officium exercere posse, incidit in crimen læsæ maiestatis.

Q V A E S T I O X X X I I .



IGESIMO SECUNDUO quæro: si quis sit destinatus ad regimen alicuius ciuitatis, vel prouincie a summo pontifice, imperatore, rege, vel principe contra quem committi potest crimen læsæ maiestatis, & dum iuisset ad exercendum dictum officium is qui inibi magistratum pro eo dem principe gesserat, eidem magistratum consignare denegauit prohibuitq; ne se pro magistratu gereret, an talis prohibens crimē læsæ maiestatis committat? Ang. in l. qui ve. ff. ad l. iul. maes. mouet hanc quæstionem, & exemplificat in † potestate Bononiæ, qui denegat baculum successori suo consignare ne officium exercere possit: dicens, q; incidit in crimen læsæ maiestatis per illum tex. & tex. in l. sequenti. in s. quive. faciunt pro hac q. quæ dicam infra hoc. eod. titu. q. xlviij. & l.

S V M M A R I V M.

- 1 Priuatus qui promiserat sub poena mille ducatorum non offendere alterum priuatum, si offendat eum, ultra poenam a lege impositam per modo offenditionis, incidit etiam in poenam conventionalem.
- 2 Priuatus qui simpliciter promiserat non offendere alterum priuatum arbitrio iudicis grauius tamen quam si securitas non esset data puniatur.
- 3 Offendens illos qui de iure gemium securitatem habent, ut sunt Ambasciatores, et legati Principum qua poena puniatur.
- 4 Legati Principum sancti dicuntur.
- 5 Qui poena puniti fuerunt a Romanis, Minutius, & Manilius, qui pulsarunt legatos Carthaginensium Romanam missos, ad pacem petendam.
- 6 Qui poena puniti fuerunt Q. Fabius, & Gne. Apronius, Aediles, qui Legatos ab Urbe Apolonia Romanam missos uerberarunt,

- 7 Offendens habentem securitatem de iure ciuili, seu saluum conductum a principe, sive a iudice, qua poena sit puniendus.
- 8 Ignorans saluum conductum a principe concessum alicui, si illum offendat non tenetur tanquam uiolator securitatis, aut salui conductus.
- 9 Bannitus affidatus a principe occisus ab eo qui ignorabat illum esse affidatum impunis occidi potuit.
- 10 Offendens legatum principis in odium ipsius principis incidit in crimen lèse maiestatis, secus si ex particulari odio.
- 11 Affidatus pro se & socijs secum uenientibus, si cum eo ueniebat hebreus qui captus & derobatus fuit, an ad illum securitas huiusmodi porrigitur.
- 12 Christiani prohibentur habere familiaritatem iudicorum.
- 13 Iudeus ad christianorum literarum ludum non potest ad discendum ire de rigore & ueritate iuris.
- 14 Iudeorum societas non reprobatur, licet enim cum eis contrahere.
- 15 Iudeus esse potest procurator christiani, & pro eo, & contra eum interuenire.
- 16 Immunitas concessa incolis alicuius loci comprehendit etiam iudeos.
- 17 Iudeus si incidenter in itinere associatus fuerit, si cum eo qui securitatem pro se & socijs secum euntibus habebat, si derobatus ac captus fuerit huiusmodi securitas ad eum non porrigitur.
- 18 Socius quis dicatur remissiue.

Q VAE STIO XXXIII.



RIGES IMOTERTIO quero: vtrum is qui freget saluum conductum alicui per principem factum crimen lèse maiestatis commitrat. Circa quod Angel. in l. viii. ff. de sepul. viola. tenuit q. sic. Idem sentit Martin. de Laud. in trac. de crimi. lèse maiesta. q. vi. allegat Bart. in l. iij. s. transfuga. ff. ad l. cornel. de siccari. & in l. nullam vita C. de suscep. & archa. lib. x. eandem opinionem sentit Lucas de Pen. in l. i. in versicu. & not. q. is. C. de nauicula. lib. x. allegat tex. in l. i. in princip. ff. ad l. iul. maiesta. idem tenuit Paul. de Castro in consil. xxxij. in l. volumi. & Fely. in c. ego enim. col. fi. in versi. item infert. in fi. nu. 1 2. de iureiuran. & Nicol. Boer. in suis decisioni. deci. clxxix. nu. 2. in prima parte. Dicas ta men q. in hac quæstione doctores nostri in varias opiniones se diuisere, vt refert Alber. in l. illicitas. in s. ne potentiores. col. fin. in versi. sed quæro quid si talis securitas. ff. de offi. præsi. Nam aliqui dixerunt q. offendentes habentem securitatem dari debent offendere, & eius arbitrio puniri. arg. tex. in l. fi. ff. de legat. Alij vero q. violenti securitatē poena duplicari debeant.

- aut damnum. s. secundo. ff. de pœn. sed ex mente Bart. & Alber. in d. s. ne
 2 potentiores. distinguendum sic erit, videlicet, q. t aut priuatus priuatum
 offendit, quem tamen non offendere promiserat, & eo casu subdistingue,
 q. aut talis promissio pœnalis erat, & tunc ultra pœnam a lege impositam
 pro modo offensionis talis incidit etiam in pœnam conuentionalem. l. si
 2 quis reum. ff. de custod. reo. t Aut promissio de non offendendo simplex
 erat, & tunc arbitrio iudicis, grauius tamen c. alias si securitas data non es-
 set, puniatur. ad hoc alleg. Alber. in d. s. ne potentiores. tex. in. s. si quis ho-
 3 minem. & in. s. si quis alium. in tit. de pace tenen. in vſib. feud. t Si vero of-
 fensa fieret his qui securitatem habet de iuregentium, vt sunt legati hostium,
 vel oratores principum quorum offensores incident in pœnam sacrilegij,
 vt sensit Ang. in d. l. ij. s. legatis. ff. de iudi. & Marti. de Laud. in trac. de le-
 4 gat. principum. q. xxxvij. t sancti enim dicuntur legati. l. sanctum. ff. de re-
 rum diuisio. vel dabuntur puniendi hostibus quorum legatum offenderunt.
 l. si. ff. de legatio. hoc tamen speciale est in legatis hostium, vt scribunt Bar.
 5 & Albe. in præalleg. s. ne potentiores. t Quod seruatum fuisse a Romanis
 legitur. nam cum legati Carthaginem Romam petissent pacem a se-
 natu populo q. Romano petentes, altercatione inter prædictos legatos &
 L. Minutium ac C. Manilium orta, Minutius, et Manilius legatos ipsos pul-
 sarunt vnde eos legatis dandos senatus censuit, daricq. eisdem illos fecit, te-
 6 ste Valer. Maxi. libr. vi. in rubrica de fide publica. t Hoc idem seruavit idem
 senatus contra Q. Fabium & Gn. Apronium aediles, qui legatos ab urbe
 Apollonia Romam missos orta inter eos controuersia verberarunt illos:
 etenim eisdem legatis dari iussit, vt idem Valer. loco præallega. scribit. de
 quo possent multa alia exempla hic annecti quæ omittuntur.
 7 t Aut offensio facta fuit habenti securitatem de iure ciuili, seu saluum con-
 ductum a principe, siue a iudice, & tunc si talis offensa fuit personalis, &
 mors ex illa fuerit sequuta, eo casu punitur offensor capitali pœna & inci-
 dit in crimen læse maiestatis, vt voluit Bart. in d. l. ij. s. transfigas. ff. ad l.
 corne. de siccari. & Pau. de Ca. in d. consi. xxxij. in i. volu. aut ex tali offen-
 sa non est sequuta mors, & tunc pro delicti qualitate pœnam arbitrio iu-
 8 dicis subibit offendens, vt per Bar. & Albe. in d. s. ne potentiores. t Intelli-
 ge sane prædicta si scienter contra securitatem vel saluum conductum fiat
 offensio: contrarium namq. erit si ignorantur tunc enim tamquam violator
 securitatis, aut salui conductus non tenetur, iuxta ea quæ voluit Paul. de
 Cast. in præallegato consi. xxxij. faciunt quæ scribit Deci. consi. cccxxvij.
 in ij. vol. viso casu proposito col. ij. versi. & non obstat, q. bannitus, vbi
 9 dixit allegando Albe. in iij. parte statu. q. xxxvij. in fi. q. t bannitus affida-
 tus a principe occisus ab eo qui ignorabat illum esse affidatum impune occi-
 Hierony. Gigas.

L I B E R P R I M V S . T R A C .

di potuit. circa quod plura adducit Deci. & distinctionem prædictam sequitur etiam Gregor. Magalottus in tracta. securit. & salui conduc. in fine
 10 † dicas tamen q̄ qñ offenditur legatus principis , vel reipublicæ in odium principis , aut reipubli. tali casu crimen lœlæ maiestatis commititur: secus quando ex particulari odio vel inimicitia. de quo tamen vide quæ late scripsi supra hoc eodem ti. q. xvii. nam ad dicta ibi me remitto.
 11 † Sed quæro, quid si data fuerit alicui securitas pro se & socijs secum venientibus a principe, vel republica, si cū illo veniebat hebræus qui captus et derobatus fuit, an ad illum securitās huiusmodi porrigitur? In ista quæstione videtur dicendum securitatem huiusmodi ad hebræum non extendi, quia † christiani prohibentur habere familiaritatem iudæorum c. nul. lus. xxvij. q. i. facit quod not. Abb. in c. i. de iudæ. vbi dixit q̄ † de rigore & veritate iuris iudæus ad christianorum literarum ludum non potest ad discendum ire. attamen quæstionem hanc mouit Bar. in l. i. in versi. quæro fuit data. ff. ad l. iul. maiest. & ibidem dicit, q̄ ex quo tunc quæstio defacto pendebat nolebat aliquid dicere. Ang. tamen in l. vtimur. in ver. itum attende q̄ si quis. ff. de sepul. viola. dixit iudæum socium comprehendendim. 14 di. dicta securitate ea ratione: quia † hebræorum societas non reprobatur, licet enim cum eis contrahere. l. quicunque. C. de iudæ. ita scribit etiam Fel. in c. ego enim. col. vlti. in versi. item infert. de iure iurani. & Barba. consilio
 15 Ixij. licet in medium in iiiij. volu. † quinimum iudæus esse potest procurator christiani , & interuenire pro eo , & contra eum, vt scripsit Bald. in l. spadonem. in s. iam autem. ff. de excusa. tutor. & Roch. de Curt. in trac. de
 16 consue. in versic. decimoquinto quæro. nu. 752. & † immunitas concessa incolis alicuius loci comprehendit etiam iudæos, vt dixit Bal. in d. l. spadonem. in s. iam autem. & sequitur Rocch. loco præalleg. & Barbat. in præallegato consi. Ixij. in iiiij. vol. † Quod tamen dixi de iudæo existente in societate eius cui sita est securitas pro se & socijs secum euntibus, intelligane procedere quando iudæus determinato proposito vt socius a principio cum habente huiusmodi securitatem socialiter venit , secus si incidenter in illius societatem in itinere incidisset vt sepe contingit. facit tex. in l. i. apud labeonē. s. si quis comitē. ff. de iniur. ita scribit Ang. in l. i. circa princi
 18 piū. ff. ad l. iul. maiest. vbi ad hunc propositū declarat † quis dicatur socius.

S V M M A R I V M .

- 1 Mutuans pecuniam hostibus illis opem ferre dicitur.
- 2 Statutum puniens præstantem auxilium & fauorem delinquenti , comprehendit etiam mutuantem ei pecuniam.

- 3 Opem & auxilium criminoso delinquenti præstans, quando puniatur?
- 4 Mutuans pecuniam rebellibus, aut aliquo modo eos iuuans, incidit in crimen læ. maie.
- 5 Pecunia est bellum neruus.
- 6 Intellectus ad tex. in l. cuiusque dolo ff. ad l. iul. maiest. & nume. 14. cum seq.
- 7 Pecuniæ uerbum, tribus modis summi potest.
- 8 Pecuniæ uerbum, in statutis exorbitatibus, & odiosis, intelligitur de pecunia numerata.
- 9 Pecuniæ uerbum, in scripturis, intelligitur de numerata.
- 10 Pecuniæ uerbum, late summittur pro his quæ pondere, numero, mensuræ considunt.
- 11 Pecuniæ uerbum, latissime intelligitur pro omnibus rebus, & corporibus.
- 12 Pecunia est quicquid homines habent in terra, uidelicet omnia quorum domini sunt.
- 13 Pecuniæ appellatione, uenient etiam credita nōdūm exacta, & sic nomina debitorum.
- 14 Pecuniæ appellatione, de proprietate uocabuli, uenient omnes res.
- 15 Diffinitio proprietatem arguit, & rei proprietatem ostendit.
- 16 Pecuniæ appellatione ea tantum comprehenduntur, quæ in nostro patrimonio sunt.
- 17 Rei appellatio, latior est quam pecuniæ, & comprehendit etiam ea quæ extra nostrum patrimonium sunt.
- 18 An mutuans hostibus Principis sui falsam monetam, ut eos iuuet, incidat in crimem læ-
se maiestatis?
- 19 Pecunia falsa, non uenit appellatione pecuniæ.
- 20 Pecunia reproba, uenit sub generali nomine pecuniæ, ut res existens in patrimonio, non
ut pecunia proprie.
- 21 Franciscus Maria Feltrius de Ruuere Vrbini Dux adulterina moneta, exercitum ua-
lidum comparauit.
- 22 Dominicus Michael Dux Venetiarum, dum Tyrum urbem ob sideret, cum numerosa
classe, & cum procul esset a patria, & stipendio indigeret, ne socij stipendijs causa
militiam detrectarent, ex aluta ad tempus, pecuniam publica forma signauit, clasia
rijs sq; adnumerauit, ea conditione, ut domum reuersis, aurea & argentea pro tempo
raria eis daretur.
- 23 Pecunia uita hominis dicitur.
- 24 Pecunia est fideiußio futuræ necessitatis, secundum Aristotelem.

Q. V A E S T I O XXXIIII.



RIGESIMO QVARTO quæro: vtrum mutuans
pecuniam hostibus principis sui incidat in crimē læse ma-
iestatis? Dicas quod sic: † mutuans enim pecuniam hosti-
bus, illis opem ferre dicitur. tex. est in l. cuiusque dolo, vbi
Bar. not. ff. ad l. iul. maiest. qui ex illo tex. † infert ad statu-
tum punientem præstantem auxilium, & fauorem delin-

quenti, ut comprehendat etiam mutuantem ei pecuniam, ex hoc enim dicitur illi auxilium et fauorem praestare. hanc opinionem tenuit etiam Marti. de Laud. in tract. de crim. laesae maiestate. q. iij. et Math. de Afflict. in c. i. in s. & bona committentium. nu. 66. in tit. quæ sint regal. in vñib. feud.

- 3 † Quando autem praestans opem & auxilium criminoso delinquenti puniatur, vide Bar. in l. si furti. in s. ope. ff. de fur. vbi dixit, qd quando præstatur auxilium extra iudicium, criminoso, ignorante superiore, ut puta pecuniam illi mutuando, vel aliud adiutorium dando, tali casu punitur talis,
- 4 per tex. in d.l. cuiusque. per quem tex. dixit ibi Angel. † qd mutuans pecuniām rebellibus, aut aliquo modo eos iuuans, incidit in crimen laesae maiestatis, statis. † est enim pecunia bellī neruus, ut per Ioan. Pirrum, in tract. de magistra. Roma. parte secunda, in rubri. de quæstori. magist. nu. 3.
- 5 † Sed quero quomodo intelligere debemus text. in d.l. cuiusque. dum vult, qd adiuuantes hostes pecunia, incident in crimē laesae maiestatis? cum
- 6 † pecuniae verbū, tribus modis summi possit. Primo stricte, pro pecunia numerata tantū. l. Julianus. s. mutui dationem. ff. ad maced. & sic secundum communem vsum loquendi, ut dicit Bar. in l. talis scriptura. ff. de leg. i. Et
- 7 ideo † in statutis exorbitatibus & odiosis verbum pecunia, intelligitur de pecunia numerata, ita scribit Bar. in d.l. talis scriptura. & idei in l. singula ria. in iij. col. vers. quarto est speciale. ff. si cer. pet. facit quod scribit Roma,
- 8 in singul. ccxv. incip. uu habes glof. vbi dixit, † quod in scripturis verbum pecunia, intelligitur de numerata. allegat Innocen. in c. sedes. de rescript. at
- 9 ibi Imo. † Secundo modo verbum pecunia, late sumitur, pro his quæ pōdere, numero, vel mensura continentur. l. secunda. s. creditum. ff. si certum
- 10 peta. & l. ij. ff. de constituta. pecunia. † Tertio modo verbum pecunia, intelligitur largissime, pro omnibus rebus & corporibus. l. pecuniae verbum. ff.
- 11 de verbo. significa. ut etiam ponit Bart. in dicta l. talis scriptura. & per gl. & doct. in l. secunda. s. creditum. ff. si cer. peta. accedit quod scribit Au-
- 12 gustinus, in libro, de doctrina christiana, vbi dixit, qd † pecunia est quicquid homines habent in terra, videlicet omnia quorum domini sunt, ut habetur. in c. totum. i. q. iij. faciunt tex. in l. pecuniae. i. ij. & iij. ff. de verbor.
- 13 signifi. † Quinimmo & pecuniae appellatione, veniunt etiam credita non dum exacta. Ita singulariter dixit Floria. in l. procul. ff. de vñfr. & sic no-
- 14 mina debitorum. Dicit forte posset † tex. in d.l. cuiusq. non simpliciter intelligendū de pecunia numerata, id est de omni re quæ pecuniae appellatione veniat, iuxta tex. in l. pecuniae verbum. ff. de verbo. significa. vbi habetur, quod pecuniae verbum, non solum numeratam pecuniam comple citur: verum omnem omnino pecunia, hoc est omnia corpora. ad idem text. in l. pecuniae nomine. ff. eod. titu. Intelligentius est ergo tex. in dicta l.

cuiusque.dum de pecunia loquitur , de omni re quæ est in nostra potesta
te,quām hostibus datus,ad eos iuuandum contra principem,aut rempu
blicam,per iura præallegata.ad idem facit tex.in l.ij.circa finem.ff.de con
stit.p.cu.vbi dicitur, q̄ veteres pecuniae appellatione,omnes res significa
ri diffiniunt,† Ergo de proprietate vocabuli,omnes res appellatione pecu
niae veniunt,† diffinitio enim proprietatem arguit . & rei proprietatem
ostendit,vi scribit Are.in l.moribus.col.ij. versicul.secundo no.arg.ff.de
vulg.& pup.substi.& Bal.in prohe.decretal.diffinitionem esse dixit, pro
positionem substantiae,propriam qualitatem comprehendens . Sed huic
intellecui ad tex.in d.l.cuiusq;. videntur obstat verba immediate ibi se
quentia,post verbum pecunia,quæ talia sunt,aliave aliqua re adiuti erunt;
ex quibus verbis clare apparere videtur, q̄ verbum pecunia ibi,de nume
rata intelligitur,nam alias dicta verba sequentia essent ibi sine esse. Et si ali
quid operandi,quod non est dicendum.c.si Papa.de priuile,in vi.Dicas,
q̄ dicta verba non obstant intellecui prædicto,quia verba,aliave aliqua
re,intelligi possunt,de his rebus,quæ non veniunt appellatione pecuniae,
vt sunt ille quæ sunt extra nostrū patrimoniu.† pecuniae enim appella
tio,ea tantum comprehendit,quæ in nostro sunt patrimonio.† Rei itaq;
appellatio,latior est quam pecuniae,cum comprehēdat etiam ea quæ ex
tra nostrum sunt patrimonium , vt declarat Paulus Iurisconsultus in l.rei
appellatio.ff.de verb.significat. Verius tamen dici potest, q̄ verbum pe
cunia positum in illo tex.intelligatur proprie,videlicet de numerata,pro
pter verba præcedentia dictum verbum pecunia,quæ talia sunt , comea
tu,Armis,telis,equis,deinde sequitur,pecunia aliave aliqua re.
† Sed incidenter quero de notabili questione quam a nullo tacetam in
ueni,an sub dispositione text. in dicta l.cuiusque. comprehendatur is qui
hostibus falsam moneram mutuat. Et videtur dicendum q̄ non , quia
falsa pecunia , pecuniae appellatione non venit.l.eleganter.s. qui repro
bos.ff.de pignor.a ctio. Bar.in l.quamvis ff.de auro & argen.lega. & do
cto.in l.mutui datio.in.s.creditum.ff.si certum peta:& fallus denarius, nō
est denarius,glos.in l.omnes.C.de hæret.Alexan.confil.ciiij.statutum lo
quens,colum.secunda,versicu.pro hoc.in penulti,volumi.Tiraquellus in
tra statu.de vtroque retrac.char.ccclxxvi.numer. i i. i 2. & i 3. Contra
rium puto verius,videlicet q̄ mutuans seu dans falsam pecuniā hostibus,
vt eos iuuet contra principem,seu rempublicam,crimen læsæ maiestatis
committat . Nam † pecunia reproba , venit sub generali nomine pecu
niae , non vt pecunia proprie , sed vt res existens in patrimonio dantis il
lam hostibus , facit textus in præallegata.l. rei appellatio. ff. de verbo
rum significatio. † Præterea,etiam ex falsa pecunia iuuantur hostes,quia

multotiens illam dant militibus simul cum legali. Et vidi ego vallidum cōparatum exercitū, pro maiori parte, ex adulterinā pecunia , ac etiam vietoriosum, nam de anno M D X V I . Cum Franciscus Maria Feltrius de Ruuere Vrbini Dux inuictissimus, Vrbino totoq; eius dominio a Leone decimo Pont. Max. eiectus fuisse, nacta occasione pacis inter Imperatorem tunc Veronam occupātem , & Illustrissimos dominos Venetos initæ, Verona Venetis restituta, Franciscus Maria fortē militū Hispanorum cohortem, quæ ex Verona exierat , ac aliam similem tam Italorum quam aliorum manū, quæ a Venetis, pace composita, missa erat, inīto cū dictis militibus federe, vt secum irēt, sibiq; adiuto essent , ad amissum eius dominatum recuperandum, comparauit: verum cum nō satis pecuniarum ad id peragendum illi esset, collecta adulterinæ pecunia summa, eam per mixtum cum legali, militibus errogauit , ea conditione , vt recuperato eius statu, inter subditos suos, vti legalem eam expendere valerent, cumq; pro fligatis sepius hostibus, statum recuperasset, edicto cauit, ne quis subditus a militibus suis adulterinam pecuniam accipere recusaret, qua ipse adiutus Pontificis exercitū, in quo vltra triginta milia hominum fuisse dicuntur, paruo militum numero, forti tamē stipatus, pluries fudit fugauitq; re post modum composita, per Thesaurarium suum, omnem adulterinæ pecunia summam a militibus eius subditis, pro rebus ab eis emptis, errogatam, colligi iussit, ac legalem illius loco, dari praecepit. Res profecto tanto Principe, ac incomparabili militum duci non minus fortissimi, quam sapientissimi, ac iusti, digna, & in omne euum memoranda.

23 † Accedat & aliud exemplum Dominici Michael Venetiarum Ducis sapientissimi, qui dum Tyrum urbem circa Siriam, cum numerosa classe ob sideret, essetq; obsidio ipsa non minus laboriosa quam longa , & quia procul a patria, stipendio indigebat, ne socī nauales remigesq; stipendijs causa militiam detrectarent, ex aluta , ea pellis est quam corium vocant, ad tempus, pecuniā, publica forma signavit, classiarīscq; adnumeravit, ea conditione, vt domum reuersis aurea & argentea pro temporaria eis daretur, cui nauales turme crediderunt, & alij in nauibus existentes, publicamq; fidem, & Ducis auctoritatem sequentes, quam diu foris bellatum extitit, sine discrimine, imaginaria inter se vsl sunt pecunia, quibus reuersis aurea & argentea repensa, loco illius fuit, testatur Sabellicus , in suo opusculo, de exemplis, lib. vi. in rub. de imperatorum, & ducum, in milites auctoritat, in quinto exemplo.

24 † Pecuniam vitam hominis esse, habetur, in l. aduocati, iuncta glos. ibi. C. de aduoca. diuer. iudic. & per docto. vbi Deci. in l. mutui datio. s. creditum. ff. si cer. peta. & Fran. Cur. in tract. de lequest. in prin. in versi. & ideo

5 Aristoteles, vbi etiam allegando Aristotelem dicit, † numimum esse fideiussorem futuræ necessitatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Priuatum carcerem exercere dicitur is qui ultra xx. horas aliquem detinet.
- 2 Rectores qui sciunt aliquem carcerem priuatum exercere, & tollerant, incident in crimen læse maiestatis, a die scientiae.
- 3 Carcerem priuatum exercens merum imperium sibi usurpat.
- 4 Carcer est meri imperij.
- 5 Dominus potest detinere seruum suum in priuato carcere ad correctionem.
- 6 Dominus potest seruum suum confinare in certo loco.
- 7 Pater potest filium suum in priuato carcere detinere ad correctionem.
- 8 Maritus potest detinere uxorem suam carceratam in domo sua ad agendum poenitentiam de adulterio.
- 9 Bannitus, qui potest impune offendere, potest in priuato carcere detineri.
- 10 Creditor qui auctoritate iudicis debitorem suum cepit, & rogatus fuit ab eo, ne eum duceret ad carcerem, sed ut custodiret se in domo sua donec ei solueret, si id agat non incidit in crimen læse maiestatis.
- 11 Carcerem priuatum exercens in meretricem ex causa libidinis non committit crimen læse maiestatis.
- 12 Carcerem priuatum an quis dicatur committere, detinendo mulierem liberam ex causa libidinis quæ tamen non sit meretrix?
- 13 Abbas detinens monachum in carcere non committit priuatum carcerem.
- 14 Parentes & consanguinei detinentes furiosum in carcere, non committunt priuatum carcerem.
- 15 Carcerem primus Anchus Martius Romanorum Rex edificauit.
- 16 Ius carceris occupans, in crimen læse maiestatis incidit.
- 17 Carceris diffinitio.
- 18 Torquens detentum in priuato carcere, incidit in crimen læse maiestatis.

Q V A E S T I O X X X V.



R I G E S I M O Q. V I N T O quæro, clarum est qd nemini licet in priuato carcere aliquem detinere, † & is dicitur priuatum carcerem exercere qui ultra xx. horas aliquem detinet l. capite quinto. ff. ad l. iul. de adulter. quod delictum committere dicatur, exercens priuatum carcerem: dicas qd talis in crimen læse maiestatis incidit, rex.

L I B E R P R I M V S . T R A C .

- est in l.i.C.de priua.cerce.& ibidem no.Cyn.Bald.& Alber.& est ratio,
 2 quam ponit ibi tex. quia ex tali aetu publica laeditur maiestas. † Amplia di-
 etam conclusionem, ut procedat etiam in rectoribus locorum qui prædi-
 eta sciunt & tollerant, per tex.in d.l.i.nam & ipsi incident in crimen præ-
 dictum non prouidentes a die scientiae cum possunt, ut inquit Bal.in d.l.i.
 3 in versi.in textu ibi venerit, † usurpant etenim detinentes aliquem in pri-
 uato carcere sibi merum imperium, ut testatur idem Bal.loco præalleg.in
 4 versi.in tex.ibi custodiam. † Carcer enim est meri imperij, ut per doc.in l.
 imperium ff.de iurisdi.omni.iud.vbi las.col.viiij.in versi.tertio mouetur,
 & q committens priuatum carcerem incident in crimen læsæ maiestatis, te-
 nuit etiam Paris de Put.in trac.de re mili.lib. ix.in s.an si miles.nu. 8.& lo-
 de Ana.in c.i.col.ij.in versi.vlultimo quia hic.de clericō percussor.
 5 † Fallit prædicta conclusio in domino qui seruum suum in priuato ca-
 cere detinere potest ad correctionem, ut dixit gl.in d.l.i.de priua.cerce. &
 6 ibi Bal.Cyn.& Albe.& Bar.in l.capite quinto ff.de adulte. † Quinimmo
 dominus potest seruum suum confinare in certo loco , ut in l.ex facto.s,
 proinde si seruus ff.de haeredi.inisti.iuncta l.ij.ff.de liber.homi,exhi.& ita
 tenuit Cyn.in d.l.i.
 7 † Secundo fallit in patre filium detinente in priuato carcere, per tex.in l.
 iiij.s.i.& ij.ff.de liber.homi,exhib.hoc enim ad correctionem facit, ut di-
 cunt doc.in d.l.i.de priua.cerce.vbi Cy.Albe.& Salye.
 8 † Tertio fallit in marito detinente vxorem suam carceratam in domo
 sua ad agendum pœnitentiam de adulterio xxxijij.q.ij.c.placuit.& ibi no.
 & c.quemadmodum.in fi.vlti.glo.de iureiuran. ut voluit Alber.in d.l.i.
 subdens q forte hoc no est verum de iure ciuili, quia immo mulier tali ca-
 su detruidi debet in monasterium auc.sed hodie.C.de adulter.dicas q in
 d.auc.sed hodie.mulier adultera pro pœna verberatur, et in monasterium
 detruudit ad pœnam , marito aut licet eam domi in priuato carcere, non
 ad pœnam sed ad correctionem, detinere, ut in iuribus præallegatis, ut de
 filio & seruo dictum fuit.
 9 † Quarto fallit in bannito qui impune offendit potest, nam si occidipo-
 test impune, a fortiori in priuato carcere detineri poterit, ut scribit Bald.in
 præallegata l.i.C.de priuat.cerce.in versi.quærit hic Iacobus,& idem vo-
 luit ibidem Salyce.
 10 † Quinto fallit in creditore, qui auctoritate iudicis debitorem suum ce-
 pit, & cum eum ad carcerem vellet ducere rogatus fuit ab ipso debitore,
 ut custodiret se in domo sua donec ei solueret, ne si ducat ipsum ad carce-
 res ibidem ab alijs suis creditoribus interdicatur. Ita decidit Alber.in d.l.i.
 C.de priuat.carcer,allegat tex.in l.iiij.s.si quis volentem ff.de liber.homi.
 exhib.

exhib. & est ratio quia volenti non sit iniuria neç dolus l. cum donatio
nis. C. de transl. & ita obtentum fuisse attestatur in ciuitate Bergomi, vbi dicit
fuisse de facto quæstionem.

11 † Sexto fallit in detinente meretricem ex causa libidinis, Talis etiam de
priuato carcere non tenetur, vt voluit Barto. in l. verum, in fin. ff. de furt.

12 † Quid autem dicendum sit in detinente mulierem liberam ex causa li-
bidinis quæ tamen non sit meretrix? Bar. in d.l. verum. dicit aduertendum
vtrum eā detinuerit ultra horas xx. per tex. in l. capite quinto ff. de adult.
Dicerem ego, q̄ si inuitam detinet priuatum carcerem committat, & inci-
dat in crimen læsæ maiestatis, per d.l.i.C. de priuat. carcer.

13 † Septimo fallit in Abbatे detinente monachum in carcere, vt per Bar.
in l.i. per illum tex. C. vbi quis decur. vbi Saly. & scribit Nico. Boer. decis.

14 Dñs an polsit nu. 2. in ij. parte. Et idem decis. 304. nu. 2. eadem parte.

15 † Octavo fallit in parentibus & consanguineis quibus permisum est
ligare furiosum & incarcerare. l. congruit. s. furiosi, vbi Bal. in primo & ij.
not. ff. de offic. p̄sid. & habetur post alios per Boe. in p̄ allegata. decis. nu. 3.

16 † Carcerem autem primus Ancus Martius Romanorum Rex ædifica
uit, vt testatur Plinius minor in suo libello de viris illustribus, & Luius ab
vrbe condita. Eutrobius autem inuentionem carceris ad custodiam & ter-
rem Tarquino superbo Regi ascribit. Vt cunque sit inuentum Regium
17 fuit, † hinc est q̄ ius carceris occupans in crimen læsæ maiestatis inci-
dit. præalle. l.i.C. de priuat. carceri.

18 † Quomodo autem diffiniatur carcer, Bald. in trac. suo de carcer. dicit
sic diffiniendum esse, q̄ est locus securus & horribilis repertus non ad pœ-
nam sed ad delinquentium vel debitorum custodiam.

19 † Prædictis addit q̄a fortiori, criminæ læsæ maiestatis teneretur is qui
detentum in priuato carcere torqueret, cum plus sit torquere quam deti-
nere l.i. in glo. nec puniri in fin. C. de cust. reorum. ita scribit Bar. in d.l.i.in-
versic. in tex. ibi violator. C. de priuat. carcer.

S V M M A R I V M.

1 Tributum unde habuit originem.

2 Tributum seu censum denegans soluere Principi in contemptum incidit in crimen læ-
sæ maiestatis.

3 Principis securitas lreditur ex denegatione tributi.

4 Tributum a contributione est dictum, quia ex eo militibus contribuitur.

5 Tributum præstatur in signum obedientiae & recognitionis.

6 Tributum soluitur Imperatori pro recompensando labores, quos pro suis subditis subiit.

Hierony. Gigas.

K

- 7 Tributum præstatur Principi, ut ipse hostibus suis resistere possit.
 8 Consulens quod tributum Principi non soluatur incidit in crimen læsæ maiestatis.
 9 Tributi præstatio subiectionem probat.
 10 Christus Tributum Cœsari soluit.
 11 Stater duo Didragma ualebat, & Didragma duos denarios usuales.
 12 Christus tributum Cœsari soluit, non quia teneretur, sed ne alios scandalizaret.
 13 Tributum quid sit.
 14 Tributum cum præstetur Principi in signum supremæ potestatis nunquam præscribitur contra Principem.
 15 Ecclesiæ Romane & Imperio non prescribitur in his quæ sunt reseruata in signum uniuersalis Domini.
 16 A solutione censu seu tributi excusat solum ille qui habet, a Principe immunitatem tributum non soluendi, quæ ei iniulata permanit per annos quadraginta.
 17 Tributi præstatio licite denegari potest Principi iustitiam non ministranti subditis.
 18 Compensatio non admittitur in solutione Tributi, nec in decimis.

Q V A E S T I O X X X V I.



RIGESIMO SECTO quæro: An deriegans solvere tributum Principi in crimen læsæ maiestatis incidat? Sed antequam deueniam ad resolutionem huius questio nis, non erit ab re uidere, unde tributum sumpsit pri mam originē: Polidorus Virgilius Vrbinas in libello suo de inuentoribus rerum libr. ij. in rubr. de triplici regimini genere, scribit initium tributi fuisse apud Hebræos, nam de eo Deus mandatum dedit Moysi ut habetur Exod. c. 30. dicens, quando tulerit summum filiorum Israel iuxta numerum dabunt singuli pretium pro animabus suis domino & non erit plaga in eis. & illud soluebant omnes a xx. annis supra, & quisq; fidum dabat, qui nummus argenteus est Hebraicus, quem Graeci staterā uocant. teste Iosepho lib. iiij. de antiqui. secundū vero Archi. in c. magnum xi. q. i. tributum fuit Primo statutum a Cœsare Augusto. refert & sequitur Ioā. Bertachi. in trac. de gabel. seu vestigal. in præludijs in versic. & adde q; tributum est. Prima tamen opinio verior est: Modo di cas, q; tñ deriegans tributum seu censem soluere Principi in contemptum incidit in crimen læsæ maiestatis: committit enim contra principis honore & securitatem. facit tex. in extrauag. qui sint rebel. in prin. ibi contra honorem nostrum: tñ laeditur enim Principis securitas ex denegatione tributi, quia si Princeps tributa non haberet, stipendum militibus, quos pro securitate status sicut tenet, vti q; soluere non valeret: tñ Et tributū est dictum a contribu tione, quia ex eo militibus contribuitur, tex. est in lager. s. stipendum, ff. de

verb. signi. Bertachi. vero in præallegato trac. de gabell. in præludi. vers. &
 dicitur tributum. scribit, q̄ tributum dicitur a tribu, quia prius soluebatur
 per singulas tribus secundum Iſicorum. Pro supradicta conclusione fa-
 cit tex. in l.i. ibi qui contra securitatem. ff. ad leg. iul. maiest. hanc etiam cpi-
 nionem tenuit Ludeovic. Montal. in trac. de reprobat. sent. Pilat. articu. iij.
 5 nu. 51. & nu. 52. facit, quia † tributum præstatur in signū obedientiae & re-
 cognitionis, vt not. Bar. in l. comperit. C. de præscrip. xxx. anno. facit tex.
 in l. mediteranee. C. de anno & tribut. lib. x. denegans ergo tributum Prin-
 cipi soluere ei obedientiam denegat: qui autem ab obedientia sui Principis
 se remouet incidit proculdubio in crimen læse maiestatis, de quo dixi su-
 6 pra. q. 27. † Secundo soluit Imperatori census seu tributum pro recom-
 pēsando labores, quos pro suis subditis subit. facit tex. in l. bene a Zenone
 C. de quadriennali præscrip. in fine & tex. in auc. vt iudi. sine quoquo sui
 frag. in prin. ad idem tex. in auc. vt diuinæ iussiones in prin. vbi Imperator
 dixit. Ideoq; voluntarios labores appetimus vt subiectis quietem præpa-
 7 remus. Idem dixit pontifex in c.i. de restit. spoliat. in vi. & sic. † Tributum
 præstatur ob communem utilitatem, videlicet vt imperator hostibus suis
 resistere possit, in hoc subditotum saluti consulens. l. nemo carcerem circa
 finem. C. de exactor. tribut. lib. x. hanc etiam conclusionem firmat pluri-
 bus fundamentis. Ludouic. Montal. in præallegato eius tract. articu. iij. co-
 lum. i. iiij. & iiiij.
 8 † Adde prædictis, q̄ sicuti denegans tributum soluere Principi in crimē
 læse maiestatis incidit, ita dicendum erit de consilente q̄ tributum Prin-
 cipi seu census non soluatur, vt per eundem Ludouic. in d. trac. articu. iij.
 9 versic. & not. q̄ Deus nu. 51. † Tributi enim siue census præstatio subie-
 ctionem probat. c. ij. de censib. Alij dicunt, q̄ est subiectionis signum. c.
 recipimus de priuil. gl. in c. magnum xi. q. i. Innoc. in c. præterea de trāsac.
 & Bertachi. in tract. de gabell. in præludijs versic. Et adde q̄ tributum. nu-
 10 me. 4. † Quinimmo Christus saluator noster tributū Cæsari soluit, vt ha-
 betur Math. capit. xvii. prope finem. vbi scriptum est, q̄ Christus iussit Pe-
 tro, a quo didragma petitum fuerat pro se, vt iret ad mare & amum im-
 mitteret, & primum tolleret pisces & aperto eius ore inuenio statere il-
 11 lum tolleret, & eis, qui didragma petebant, solueret pro se & ipso: † Stater
 enim duo didragma valebat. Et didragma duos denarios vñiales vt habe-
 tur per Archid. in d. c. magnū. vnde versus, dat numos didragma duos sta-
 ter id duplicabit: Hinc dicebat Ambrosius contra auxentium, si enim cen-
 sum filius Dei soluit quis tu tantus es qui putas esse non soluendum, quod
 12 transumptiuē habetur in d. c. magnum xi. q. i. † Verum tamen est quod
 Christus tributum soluit, non quod ipse teneretur, sed ne alios scandali-

L I B E R P R I M V S . T R A C .

zaret vt Augustinus ad Polentium scribens dixit, & transumptiue habe-
 tur in c. Iam nunc in versic. vnde ipse dominus. 28. q. i. Et tamen perfidi Iu-
 dæi inter alias causas, ex quibus Christū morti tradi petebant, ea fuit, quia
 dicebant eum prohibuisse tributū dari Cæsari, quod falsum erat quia im-
 mo, & ipse voluit tributum soluere, & tentantibus illis circa tributū Cæ-
 sari soluendum respondit viso numismate cum immagine Cæsarī, quod
 13 Cæsaris Cæsari, quod Dei Deo. + Est autem tributum quicquid in auro,
 argento, vel ære tribuitur principi ordinarie, & uniformiter propter obe-
 dientiam principaliter, siue ratione personæ, siue rei annuatim, ita dixit
 14 Lud. in d. trac. art. ij. Et vnum scias, q̄ + tributum, cum præstetur princí-
 pi in signum supremæ potestatis, vt not. glo. & Bal. in l. i. s. i. ff. de pub. &
 Abb. in c. tua nobis de decim. nunquam præscribitur contra principē, vt
 habetur ex doctrinam Panor. in c. ad audientiam de præscript. Bald. in l.
 15 sicut col. fin. C. de præscrip. xxx. annorum vbi dixit, q̄ + Ecclesiæ Roma-
 næ, & Imperio, nō præscribitur in his quæ sunt reseruata in signum uni-
 uersalis Domini. Idem tenuit Io. Fran. Balbus in suo tract. de præscript. in
 16 ij. part. v. par. princip. col. iiij. in versi. i. est quæstio. Et solum + quis excusa-
 tur a solutione census, seu tributi, quando habet a principe immunitatem
 tributum, aut censum non soluendi, quæ ei in uiolatam permanxit per an-
 nos xl. vt not. in l. fi. C. de fund. patrīmo. lib. xi. ita dixit Bald. in l. compe-
 rit. C. de præscript. xxx. annorum, & Iason in l. Imperium xi. col. in fi. ff.
 de iurisd. om. iudī. & sequitur Balbus loco præallegato. dicas tamen, q̄
 17 + tributi præstatio denegari potest lícite principi iustitiam non ministran-
 ti subditis, cum talī casu illi resisti possit etiam de facto, vt voluit Lucas de
 penna in l. i. C. de super indict. lib. x. refert & sequitur Alcia. in l. placet nu-
 18 xi. C. de sacro sanct. eccl. scias etiam, q̄ + cōpensatio non admittitur in so-
 lutione tributi, nec in decimis, vt per Abba. in c. tua nobis de decim. & de
 tributo est tex. in l. iiij. C. de compensat.

S V M M A R I V M.

Subditus Regis, qui arma mouet contra ipsum, crimen læse maiestatis committit.

Q V AE S T I O X X X V I I .



R I G E S I M O S E P T I M O quero: quid dicendum
 de eo + qui est subditus Regis, vel principis, aut reipubli-
 cæ, qui arma mouet contra ipsum, vel rempublicam? Di-
 cas, q̄ is crimen læse maiestatis committit l. i. in prin. ibi,
 quoq; armati homines. & rursus ibi, quove quis contra
 rempublicam arma ferat. ff. ad. l. iul. maiest. qui tex. licet lo-
 quatur in eo qui arma mouet contra populum romanum, rempublicāve,

tamen idem erit in eo qui contra regem vel principem arma sumnit, vt dixit Bar. in l. hostes. ff. de capt. & postlim. reuers. & idem in l. lex duodecim tabularum. ff. ad leg. iul. maiest. hanc etiam conclusionem tenet Martinus de laud. in trac. de crim. laesæ maiest. & Math. de afflict. in c. i. s. Et bona committentium col. v. nume. 5 4. in titu. quæ sint regal. in usibus feud. faciunt quæ supra dixi. q. xxiiij. hoc eodem titulo, de oppugnante patriam.

S V M M A R I V M.

- 1 Sectæ factæ cum pactis iuramento firmatis ad exitium principis continent crimen læse maiestatis.
- 2 Marinus Bocconius Venetus plebeij ordinis cum socijs ad geminas columnas suspenduntur ob sectam & coniurationem factam contra principem & optimates Republicæ Venetæ.

Q V A E S T I O X X X V I I I .



R I G E S I M O O C T A V O quero: quid dicemus de his, qui † sectas faciunt cum pactis iuramento firmatis, an incident in crimen læse maiestatis? Dicas, q̄ si huiusmodi sectæ tendunt ad exitium regis, principis, aut reipublicæ, tales incident in dictum crimen, vt voluit Angel. in l. cuiusq; dolo. ff. ad l. iul. maiest. & Brunus in consil. 79. viso processu inquisitionali. col. ij. in fin. Dicas hanc conclusionem apertissime probari per text. in l. ibi, quove coetus, conuentusve fiat. ff. ad leg. iulia. maesta. Possent de hoc allegari multa exempla, sed uno tantum contentus ero Venetij † sub Duce Petro Gradonico, qui anno dominij. 1290. Venetiarum Dux creatus fuit, quidam Marinus Bocconius plebei ordinis, homo multum audax, & ad facinora promptus, in principis, & optimatum cædem cum multis alijs conspirauit: sed Dei opt. Max. ope, coniuratione cognita Marinus cum socijs ad geminas columnas suspendio ne cantur, teste Petro Marcello in libro de vitis Principum Venetorum, in vita dicti Petri Gradonici Principis.

S V M M A R I V M.

- 1 Templum Deo quis primus posuerit.
- 2 David templum Deo primus extruere parauit, at Deus per Nathan prophetam eum quod manus hostium sanguine pollutas haberet, renocauit, eique iussit ut templi illius ædificationem Salomonis filio relinquoret,



RIGESIMONONO quæro: an occupans sibi templum incidat in crimen læse maiestatis? Dicas breuiter quod sic. tex. est. in l. i. ibi, locave occupentur, vel templo. ff. ad. iul. maiest. ad idem tex. in l. ij. ff. de colleg. illicit. facit etiam text. in l. denuntiamus. C. de his. qui. ad eccles. confug. Et ita tenuit Ludouic. Montal. in tract. suo. de reprobatione sent.

- Pilati. artic. i. nu. 70. Quis † autem primus templum Deo omnipotenti posuerit: Salomonem fuisse legimus, qui Hebræorum Rex ab ortu Adam primi hominis tribus millibus centum & duobus post annis illud Hierosolymis condidit, ut testatur Joseph lib. viij. antiquitatum. verum † David Pater illud extruere parauerat, at Deus, per Nathan prophetam, eum, quod manus hostium sanguine pollutas haberet reuocauit, eich iussit, ut templum illius ædificationem Salomonis filio relinqueret.

S V M M A R I V M.

- 1 Maledicere principi est contra diuinum præceptum.
- 2 Ebrietas mentis exilium inducit.
- 3 Vbi est ebrietas ibi est furor.
- 4 Lubricum linguae nullus homo domare potest.
- 5 Maledicens principi ex iniuria ad principem remittendus est.
- 6 Si quis dixit illusorie uerba maledicta contra principem parcitur ei ob temeritatem.
- 7 Maledicta pensanda sunt ex hominum personis.
- 8 Agrippa qui orabat Deum pro morte Tiberij Imperatoris, ut ei succederet in regno Caius Nepos, uiuente Tiberio fuit in carceribus detrusus, & postea, a Caio fuit liberatus & sublimatus.
- 9 Ex solis maledictis contra principem crimen læse maiestatis non incurritur.
- 10 Ex separatione titulorum diuersitas criminum arguitur.

Q VAE S T I O XL.



VADRAGESIMO quæro: an maledicens principi incurrat crimen læse maiestatis? Videtur dictum quod sic: nam sine dubio maledicens principi illius maiestate offendere dicitur, & quoties laeditur principis maiestas dictum crimè committitur, ut habetur in l. quisquis. in prin. & ibi doc. C. ad legem iul. maie. & dictum fuit supra in pluribus quæstionibus. Maledicere † enim principi est contra diuinum præ-

ceptum. Scriptum est enim Exodi. c. 22. circa finem: Dhs non detrahes, &
 principi populi tui non maledices. Pro resolutione huius questionis distin-
 gue: aut maledicens principi id facit ex leuitate: aut furore, seu vinolen-
 tia. Nam si furore, satis est qd suo furore puniatur. l. diuus. ff. de offi. præsid.
 2 Si vinolentia, clarum est qd Ebrietas mentis exilium inducit. c. a crapula.
 extra de vit. & honest. cleric. & ideo dixit specul. in tract. de modo gene-
 ral. concil. congreg. parte iij. rub. 36. nu. 2. qd vbi est ebrietas ibi est furor.
 Sin autem ex leuitate, lubricum linguae non est facile ad poenam trahen-
 dum, vt dixit iuriscon. in l. famos. ff. ad leg. iul. maiest. ad idem, & prædi-
 cta, facit etiam tex. in l. i. C. si quis. Imper. maledix. & t. lubricum linguae
 nullus homo domare potest. Ecclesiast. c. 18. Iacob. c. 2. Ang. in d. l. famo-
 si. in versic. sequitur in textu nec lubricum. Aut t. quis ex iniuria principi
 maledixit, & tunc ad principem remittendus est, vt in d. l. i. faciunt not. in
 c. si quis iratus. ij. q. ij. & c. quem poenituerit. s. notandum. & ibi glos. ea-
 dem causa & q. Dictum enim hominis quandoq; magis noua iactatione
 iactatur, quam aliqua opinione roboratur. 26. distinc. c. deinde. Aut t. ver-
 ba maledicta contra principem quis illusorie dixit, vt in l. hic aut. ff. si cui
 plus quam. per leg. falcid. & per Alberi. in l. filiam. C. de inoffi. testa. & in
 l. Gracchus. ff. de adulter. & isto casu parcitur delinquenti in principem ob-
 temeritatem facit tex. in l. omne delictum. s. penul. & in l. respiciendum. s.
 delinquunt. ff. de poen. & l. milites. ff. de custo. reorum. At Iaco. de Beluis.
 quem refert Alberi. in d. l. famos. dixit, t. ex hominum personis maledi-
 cta pensanda esse. ad idem Math. de affl. in decisi. Neapolit. decisi. 26 5.
 vbi refert exemplum D. Antonij Archiepiscopi Florentini, qui in i. parte
 sui historialis titul. vi. c. 2. s. iij. refert, qd t. Agrippa, qui imperium affecta-
 bat pro Caio Nepote Imperatoris Tiberij, dixit, utinam viderem mor-
 tem importuni senis, videlicet Tiberij, & Caium Dominum totius orbis,
 de hoc Tiberio accusatus de criminis læse maiestatis quia Deum orauerat
 pro morte Imperatoris, eundem Tiberius in carcerem detruidi mandauit,
 in quo stetit mensibus sex usq; ad mortem Tiberij, quem Caius, qui illi in
 Imperio successit, liberavit, pariter & sublimauit. ad hoc vide afflic. in præ-
 dicta decisi. nu. 6. 2. ex prædictis concluditur, qd t. ex solis maledictis con-
 tra principem crimen læse maiestatis non incurritur. facit, quia huiusmo-
 modi delicta, videlicet crimen læse maiestatis, & crimen maledicentiae
 contra principem, ponuntur sub diuersis titulis, ex t. separatione enim titu-
 lorum diuersitas criminum arguitur: & isto genere argumētandi vtuntur
 sepe Doct. vt Oldra. in consi. 210. Regularis. col. i. Abba. in consi. 57. col.
 iij. versi. Tertio principaliter. in i. vol. firmat Aymon. Crauer. in consil. vi.
 Plura videnda sunt, in princ. & in iij. colum. vide etiam ad hoc Math. de

Afflīct. in cap. i.s. & bona committentium, colum. viij. nume. 104. in titul,
quæ sint Regal. in vñibus feud.

S V M M A R I V M.

- 1 Furcæ meri imperij signa sunt.
- 2 Furcarum erectio iurisdictionem probat.
- 3 Furcas erigens propria authoritate, usurpat authoritatem principis, & crimen læse maiestatis incurrit.
- 4 Per furcarum erectionem retinetur possessio meri Imperij, licet de facto non occurrerit casus per annos centum, quod aliquis ibi suspensus fuerit.
- 5 Furcarum erectio inuenta fuit, ut homines conspectu earum terreantur, & delinquentibus accedant ad poenam.
- 6 In furcarum erectione publica uersatur, utilitas ne maleficia sint impunita, et ut malemeriti publice puniantur.

Q V A E S T I O X L I.



- V A D R A G E S I M O P R I M O quero:an, si quis erigit in loco furcas sua propria authoritate, incidat in crimine læse maiestatis? Dicas quod sic. ita voluit Bald. in l. data opera. col. iiij. prope finem. C. qui accus. non poss. adducit tex. in l. iiij. s. fin. ff. ad leg. iul. maiest. ibi, quive priuatus pro potestate magistrative. & text. in l. eos. s. qui se. ff. ad legi corn. de falsi. idem voluit Guliel. Bont. in tractatulo suo de casibus. in quibus poena. mort. impon. nume. 3. qui habetur in xv. Thomo tract. &, licet necq; Bald. necq; Geigiel. in locis prædictis rationem assignent huius decisionis, dicas rationem esse: quia t̄ furcæ meri Imperij signa sunt, vt dixit Paris de Puteo in tract. de sindic. in s. contumacia. nume. 8. Et dixit Ioan. Bertachi. in tract. de gabel. seu vertigal. in prima parte. nume. 37. q̄ t̄ furcarum erectio iurisdictionem probat, secundum Bald. in l. a procuratore. C. mand. & in c. i. in tit. quid sit inuestitura. & in l. arboribus. s. de illo. ff. de vñfruct. vbi Floria. dixit, id procedere etiam si per annos centum in illis non fuerit aliquis homo suspensus. idem voluit Ioan. Bertachi. in tract. suo de gabel. in i. parte, col. viij. nu. 37. Qui t̄ igitur propria authoritate furcas erigit, sua authoritate usurpat authoritatem principis & magistratus, merito crimen læse maiestatis incurrit d. l. iiij. s. fin. idem dixit Iason. in l. Imperium col. viij. versic. secundo quia qui non habet. ff. de iurisdi. omnium iudic. facit q̄ dixit Franc. Balb. in tract. de præscript. nu. 17. vbi dixit, quod t̄ per

- ¶ per furcarum erectionem retinetur possessio meri Imperij, licet de facto non occurrerit casus per annos centum, q̄ aliquis ibi suspensus fuerit. Et dicit Parjs de Put. in d. tract. de sindic. in prædicto s. contumacia nume. 7.
 q̄ † furcarum ere atio inuenta fuit ut homines conspectu eorum terreantur, & delinquentibus accedant ad pœnam. subdens, † q̄ in furcarum erectione publica versatur vtilitas, ne maleficia sint impunita, & vt malemeriti publice puniantur.

S V M M A R I V M.

- ¶ Rectores prouinciarum finito officio non possunt ægredi prouinciam seu ciuitatem, nisi post quinquaginta dies quibus tenentur stare ad sindicatum.
 2 Fuga officialis, qui debet stare ad sindicatum, facit eum incidere in crimen læse maiestatis.

Q V A E S T I O X L I I .
 V I N A M M V Z



- VADRAGESIMO SECUNDUO quæro: certum est, q̄ de iure communi † Rectores prouinciarum finito officio non possunt ægredi prouinciam, seu ciuitatem, in qua rectores fuerunt, nisi post quinquaginta dies, quibus tenentur stare ad sindicatum: vt est tex. in l.i.C. vt omnes.iudi. tam ciuil. quam crimin. Modo quæro, si rector prouinciæ, vel ciuitatis, infra dictum tempus discedat, & nolit stare ad sindicatum, quod crimen committat: Dicas, q̄ incidit in crimen læse maiestatis. text. est de hoc apertus in d.l.i.C. ut iud. tam ciuil. quam crimin. facit etiā tex. in l.i.h. ff. ad leg. iul. maiest. & ita dixit Alberic. in rub. ff. eod. titu. idem voluit Math. de Afflict. in. c.i. in. s. & bona committentium. col. vi. nu. 70.
 2 in tit. quæ sint regal. in vñibus feudor. vbi dixit, q̄ † fuga officialis, qui debet stare ad sindicatum, facit eum incidere in crimen læse maiestatis. subdens, q̄ non tamen hoc delictum intelligitur in primo capite legis iuliæ maiestatis, quando huiusmodi delictum non est contra principem uel tempubl. Idem tenet restaur. in tract. de Imper. q. i. 8. nu. 20.

S V M M A R I V M.

- ¶ Scribens, & falsum recitans ad damnum principis, incidit in crimen læse maiestatis.
 ¶ Scribens falsum scienter in libris Republicæ uel Principis, ad damnum ipsius principis incidit in crimen læse maiestatis.

QVÆSTIO XLIII.



- VADRAGE SIMON TERTIO quæro: an qui tamen scribit & falsum recitat ad dæmnum reipublicæ vel principis incidat in crimè lœsæ maiestatis? Dicas quia sic, ita tenuit Alberic. in rub. ff. de crim. lœsæ maiest. per text. in l. iij. ff. ad leg. iul. maiest. ibi, quive sciens falsum conscripsit, vel recitauerit. & hoc enumeratur in primo capite criminis lœsæ
- maiestatis, ut ibidem dicit text. hoc tamen sane intelligendum est de eo, qui scienter in librís Reipublicæ, vel principis falsum scripsit. Et licet hoc crimen non sit de directo commissum contra Remplicam vel principem, attamen est in primo capite legis iulie maiestatis, ut dixit text. in d. l. iij. & tenet Math. de Afflict. in c. i. s. & bona committentium col. vi. nu. 73. intitulo quæ sint. Regal. in vñibus feud. vbi dicit menti tenendum hoc genus falsi, quia inducit crimen lœsæ maiestatis.

S V M M A R I V M.

- Sollcitans uel concitans milites ut rebellent contra principem crimen lœsæ maiestatis committit.
- Qui concitat hostes ut bellum summant uel aliquid contra regem faciant in eius dænum, incidit in crimen lœsæ maiestatis.

QVÆSTIO XLIIII.



- VADRAGE SIMO QUADRAGE VAR TO quæro: quid dicendum de eo qui sollicitauit, vel concitauit, milites ut rebellarent contra Regem vel Rempuplicam, vel sollicitauit, vel concitauit ipsos milites, ut seditionem, vel tumultum, aduersus Regem, vel Rempuplicam facerent? Dicas, quia talis crimen lœsæ maiestata. committit: ut probatur per text. in l. i. ibi, quive milites, ff. ad leg. iul. maiest. facit ad idem tex. in l. secunda & iij. ff. eodem titu. ita concludit Cardinal. in clemen. pastoralis in princip. in ix. not. de re iudic. idem tenet Math. de Afflict. in cap. i. in. s. & bona committentium colum. vi. nume. 69. in titu. quæ. sint. Regal. in vñibus feudor. & tamen idem dicendum de eo qui hostes concitauit, ut bellum summant, vel aliquid contra Rempuplicam seu Regem faciant in eius dænum, ut in l. iij. in princip. ff. ad leg. iul. maiest. hoc enim lege duodecim tabularum cautum fuit, ut dicit ibi text.

S V M M A R I V M.

- 1 Tiberius antequam ad Imperium concenderet in germania exercitum ducens præfato legionis ignominie notam intulit, ob id solum quodlibet suo quosdam equites uenatum trans renum sine ipsis licentia misisset.
- 2 Priuatus ad hostes confugiens crimen læse maiestatis incurrit.
- 3 Africanus superior deuicta Cartagine cum omnes qui de exercitu Romano penos transferant in suam redigisset potestatem eos qui Romani erant tanquam patrie fugitiuos crucibus affixit, latinos vero, tanquam perfidos socios percussit.
- 4 Miles e prælio recedens uel quid faciens quod eius ope hostes uictoriam habeant, incidit in crimen læse maiestatis.

Q V A E S T I O X L V.



- VADRAGE SIMO QVINTO de eo videndum est, qui exercitum sine superioris licentia deseruit. Dicas illum crimen læse maiestatis committere, ut probat text. in l.ij. ibi, aut qui exercitum deseruerit. ff. ad leg. iul. maiest. ad idem Math. de Afflict. in c. i. §. & bona committentium. colum. vi. num. 7. i. in tit. quæ sint. Regal. in vñibus feud. Propterea † Tiberius antequam ad Imperium concenderet, cum in germania exercitū duceret præfato legionis ignominiae notam intulit, ob id solum, qd cum suo liberto paucos quosdā equites venatum trans Renum ab eo licentia non petita misisset: quia ut ab hoste intercipi possent periculum adiuverat. ut refert Bapti. Fulgosius. in suo opere, de dictis factisq; memoratu dignis. lib. ii. in rub. de milit. disciplin. in ix. exemplo. Idem erit † in priuato ad hostes confugiente, ut dixit Vulpianus in d. l. ij. Ideo probe factum legimus † ab Africano superiore, qui deuicta Carthagine, cum omnes qui de exercitu Romano ad penos transferant in suam redigisset potestatem, eos, qui Romani erant tanquam patrize fugitiuos crucibus affixit. in latinos vero trans fugas aliter animaduerit: illos namq; tanquam perfidos socios securi percussit, ut testatur Valer. Maxi. in libr. ii. in rubr. de discipl. milita. Idem est † in eo armigero vel milite, qui e prælio recessit, aut quid fecit, quod eius ope hostes victoriam habuere. l. ij. ibi, qui in bellis recesserit. ff. ad leg. iul. maiest.

S V M M A R I V M.

- 1 Comunitatibus & priuatis personis licet loca propria muris circundare & custodire.
- 2 Aedificiorum colatio est de iure gentium, & per consequens licita.

- 3 Castella limitanea, uidelicet iuxta Imperij fines posita, alicui priuato tenere non licet.
- 4 Habentes castra in confinibus territorij alicuius ciuitatis coguntur ea dimittere ciuitati
in cuius territorio sunt, nisi ex permissione ciuitatis sint eis concessa.
- 5 Castrum primus omnium Cecrops condidit, qui ante tempora Deucalionis fuit, idque
se Cecropiam nominauit.
- 6 Turres a quibus fuerint inueniente.

Q V A E S T I O X L V I .



VAD R A G E S I M O S E X T O quæro: quid dicen-
dum de eo, qui sine principiis licetia arcem seu fortilitum
in confinibus regni tenet, an crimen læse maiestatis com-
mittat? Dicas quod sic, ita tenuit Math. de Afflict. in c. i. s. &
bona committentium, colum. vi. nume. 77. in titu. que
sint regal. in vsibus feudo. per text. in l. iiij. ff. ad leg. iul. ma-
iest. vbi glos. in ver. tenuerit. dicit, quod priuatus tenens arcem in confinibus
contra publicam quietem incidit in crimen læse maiestatis: quia hoc ei
non licet, per text. in l. secunda. C. de fund. limito. vbi Ioan. de Plat. per li-
lum text. dixit, † quod licet alias licitum sit communitatibus & priu-
atis personis loca propria muris circundare & custodire. l. per prouincias.
2 C. de ædific. priuat. & l. omnes prouinciarum. C. oper. pub. † cum resdi-
ficiorum collatio sit de iure gentium, & per consequens licita. l. ex hoc iu-
re. & ibi Bartol. ff. de iust. & iur. nisi ad emulationem ciuitatis fiat, vel inde
scandalum, aut seditio contra principem sequi possit, vt in glos. ibi in
3 verbo, antiquitas. † Tamen castella limitanea, videlicet iuxta Imperij
fines posita, alicui priuato tenere non licet. & dixit Angel. in dicta leg. se-
cunda, quod † habentes castra in confinibus territorij Perusini, seu alte-
rius ciuitatis, coguntur ea dimittere communitati Perusiae, vel ciuitati
cuius territorio sunt cum eorum territorijs, si modo ex permissione ciui-
tatis non sint eis concessa. † Castrum autem, seu oppidum, primus om-
nium Cecrops condidit: qui (teste Iustino lib. ij.) fuit ante tempora Deuca-
lionis, idque a se Cecropiam nominauit. Turres † autem Cyclopes inuenie-
runt vt Aristoteles ait: secundum autem Theofrastum phœnices: Vir-
gilius autem Palladi ascribit, ynde in Bucolicis dixit, Pallas, quas condidit
Arces, ipsa colat. ad quod videndum est Pollidorus Virgilius in libello suo
de in inuent, rerum, lib. iiij. cap. ix.

S V M M A R I V M .

- 8 Castellani non restituentes castrum iussu domini incident in crimen læse maiestatis.

- Castellani non restituentes castellum ciuitatis Bononiæ ad iussum ancianorum incidentur in crimen læse maiestatis.

Q V A E S T I O X L V I I .



V A D R A G E S I M O S E P T I M O quero: si aliquis erat
† Castellanus in aliquo castro pro rege, principe, vel Republi-
ca, si princeps illum amoueat, & alium castellanum in ipso ca-
stro destinet scribendo illi q̄ castrum nouo castellano a se mis-
so consignet, & ipse id facere recuset, an crimen læse maiestatis commit-
tar? Dicas q̄ sic, ut est text. in l. iij. ibi, aut castra concesserit. ff. ad l. iul. maie.
ita dixit Math. de Afflict. in c. i. s. & bona committentium, col. vi. in fi. nu.
78. in tit. quæ sint regal. in usibus feud. ubi dicit text. in d. l. iij. intelligendū
esse in omnibus istis casibus, videlicet siue quis recusauerit consignare ca-
strum nouo castellano uenient cum literis principis, siue milites ad hostes
miserit sine principis licentia, seu castrū ipsum hostibus tradat. & hāc q̄ōne
tangit Nico. Boer. in trac. de custo. clauium. col. vi. nu. 25. & nu. 26. idem
tenens. & not. Angel. in d. l. iij. ubi dixit ex illo text. † notandum, contra
castellanos non restituentes castellum ciuitatis Bononiæ ad iussum ancianorum,
quia incidentur in crimen læse maiestatis. Et eodem modo si illud ho-
stibus concedunt, per glos. ibi.

S V M M A R I V M .

- 1 Committentes collegium illicitum incident in crimem læse maiestatis.
2 Validum est argumentum à diuersitate titulorum. Et quando procedat. nu. 6.
3 Ciuitates & barones, qui sub uno eodemque principe sunt, confederations inter se
facere non possunt, nisi cum consensu eius fiant.
4 Collegium illicitum quid sit? Et quod sit approbatum uel reprobatum. & nume. 5.

M V I I I A M V I I I
Q V A E S T I O X L V I I I .



V A D R A G E S I M O O C T A V O quero: an † commit-
tentes collegium illicitum incident in crimem læse maiestatis?
Videtur prima facie dicendum q̄ non: nam in ff. titu. de colle-
gijs illicitis est titulus separatus, a tit. ad leg. iul. maiest. Ergo di-
ueria sunt crimina, † arguēdo, a diuersitate titulorū, quod argumentū est
validum per ea quæ dixi sup. q̄ōne. xl. prope finem. Dicas tñ contrarium
esse uerius, q̄ immo facientes collegium illicitum incident in crimem læse
maiestatis, ut est tex. iuncta glos. ibi. in l. iij. ff. de colleg. illicit, & ibi. not. Bar.

L I B E R P R I M V S . T R A C .

Item tenentur leg.iul.de vi publ.vt ibidem dicit Bar.idem probat text.in l.i.ibi quive coetus ff.ad leg.iul.maiest.& dicit Bart.in l.sodales.colum.ij.
 3 versic.& ideo istae sectæ. q̄ t̄ ciuitates, & barones, qui sub vno eodemq̄ principe sunt, confœderationes inter se facere non possunt: quia semper huiusmodi ligæ & confœderationes præsumuntur factæ ad damnum statutis principis sub quo sunt, nisi flant cum consensu superioris: ita voluit etiam Marti, de laude.in tract.suo. de confœder.princip.q. xx. allegat Innocen,in c.dilecta.extra de excess.prælat.Idem tenuit Franci.Lucanus,in tract.de priuili.fisci.in ij.parte,princ.versic.Decimus quartus.nu. i 4.conclusionem supradictam,q̄ faciens collegium illicitum puniatur criminale
 4 s̄ maiest.tenuit etiam Ludouic.Montal.in tract.de reproba.sent.Pilat,ar tic.ij.col.ijj.versic.secundo pro eadem parte.Quid autem t̄ sit collegium il licitum opere premium est scire: ideo dicas illicita & reprobata esse omnia collegia, quæ a superiore non sunt approbata vel permitta l.ijj.s.in summa.ff.de colleg.illicit,Bar.in l.sodales.in i.col.versicu.secundo quæro.ff.
 5 eod.tit.& dicit Innoc. q̄ t̄ collegia illicita dicuntur conuenticulae, nisi sint a superiore confirmata: cuius dictum habetur in c. cum ab Ecclesiastum, in glos.sua,in verbo,prælatus.de off.ordin.& Bald.in c.conuenticulas.in ij.col.in versi.Item nota q̄ omnia collegia.in tit.de pac.iuramen.firmand, in vñibus feud.ad idem Abb.in c.dilecta in ver.in glos.i.extra de excess.prælat,vbi dicit etiam quæ sint collegia licita.ad idem Paul.de cast.& Bar.Soci,in l.cum senatus.ff.de reb.dub.& Fely,in c.accedentes,in princip.de præscrip.Erit ergo firma conclusio,q̄ committens collegium illicitum in
 6 cedit in crimen læse maiest.Ad id,t̄ q̄ supradictum est in contrarium arguendo a diuersitate titulorum,dicas,id non procedere quotiens.in iure est expressum contrarium: q̄ probatur in d.l.ij.ff.de colleg.illicit,tunc enim argumentum,a diuersitate titulorum non concludit.

S V M M A R I V M .

- 2 Is, qui facit ne Comes uel Baro obediat suo principi,in crimen læse maiestatis incidit.
 2 Reges omnes olim Populo Romano suberant.

Q V A E S T I O X L I X .

 **VAD R A G E S I M O N O N O**, q̄ro quid erit dicēdū de eo, qui dolo malo egit,ne Comes,Baro,vel alius inferior,obediat suo principi? Hunc in læse maiestatis crimē incidisse dixerim, per text.in l.cuiuscib⁹ ibi,vt ue ex amicis.ff.ad leg.iul.maiest,&

ibí, cuius ve dolo malo opera factum. &c. Olim tamen enim omnes reges populo Romano suberant, ideo statuit ibi Sceuola, qd si alius tantæ fuerit temeritatis ut daret operam, qd alius eorum regum non obediret populo Romano, qd talis in crimen læse maiestatis incidat. firmat hanc conclusionem Math. de Affl. in c.i.s. & bona committentium col. viij. nu. 92. in titu. quæ sint regal. in vñibus feudorum.

S V M M A R I V M.

Deputatus a principe ad gubernationem exercitus, si illum recusat consignare successori ab ipso principe misso, incidit in crimen læse maiestatis.

Q V A E S T I O L.

 V IN Q V A G E S I M O quæro: quid dicendum de eo, qui erat deputatus, a principe gubernator exercitus in aliqua prouincia ad principis beneplacitum, qui recusauit exercitum consignare alteri gubernatori ab ipso principe misso ad regimē & gubernationem ipsius exercitus? Dicas, qd proculdubio is maiestatis reus erit. ita probat text. in l. iij. in s. eadem lege ibi, quive, cui ei successum in prouincia. &c. ff. ad leg. iul. maiest. ad idem facit text. in l. i. C. vt tam ciuil. quam milit. iudi. faciunt pro ista quæstione quæ late dixi supra. q. 3 2. sub hac eadem rubrica & quæstione. 47.

S V M M A R I V M.

Subditus principis commonens hostes de præparatione ipsius principis contra eos committit crimen læse maiestatis.

Q V A E S T I O L I:

Q V A G E S I M O P R I M O : quæro an crimen læse maiestatis committat is, qui cum principis subditus sit, cognoscens qd princeps hostes suos capere vel debellare facile potest, vt ipsius principis fœlici successu obuiaret, hostes de præparatione principis contra eos, vt caueant, ne in eius potestatem veniant, commonet. Dicas, qd sic. text. est. in l. iij. ibi, quomodo hostes in potestate populi Romani & c. ff. ad l. iul. maiest. Hanc etiam conclusionem tangit Math. de Affl. in c. i. s. & bona committentium col. viij. nu. 88. in tit. quæ sint regal. in vñibus feud.

- An iurās principem offendere non sequito effectu teneatur crimen læse maiestatis.
- 1 Affectus non sequito effectu non est punibilis.
 - 2 Primi motus non sunt in potestate nostra.
 - 3 Voluntas sola est punibilis in crimen læse maiestatis.
 - 4 Voluntas quid sit.
 - 5 Delictum attentatum, non consummatum punitur in crimen læse maiestatis.
 - 6 In prolatione uerborum contra principem attendenda est qualitas personæ, locus & tempus.
 - 7 Homicidium committens per ebrietatem puniri non debet.
 - 8 In ebrijs nulla ratio, nullum uitæ gerendæ consilium, nec ulla artium, nec gestorum, aut lectionum memoria, aut industrie prouidentia est.
 - 9 Vinum Dei est: ebrietas diaboli opus.
 - 10 Dionisij maioris Ciciliae tiranni, animaduersio in duos iuuenes, qui inter coenandum de insidijs eius capiti parandis inter se sermonem habuerunt.
 - 11 Indicente uerba contra principem, considerandum est, an ex lubrico linguae id dixerit. Item locus, & tempus. n. 13.
 - 12 Iulij Cæsaris lepidum responsum.
 - 13 Responsum factum Pirrho a quibusdam dum ebrij maledixissent de eo.

Q V A E S T I O L I I .

VINQVAGESIMO SECUNDΟ videndum est, si alii quis iurauit se uelle principem interficere, uel aliquod illi magnum malum facere, siue id etiam sine iuramento dixerit, an crimen læse maiestatis ex solo dicto aliquo non sequito effectu incurrat? Circa hanc questionem dicendum videtur q̄ non: per tex. in c.i.s. si voluerit in titul. de capit. qui curriam vendi. vbi dicitur, q̄ si vaſallus dominum offendere voluerit, nil tamen fecit, quod nisi illi insidiatus fuerit feudum non propterea amittit; quia † affectus non sequito effectu non est punibilis, ut late habetur per doct. in l. si quis non dicam rapere. C. de episcop. & cleri. vbi Cyn. Bal. & Salic. facit text. in l.i. in fin. ff. q̄ quisq; iur. l. qui falsam. ff. ad leg. Corn. de fall. facit, quia id forte dictum fuit calore iracundiae. l. quod calore. ff. de reg. iur. vnde versus, ira impedit animum, ne poscit cernere verum. Primi † etenim motus (ut philosophus ait) non sunt in potestate nostra, vt habetur in l. qui ea mente. ff. de poen. immo scriptum est, q̄ cogitationis nemo poenam patitur. l. cogitationis. ff. de poen. Contrarium tamen dicendum esse videtur: † quia in crimen læse maiestatis

- statis sola voluntas est punibilis. I. quisquis.in princ.ibi, eadem enim seueritate voluntatem sceleris, qua effectum puniri volumus. C.ad I. iul. maie.
- 4 est enim † voluntas deliberatio animi intelligentis & acceptantis id quod vult Bald. in l. in emptis col. ijij. versicu. modo venio ad quæstiones. C. de contr.empt. & præsumitur durare nisi mutata probetur. I. fideicōmissa. s. si rem. ff. de legat. ijij. & ibi Bar. Bal. in l. i. C. de collat. l. eum qui. ff. de probat. † Delictum enim attentatum non consummatum punitur in crimine læsæ maiestatis, vt notanter dixit Angel. in l. i. s. hæc verba in fin. ff. quod quisq; iur. quem sequitur Math. de Afflict. in c. i. s. si voluerit. in titu. de cap. qui Cur. vendidit. col. ii. i. nu. 5. & hanc conclusionem videtur firmare idem Math. in c. i. s. & bona committentium. col. viij. nu. 86. in tit. quæ sint regal. in vñibus feudo. pro qua est tex. in l. iiiij. in princ. ff. ad leg. iul. maiest.
- 6 In ista materia † considerandam esse arbitror qualitatem personæ sic iurantis, aut dicentis, locum, & tempus huiusmodi prolatorum verborum, iuxta illud Ouidij. lib. i. de trist. in prima Ellegia.

Iudicis officium, ut res, ita tempora rerum

Quærere, quæsto tempore tutus erit.

- Personæ dico qualitatem spectandam, quia si talia verba prolata essent ab eo, qui læuis (ut aiunt) esset armaturæ, vtq; parui momenti & considerationis esse deberent apud principem. Idem esset si ab ebrio, vel insano, dicta essent. facit tex. in l. i. C. si quis Imper. maledix. & ibi glos. in verbo, tumultentia. & probatur prædicta per tex. in l. famosi. ff. ad leg. iul. maiest.
- 7 vnde dicit Alber. in d. l. i. q; † is, qui per ebrietatem maleficium committit, puniri non debet: nam ebrius ibi furioso comparatur. facit text. in c. ven-ter. xxxv. distin. ad idem facit tex. in c. a. crappula, de vita. & honest. cleric. vbi scriptum est, quod ebrietas mentis inducit exilium. inde Proper. Ele-gia secunda scribit.

Vino forma perit: uino corrumpitur etas:

Vino sæpe suum nescit amica uirum.

- 8 Et ideo dicebat August. ad sacras virgines, in febris, nō ulla ratio, non ullum vitæ gerendæ consilium, nec ulla artium, nec gestorum, aut lectionū memoria, aut industriæ prouidentia est. Et Chrysostomus in Homelia ad
- 9 Antiochos ait, † vinum Dei est: ebrietas autem diaboli opus. & idem su-per c. ix. Genesis. Homeli. 29. inquit, grauissimum quidem ebrietas est delictum, & q; potest excecare sensus, & mentem summergere, & hominē, irrationabile Animal facere.
- 10 Nec ab re † Dionisij maioris Cœliæ tirāni hic subiectemus exemplum: scribit Plutarchus in suis aposthegmatibus, quod cum eidem Dionysio ac-cusati fuissent duo iuuenes, q; inter coenandum de insidijs eius capit par-

Hierony. Gigas.

M

- dis inter se sermonem habuissent, id scire dissimulans ipsos iuuenes ad coenandum secum inuitari iussit, dumque in mensa secum essent aduertit eorum alterum valde sobrium & parce loqui alterum vero large potantem & loquacem, istum in collumen dimisit, sobrium autem interimi iussit.
- 10 Consideranda est etiam persona sic dicentis, an talis sit qui id facere potuerit, & an ex linguae lubrico id dixerit, ut dicit tex. ad hoc notab. in l. famosi. ff. ad leg. iul. maiest. Et ideo Iulius Cæsar, cum ei dictum tuisset, quod a Gaiba sibi caueret, qui crassus erat, respondisse dicitur, caendum mihi est a Pallidis & macilentis, & non a Crassis: inferens a Caio Cassio, & Bruto, sibi caendum esse. hi enim pallidi, & macillenti erant, quod testatur Plutarchus in vita eiusdem Iulij Cæsaris.
- 11 Considerari non ab re dixit locum, & tempus prolatorum huiusmodi verborum, videlicet an in mensa, vel ieiuno stomacho: Nam plerunque in mensa aduersus principem dicuntur, excusari possent, & iuxta illud quod apud Valerium Maximum lib. v. in rubr. de humanit. de Pirrho legimus: Nam cum ipse audiuisset quosdam in conuiuio Tarentinorum paucum honoratum de se sermonem habuisse, eis accersitis quæsiuit, an ea quæ ad eius aures peruererant dixissent, cui ex his unus respondit, nisi nobis viuum defecisset ista, quæ tibi relata sunt, præ his quæ de te locuturi eramus lusus & iocus fuissent: quo responso is iram Regis in risum conuertit. Si quando igitur casus acciderit iudicantis auctorita Modestini jurisconsulti. Decisio facile esse poterit, de qua. in d. l. famosi. ff. ad leg. iul. maiest.

S V M M A R I V M.

Qui milites de alijs militibus delegit sine iussu principis crimē læse maiestatis committit.

Q V A E S T I O L I I I .



VINQVAGESIMO TERTIO, quæro: an magister militum, alijsve, qui milites de alijs militibus sine principis licentia delegit, incidat in crimen læse maiestatis? Dicas quod sic tex. est in l. iij. iuncta glos. in verbo, delatum. ff. ad leg. iul. maiest. quæ glos. allegat ad hoc tex. in l. militem. C. de re. milit. lib. xij. credo quod voluerit allegare tex. in l. neminem. C. eodem tit. allegat etiam glos. tex. in l. iubemus. C. de offi. magistr. milit. quæ lex non est sub illo titulo, credo quod voluerit allegare tex. in l. milites. in d. tit. de offi. magistr. milit. prædictam conclusionem tenuit Math. de Afflict. in c. i. s. & bona committentia, colum. viij. nu. 81, intitu. quæ sint, regal. in vñibus feudorum.

S V M M A R I V M.

Vasallus morem non gerens domino feudi, ex eo quod dominus feudi sibi non praestat
qua præstare teneatur, an incidat in crimen læse maiestatis.

- 1 Inuestitura feudalis, est quidam contractus nominatus.
- 2 Licet unicuique partium contrahentium, quando sibi conuenta ab altera parte non ser-
uantur, nec ipsa quæ ad se attinet seruare.
- 3 Reciproca est obligatio vasalli ad dominum: & econtra.

Q V A E S T I O L I I I I :



VINQVAGESIMO QVARTO quero: utrum
vasallus, qui morem non gerit domino, feudi, in his quæ
ei tenetur secundum ius feudorum, ex eo quod dominus si-
bi non præstat ea quæ domini feudorum præstare tenen-
tur suis vasallis, incidat in crimen læse maiestatis? Dicas
quod non. ita dixit Alberic. in l. i. ff. ad leg. iul. maiest. allegat

- 1 tex. in c. de forma. 22. q. v. est tamen inuestitura feudalis quidam contra-
ctus, ut post alios habetur per Zasium in suo tract. feudorum. in i. parte
versic. feendum autem. vbi dixit esse contractum nominatum: contractus
autem est ultra citroque obligatorius. l. labeo. §. contractum. ff. de verbo. si-
gnifico. ideo licet tamen unicuique partium contrahentium, quando sibi conuenta
ab altera parte non seruantur, nec ipsa quæ ad se attinet seruare: cum tamen re-
ciproca sit obligatio vasalli ad dominum, & domini ad vasallum, ut tradit
idem Zasius in d. trac. de feud. in vi. parte, in tit. ad quid. vasal. domino. &
dominus. vasal. teneat. in versic. Nunc ad secundum punctum.

S V M M A R I V M.

An statuentes contra honorem principis incident in crimen læse maiestatis.

- 1 Facientes statuta dolo malo ut iurisdictionem occupent, contra honorem principis sta-
tuere dicuntur.
- 2 Pronuntiantis aliquid tanquam iudex, cum iudex non sit, qua poena teneatur.

Q V A E S T I O L V .



VINQVAGESIMO QVINTO quero: An statuen-
tes contra honorem principis incident in crimen læse maiesta-
tis? Et huius statuere dicuntur contra honorem principis qui
statuta faciunt non habentes statuendi autoritatem. quod

L I B E R P R I M V S . T R A C .

tamen sane intellige quando dolo malo ut iurisdictionem occupent statuta condunt, ut dixit Bar. in l. omnes populi. in viij. q. primæ questionis principal. versic. Octauo quæro qualiter. ff. de iust. & iur. allegat text. in l. iij. s. fin. ff. ad leg. iul. maiest. Idem voluit Ioan. Baptist. de sancto Seuerino in repet. de l. omnes populi. col. x. in versicul. Octauo & vltimo quæsiuit Bar. vbi dixit, t̄ q̄ si quis tanquam iudex aliquem scienter suspendēdum iudicavit, cum iudex non esset, vel aliter occidendum pronuntiauerit, & occidi fecerit, q̄ non solum tenetur de occiso, sed etiam lege iulia maiestatis: per tex. in d. l. iij. in fin. si vero hominem non occidisset, sed leuiora tanquam iudex exercuit, tunc punitur extraordinarie: vt ibi per eum. Opinionem Bar. sequitur etiam D. Ioan. Crotus præceptor meus in repet. d. l. omnes populi col. viij. in versi. Octauæ conclusioni Bartoli.

S V M M A R I V M .

Subditi Imperatore negligente eos defendere, nec ualentes ipsi eorum viribus se tueri, possunt se submittere alteri domino potentiori qui eos defendat.

Q V A E S T I O L V I .



VIN QVAG E S I M O S E X T O quæro: an subditi Imperio, vel alteri Domino, qui ab eo nō defenduntur imminentे necessitate, subiectentes se alteri Domino incident in crimen læsæ maiestatis? Dicas q̄ non. ita decidit Andr. de Iser. in c. Imperialē. s. præterea. de prohibit. feud. aliena. per Federic. Quinimmo t̄ subditi, Imperatore negligente eos defendere, nec ualentes ipsi eorum viribus se tueri, possunt se submittere alteri domino potentiori qui eos defendat, vt voluit Ioan. de Ligna. in sua disput. ciuitatis Tusciae: & Paul. in repet. l. ex hoc iure. colū. iij. in versicu. Regna. ff. de iusti. & iur. vbi expresse dixit, q̄ ciuitates & castra minus potentia existentia sub Imperatore negligente ea gubernare possent se submittere alteri Regi maiori & potentiori a quo regantur, protegantur, & defendantur, nec propterea crimen læsæ maiestatis commitunt. q̄ sequitur Soci. in consi. 39. col. penul. idem voluit Lancilottus Gallia in repet. l. i. s. si quis ita. nume. 7. ff. de verb. obligatio.

S V M M A R I V M .

Conturbans suum principem an incidat in crimen læsæ maiestatis?

Q V AE S T I O L V I I .



VINQVAGESIMO SEPTIMO quæro: supra q. xl. vidimus, an maledicens Principi crimen læsæ maiestatis incurrat: Nunc videamus, an is, qui suum conturba uerit principem, incidat in dictum crimen? Et dicendum est qd nō: sed talis alia poena puniri debet, ut uoluit Andr. de Iser, magnus feudista in c.i.s.i.in tit. quibus mod. feud. amitta. in usib; feudor. Et Martinus de laude, in tract. de crim. læsæ maiestatis, quæstione quadragesima sexta.

S V M M A R I V M.

An eripiens aliquem de manibus curiæ condemnatum uel confessum de delicto incidat in crimen læsæ maiestatis.

- 2 Confessus spe condemnatus dicitur.
- 2 Si eruptus de manibus familiæ non erat damnatus pro criminе læsæ maiestatis, neque pro eo captus sed pro alio, & eripiens hoc facit ut offendere & minueret Imperium publicum, uel ut Imperium sibi uendicaret committit crimen læsæ maiestatis.
- 3 Eripiens aliquem de manu familiæ in ceteris casibus qualiter puniatur. remissive.
- 4 Lex generaliter loquens non potest per hominem, sed solum per legem, restringi.
- 5 In alternatiuis sufficit alteram partem esse ueram.
- 6 Magistratus, qui relaxat reum de criminè confessum, tenetur lege Iulia maiestatis.
- 7 Eripiens de manu familiæ condemnatum uel condemnandum, cum esset confessus de criminè, incidat in crimen læsæ maiestatis.
- 8 Vadens ad carcerem & liberans detentum, tenetur lege iulia maiestatis.

Q V AE S T I O L V I I I .



VINQVAGESIMO OCTAVO quæro: an eripiens aliquem de manibus curiæ, qui condemnatus erat de delicto vel confessus incidat in crimen læsæ maiestatis? Dicendum videatur qd sic. l. cuiusque ibi, item qui confessum in iudicio reum, & ibi Barto. ff. ad leg. iul. maiest. Idem uoluit Lucas de penna in l. quotiens in princ. C. de exactor. Tribut. libr. x. vbi dixit, qd is, qui condemnatum vel confessum de criminè eripit, † quo casu confessus spe condemnatus dicitur. l. si victim. ff. de re iudicat. in glos. iuxta illud: Ouidij, non est confessa causa tuenda Rei. vel eum contra quem probatum erat, argu. tex. in. l. fi. in. ff. de bon. corū qui ante, sent, incidit in crimen læsæ maiestatis, subdens,

- ¶ credit hoc procedere si eruptus de manibus familiæ erat damnatus de criminis læsæ maiestatis uel de illo confessus, aut conuictus. pro cuius opinione videtur glos. in d.l. cuiusq. in uerbo, reum. quæ exponit verba textus ibi, qui confessum in iudicio reum. dicens de alio criminis, vel de hoc criminis læsæ maiestatis. Distinguit tamen Lucas de pen. loco præallegato quod, aut loquimur in iam damnato ad pœnam perduci, vel in carcere rem mitti, & hoc casu talem eripiens dicit crimen læsæ maiestatis committere, quādo talis sic eruptus erat damnatus vel in carcerem mitti iussus pro criminis læsæ maiestatis. allegans ad hoc prædictam glos. in præalleg. l. cu iusq. & in argumentū. not. in l. in eos. cum glos. ibi penult. ff. de cust. reor. & plura alia de quibus ibi per eum. Si uero † talis eruptus de manibus familiæ non erat damnatus pro criminis læsæ maiestatis, nec pro eo captus, sed pro alio, & eripiens hoc facit ut offenderet & minueret Imperium publicum, vel ut Imperium sibi vendicaret, & etiam in isto casu dicit committi crimen læsæ maiestatis, alias non, argumēto. text. in l. eum qui. s. cum aliquis. ff. de iniur. & l. quis sit fugitiuus. s. i. & s. idem ait interrogatus, & s. illud. ff. de ædil. edit. & ff. ad l. iul. maiest. l. iij. in fin. in ceteris autem casibus † quando quis eripit aliquem de manu familiæ, quid dicendum sit, & qualiter puniatur, vide eundem Lucam loco præallegato.
- Ego vero indistincte sentio, ¶ eripiens reum condemnatum vel confessum de criminis capitali, pro quocunq. criminis de manibus officialium, criminis læsæ maiestatis teneatur: moueor per text. in d.l. cuiusq. in fin. vbi tex. generaliter & indistincte loquens dicit, ¶ is, qui confessum in iudicio reum & propter hoc in vincula coniectum emiserit, tenetur criminis læsæ maiestatis. Lex † enim generaliter loquens non potest per hominem, sed solum per legem restringi. Barto. in l. prospexit. ff. qui. & a quibus. & vbi lex non distinguit nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de publica. & d.l. prospexit. nec glos. in d.l. cuiusq. contrarium tenuisse dici potest, nam alternatiue loquitur, vel de eo qui de alio criminis damnatus est, vel de eo qui damnatus est de criminis læsæ maiestatis, in alternatiuis † enim sufficit alteram partem esse veram. l. si quis ita. ad fin. & ibi Alex. & doct. ff. de verb. obliga. Bald. in l. ex lege. col. vlti. versicul. vltimo queritur. C. de condi. ob caus. c. cum inter de rescript. glos. & Cardinal. in clemen. i. in versicul. quem etiam de conceit. præbend. Et hanc opinio. videtur sentire
- Angel. in l. ne quis. ff. de cust. reorum. Vbi dixit, † quod magistratus, qui relaxat reum de criminis confessum, tenetur leg. iul. maiest. & sic loquitur indistincte. Idem videtur sentire Bartol. in dicta l. cuiusque. in versic. item not. text. vbi dixit, quod † eripiens de manu familiæ condemnatum, vel condemnandum cum esset confessus de criminis, incidit in crimen læsæ

maiestatis. quod dicit esse notandum. Quid autem sit in alijs vide ibi per eum. & ad idem vide Bald. & alios in I. aditos. C. de Episcop. audien. vbi Bald. versicul. si autem quis dicit, † quod vadens ad carcerem & libera-
rans detentum tenetur lege iulia maiestatis.

S V M M A R I V M.

An corrumpens imaginem proditoris principis pede altero suspensi incurrat crimen
læse maiestatis.

Ad hoc ut quis criminе læse maiestatis teneatur requiriatur quod princeps principali-
ter offendatur non secundario.

Q V A E S T I O L I X.

 VINQVAGESIMONONO quero: An corrumpens imaginem proditoris principis, quæ ad eiusdem proditoris infamiam picta erat, ut puta pede altero suspensa, incurrat crimen læse maiestatis? Dicas q̄ non: sed tantum punitur in quin gentis aureis. I. si quis id quod. ff. de iurisdict. omnium, iudic. & ibi do. Et ita tenet Marti. de laude, in tract. suo de crimine læse maiestatis. q. xxvi. Et ratio huius decisionis esse potest: quia corrumpens dictam imaginem id non facit in iniuriam principis, sed ut amoueat a conspectu populi illa imago tanquam ignominiosa familiæ illius: & licet secundario videatur etiam princeps offendti ex illo actu, † attamen non habet ex hoc locum crimen læse maiestatis, quia illud locum habet, quando directe princeps offenditur, non quando secundario, ut late dixi supra questione de cima septima, sub hac eadem rubrica.

S V M M A R I V M.

Is, cuius ope factum fuit ut exercitus principis in manus hostium incidat, crimen læse
maiestatis committit.

Q V A E S T I O L X.



EXAGESIMO quero: quid dicendum de eo, cuius ope-
ra, opeve, factum fuerit, ut principis, uel Republicæ exerci-
tus proditorie in manus hostium incidat, uel in ho-
stium insi-
dijs dilabatur? Dicas hunc crimen læse maiestatis committe-

re, ut probat tex. in l. iij. ff. ad leg. iul. maiest. quod multis modis, astutiss., & coloribus fieri potest, ut dixit Math. de Afflict. in c. i. s. & bona committentium, colum. viij. versi. 27, nume. 87, in tit. quæ sint regal.

S V M M A R I V M.

An attentans aliquid contra Rempublicam incidat in crimen læse maiestatis.

- 1 Priuilegium Reipublicæ Romanæ extenditur hodie ad cæteras Respublicas aliarum Ciuitatum.
- 2 Respublica maiestatem habere dicitur.
- 3 Veneta Respublica ob eius religionem, iustitiam, & legum obseruantiam, hucusque regnauit annis. 1129.
- 4 Venet. & urbis primordia iacta fuerunt anno Christi 421.
- 5 Venetorum Respublica totius Christianitatis decus & ornamentum.
- 6 Venetiarum ciuitas est omnibus communis Patria, ut clime Roma fuit.
- 7 Attentans aliquid contra Rempublicam Venetam, crimen læse maiestatis incurrit.

Q V A E S T I O L X I .



- E**XAGESIMO PRIMO quæro: An attentans aliquid contra Rempuplicam, vel in eius præiudicium, incidat in crimen læse maiestatis: loquendo de Republicis nostri temporis, quia de Republica Romanorum non erat dubium l. i. ij. iiij. & iiiij. cum sequentibus. ff. ad leg. iul. maiest? Dicas tamen qd; hodie extendimus priuilegium Reipublicæ Romanæ, ad cæteras Reipublicas aliarum ciuitatum, de quo per Ioan. de Plate. & Lucam. de pen. in l. Rempublicam. C. de iure. Reipub. libr. xi. & tradit Nic. Boer. in tract. de custod. clavii. col. viij. nu. 33. Et diximus su-
- 2 pra in prin. huius tract. sub rub. quotuplex sit maiestas. Respublica tamen enim
 - 3 maiestatem habere dicitur, tamen videmus hodie in Respublica Veneta, quæ ob eius religionem, iustitiam, & legum obseruantiam, iam annis centum viginti nouem supra mille duravit, computato præsenti anno Millesimo
 - 4 quingentesimo quinquagesimo, tamen huius etenim Inlytæ vrbis primordia, anno Christianæ salutis quadrigentesimo vigesimo primo fuisse testatur
 - 5 Sabellius lib. i. primæ, Decadis Historiæ Venetæ. tamen Estq; venetorum Re
 - 6 pub. totius Christianitatis decus & ornamentum. tamen & Ciuitas Venetiarum est omnibus communis Patria, ut olim Roma fuit, ut testatur Raphael. Cumæ. in consil. 72, vñsis prædictis. in fin. & restaur. in tract. de Imper.
 - 7 quæstione quinquagesima quarta. nume. 10. Ideo tamen iure merito atten- tans aliquid contra eam crimen læse maiestatis incurrit.

S V M M A R I V M.

S V M M A R I V M.

- An falsificans principis Monetam incidat in crimen lœse maiestatis,
 1 Falsificantis monetam omnia bona fisco applicantur.
 2 Domus in qua sit falsa moneta fisco applicatur, nisi esset alicuius viduæ, vel pupilli
 ignorantis, vel etiam impuberis scientis.
 3 Moneta false fabricari in quibus casibus dicatur, remissive.
 4 Fabricantes falsam monetam qualiter puniantur, remissive.
 5 Quis primus fuerit, cuius nomen in moneta descriptum fuerit,
 6 Moneta erat tempore legis antiquæ.
 7 Moneta prima que fuit fabricata in mundo, fuit facta per tares patrem Abrahe.
 8 Lydi omnium primi (secundum Herodotum) numum aureum & argenteum ad uten-
 dum percusserunt.
 9 Roma Aureus Nummus percussus fuit anno urbis. 642. & dictus est Ducatus.
 10 Nummus Argenteus omnium primus signari docuit Phedon.
 11 Nummum Aereum primus omnium Janus signasse dicitur.
 12 Nummus Aureus, quem Ducatum nuncupant, in ciuitate Venetiarum primo cudi co-
 pius est sub Ioannis Danduli Ducatu.

Q V AE S T I O L X I I .



EX AGESIMO SECUNDO quero: an falsificans Regis vel principis monetam incidat in crimen lœse maiestatis? Videtur dicendum q̄ non, arguendo, a diuersitate titulorum: nam in. C. titulus de fal. monet. est separatus a titulo. ad leg. iul. maiest. Dicas tamen, q̄ talis incidit in cri-
 men lœse maiestatis, per ea quæ voluit Bald. in l. ij. C. de
 fal. monet. vbi dixit, q̄ falsificans monetam regis crimen lœse maiestatis
 committit. subdens idem esse si aliquis subditus ciuitatis falsificaret mone-
 tam illius ciuitatis. quod sequitur Andr. Barba. in consl. 70. incipiente. vbi
 Christus. col. xiij. versicu. & si ita videantur. in iiiij. volu. Probatur ista con-
 clusio per tex. expressum in l. si quis. C. de fal. monet. & ibidem tenet Sa-
 lye. t̄ hinc est, quod omnia bona falsificantis monetam principis fisco ap-
 plicantur, vt est text. in d. l. si quis. Quinimmo t̄ & domus in qua sit falsa
 moneta fisco applicatur l. i. C. de fal. mone. Bald. in l. si quis nummos. C.
 eod. tit. allegando Paul. de Leazar. in clemen. pastoralis. de re iudic. Hoc ta-
 men, q̄ dictum est de Domo, fallit si dicta domus esset alicuius viduæ vel
 pupilli, qui de hoc ignari essent. Idem erit si talis domus esset impuberis
 etiam scientis, cum eius ætas quicquid videt ignoret l. i. s. domus. s. viduas.

Hierony. Gigas.

N

LIBER PRIMVS. TRACTATO

& s. impuberis. C. de fals. monet. Prædictam cōclusionem sequitur etiam
 Mathe. de Afflīct. in c. i. s. Monetæ in titul. quæ sint regal. in vñibus feudo.
 3 vbi ponit † in quibū casibū dicatur nionēta false fabricati, & multa cī-
 ca hanc materiam accumulat, quæ transcribere non intendo, eūm videre
 4 poteris. Et † qualiter puniantur fabricantes falsam monetam, late ponit la-
 cob. de Beluis. in sua practica, in i. titu. in versi. falsarium. col. in. versi. iuxta
 præmissa. vbi discurrunt per singulos casus.
 5 Quis † autem primus fuerit, cuius nomen in moneta descriptum traditur:
 Math. de Afflīct. loco p̄a allegato refert aliquos dicere, q̄p suit Imperator
 Philippus: allegando tex. in l. quintus mutius. s. penul. ff. de aur. & argen.
 legat. Id tamen tex. ille haud dicit. Moneta tamen fuit ante Imperatorem
 6 Philippum, † Genesis enim capit. 2 2. habetur, q̄p moneta erat tempore an-
 tique legis: dicitur namq̄ ibi. Quadringentos solidos probatæ monetæ
 publicæ. Et dicit Alberi. in l. i. in princ. ff. de contrahen. empt. se reperisse in
 7 scriptura auctentica, † q̄p prima moneta, quæ fuit fabricata in mundo, fa-
 cta fuit per Tares patrem Abrahæ, qui fuit optimus artifex: & eam fabri-
 cavit ad petitionem Regis Nini, qui in Niniue regnauit: & q̄p fuerunt pri-
 mi nummi triginta quos ille fabricauit, hi qui dati fuere iudæ per iudæos
 8 pro traditione Iesu Christi seruatoris nostri. Herodotus † autem in i. volu.
 Histor. Roma. Lydos omnium primos nummum aureum, & argenteū,
 9 ad vtendum percussisse testatur. At † Romæ Aureus nūmus, vt Plinius
 memorat, percussus fuit anno, vrbis. 642. & dictus est ducatus a Ducatu
 10 Romano. Argenteum † vero numisma omnium primus, auctore Strabo
 ne lib. viij. Geografiæ, signari docuit Phedon: Romæ autem Argenteus
 signatus est circiter annum. 483. vt testatur Eutropius in lib. ii. suarum Hi-
 11 storiarum. In † Ære autem primum numisma Ianus signasse dicitur, in
 quo ab vna suam, ab altera vero parte Nauis immaginem signauit: vñ
 de Ouidius libr. i. fastorum sic scriptum reliquit.

Multa quidem didici, sed cur Naualis in Aere

Altera signata est, altera forma Biceps?

Quid nam autem in causa fuerit, q̄p prædictum Æreum numisma sic si-
 gnauerit declarat Polidorus Virgilius Vrbinas in suo libello de inuento
 12 ribus rerum lib. ii. capit. xx. In † alma autem Venetiarum ciuitate Aureus
 Nummus, quem Ducatum nuncupant, Primo cuđi coepitus est sub Ioānis
 Danduli Ducatu, qui Dux creatur de anno. 1280. Teste Petro Marcello,
 in suo libro de vitiis principum Venetorum in vita præfati Ioannis Dan-
 duli Ducis.

An clericus coniurationem faciens contra Principem vel Rempublicam crimen læse
Majestatis committat?

- 1 Clericus non ligatur poenis civilibus.
- 2 Clericus licet sit exemptus, a iurisdictione secularium (quod priuilegium est de iure
diuino) non propterea definit esse districtualis vel prouincialis sui principis.
- 3 Clerici ratione uniuersalis dominij, quod habet princeps in regno suo, dicuntur natura
liter sive originarie esse de dominio, & dictione ipsius principis.

Q V A E S T I O L X I I I .



EXAGESIMO TERTIO quæro: an clericus coniurationem faciens contra regem, principem, vel Rempu
blicam, crimen læse majestatis committat? circa hoc vide
tur dicendum q̄ non: quia clarum est, q̄ clericus non ha
bet superiorem secularem principem, sed solum Ecclesia
sticum. c. at si clerici. de iudic. cū similibus. Ita voluit Petr.

- 1 de Anchar. in c. quamuis. de poen. in vi. vbi dixit, q̄ t̄ Clericus non ligatur poenis civilibus, allegando tex. in clemen. pastoralis. de re iudi. vbi lay
cus non subiectus Imperatori dictum crimen contra Imperatorem com
mittere non potuit: ergo a fortiori, clericus in sortem domini assumptus.
xij. quæstione prima c. duo sunt genera. Idem videtur voluisse Cardin. in
c. vergentis. de hæretic. vbi dixit, q̄ clericus non incidit in poenas l. quis
quis. C. ad leg. iul. maiest. idem voluit Barba. in consil. xxi. in tertio volu.
& Nicol. Boer. in tract. de sedition. in versic. præsuppono etiam sexto. nu
me. ij. faciunt quæ voluit Soci. in consil. xij. quæstio. iij. in primo volum.
Contrariam tamen partem veriorem esse testatur idem Andr. Barba. in
consil. 70. incipiente, vbi Christus. col. xvii. post prin. in iij. volu. vbi ad hoc
allegat text. in c. si quis laycus. xxij. quæstio. v. vbi dicitur, q̄ si episcopus,
clericus, vel diaconus crimen læse majestatis commiserit degradetur. &
loquitur ille text. de episcopo, clero, vel diacono, qui regem offendunt.
ad idem allegat Abba. in c. at si clerici in princip. in final. verbis de iudic.
vbi allegando text. in d. c. si quis laycus. dixit, quod si clericus, presbyter,
vel Episcopus coniurationem faciant contra Regem, seu Dominum ter
ræ degradatur: intelligens text. in dicto c. si quis laycus. Loqui de actua
lidegradatione. Et ratio huius decisionis est: quia t̄ licet Clericus ex cle
ricali priuilegio sit exemptus a iurisdictione secularium, quod Priu
ilegium est de iure diuino, vt habetur per glos. in capitul. si Imperator.

96. distin. non propterea definit esse districtalis, vel prouincialis sui principis; vt not. in c. fin. §. i. de offi. delega. in vi. Oldra. in consil. 32. quæstio est
3 vtrum sacerdos. Et ratione vniuersatis dominij, quod habet princeps in suo regno, clerici terrarum subditorum illi principi, non est dubium quod dicitur naturaliter siue originarie esse de dominio & dictione ipsius principis, vt communiter tenent doct. & ibi Ioan. Andr. in d. c. fi. §. i. per illum text. de offici. delegat. in vi. Istam opinionem tenet etiam præpositus, qui hanc quæstionem latissime examinat, respondendo etiam obiectis contra rium tenentium, in c. in primis. in §. de persona. colum. iiiij. v. & vi. ij. quæstione, i. cuius dicta videre poteris.

S V M M A R I V M.

Recipiens literas ab hostibus an incidat in crimen læsæ maiestatis?

Q VAE S T I O L X I I I .



EXAGESIMO QVARTO quero, supra. q. xx. sub hac eadem rubrica, vidimus qualiter mittens nuntium seu literas hostibus incidit in crimen læsæ maiestatis: quid modo dicendum de recipiente literas ab hostibus, an incidat in dictum crimen? Breuiter dicas quod non. Id enim iure cautum non reperiatur, qd recipiens ab hostibus literas criminis læsæ maiestatis teneatur, nec text. in l. i. circa finem ff. ad leg. iul. maiest. loquens de mittente nuntium, literasve hostibus, extendi debet ad recipientem hostium literas tanquam exorbitans. argumē. text. in l. si uero. §. de viro. ff. sol. matr. facit tex. in c. odia restringi de regu. iur. in vi. & sic per prædicta tenuit etiam Math. de Afflict. in c. i. §. & bona committentium. colum. vi. nume. 67. in titu. quæ sint. regal. in vñibus feudo. facit illud Ovidej in epist. A spicit acceptas hostis ab hoste notas.

S V M M A R I V M.

An crimen læsæ maiestatis committi dicatur contra tyrannum?

- 2 Tyranni nulla maiestas dicitur.
- 2 Guelfæ & Gbelline partis nulla dicitur maiestas, cum sint nomina partialitatis.
- 3 Contra Tyrannum, qui communiter est tolleratus pro principe, & de facto principatum habet, committitur crimen læsæ maiestatis.
- 4 Tyrannum ob propriam utilitatem non est licitum occidere: secus ob publicam,

- 5 Offendens Tyrānum, qui non habet iustum titulū, non incidit in crīmē lēse maiestatis.
- 6 Offendens Tyrannum, qui communiter tolleratur pro principe, licet de factō principatum habeat, incidit in crīmen lēse maiestatis: nūsi pro publica utilitate eum offendere.
- 7 Offendens Tyrannum, qui ciuitatem occupauit, postea fuit inuestitus de ea, incidit in crīmen lēse maiestatis.
- 8 Tyrannus unde dicatur.
- 9 Fortes reges olim Tyranni uocabantur.
- 10 Tyrannus (secundum Gregorium) quis sit?
- 11 Tyrannus tacitus & uelatus (ut est ille qui se fecit creari uexilliferum, uel Consalauerium, siue ciuitatis custodem) iniustitiam faciens expelli potest.
- 12 Federicus Barbarussa Imperator, qui Tyrannico more uiuebat, fuit per Innocentium quartum Pontificem Maximum presente sacro concilio Imperatoria dignitate priuatus.
- 13 Tyranni etiam dicuntur qui propter partialitates ciuitatum faciunt se dominos.
- 14 Rex cum est iniustus Tyrannus est.
- 15 Tyrannorum mores qui sint?
- 16 Occidens regem seu principem, qui Tyrannice uiuit, non incidit in crīmen lēse maiestatis: Et de iure diuino etiam puniendus non esset.
- 17 Tyrannum occidere meritorium est.
- 18 Tyrannus primus omnium fuit Athenis Theseus.
- 19 Dionysius Siracusarum Tyrannus, qui mortem metuebat, carbone candenti sibi capillos adurebat.

Q V A E S T I O L X V .



EXAGESIMO QUINTO quāro: an crīmen lēse maiestatis committi dicatur contra Tyrannum, qui iurisdictionem sibi usurpauit? Et regulariter dicendum erit q̄ non. † Tyranni enim nulla dicitur esse maiestas. Facit q̄ uoluit Bald. in consil. 5 9, licet eleganter. in i. volu. vbi dixit, † q̄ partis Guelfae, & Gebellinæ, nulla dicitur maiestas: cum sint nomina partialitatis, de quibus notatur in c. statutum. 5. cum autem de rescript. & per Bar. in tract. de Guelf. & Gebel. & hanc opinionem tenuit Soci. in consil. 275. col. ii. in ii. volu. allegat glos. loan. Andr. in c. i. de Baptis. quæ dixit, q̄ illa litera, quæ de principibus loquitur, locum non habet in dominis Tyrannis Italæ, qui de factō sibi iurisdictionem usurpant: quam glos. ibi sequuntur docto. præsertim Cardinal. & loan. de Imol. Idem tenuit Soci. in consil. 57. in causa restitutionis. col. v. nu. 16.

in iij. volum. & Alexand. in consil. xij. in vi. volum. hanc opinio. tenuit
 etiam Cardinal. in clemen. pastoralis. in princip. colum. viij. & præpo. in c.
 3 in primis. s. de persona. nume. 2 5. ij. quæstio. i. id tamen + verum esse dicit,
 nisi esset talis Tyrannus, qui communiter esset toleratus pro principe, &
 de facto principatum haberet. dicens, q̄ ita intelligit Salyc. in d.l. quisquis.
 C. ad leg. iul. maiest. & allegat not. per Bald. in l. ex hoc iure. circa princ. ff.
 de iust. & iur. & not. per Innocen. in cap. nihil de elect. idem voluit Imol.
 in dicta clementi. pastoralis. colum. quarta. nume. 50. de senten. & re. audi.
 & hoc idem sentit Angel. in tract. malefi. in verbo. che haī tradito la tua
 patria. in versicul. quæro alius congregat. nume. 3. versicul. idem si con-
 tra dominos. vbi dixit, quod committitur crimen læsæ maiestatis etiam
 quando offenduntur domini Tyranni Italæ: quia cum loco principis ha-
 beantur. per not. per Bartol. in l. hostes. ff. de capt. & postlim. reuersi. perin-
 de est, ac si tale delictum contra principem esset commissum, tam contra
 delinquentium personas, quam contra eius filios, ut in dicta l. quisquis di-
 cit tamen videndū Bar. in extrauag. qui sint Rebel. in glos. in verbo. con-
 tra nostrum honorem. versicul. sed an hæc constitutio. vbi tenuit, quod
 locum non habet crimen læsæ maiestatis: quod dicit Angel. credere ve-
 rum esse proprie. Barto. tamen in tract. de Guelf. & Gebelli. in versicul. se-
 4 cundum probatur quod ad propriam utilitatem. numer. 9. dixit, + quod
 ad propriam utilitatem non est licitum Tyrannum occidere: secus ad
 5 utilitatem publicam. In hac materia + puto sic distinguendum esse ex
 mente doctorum: quod aut loquimur de tyranno, qui iustum non habet
 titulum, & illum offendens non incidit in crimen læsæ maiestatis, & sic
 6 procedat prima opinio Bald. & aliorum supra relata. Aut + loquimur de
 tyranno qui communiter tolleratur pro principe, licet de facto principa-
 tum haberet, & isto casu procedat quod voluit præposi. in dicto c. in pri-
 mis. in s. de persona. & alijs supra allegati. Hoc tamen sane intelligerem, nisi
 quis pro publica utilitate huiusmodi tyrannum offenderet, iuxta ea quæ
 dixit Barto. in d. tract. de Guelf. & Gebel. loco supra allegato. + Aut Ty-
 rannus ciuitatem quam prius occupauerat nunc titulo possidet, ut pura
 quia de ea fuit inuestitus ab Imperatore vel Pontifice, & isto casu illum
 offendens incideret in crimen læsæ maiestatis: quia, ex quo titulum ha-
 bet, iuste principatum tenet.
 8 Vnde + autem tyrannus dicatur: Bart. in tract. suo. de tyrannia. in princ.
 dicit, q̄ Tyrannus dicitur, a Tyros, Græce: quod Latine fortis est, siue
 9 Angultia. + Vnde olim fortis reges tyranni vocabantur. Post accidit ty-
 rannos vocari pessimos & improbos reges. + Tyrannus vero, secun-
 dum Gregorium in libro xi. moralium. ls est, qui communis Reipublicæ

non iure principatur, & qui in ciuitate non iure principatur Tyrannus est: Immo ex defectu tituli dicitur Tyrannus manifestus, vt habetur in tract. de potest secular. & eccl. quem somnium Viridarij uocant, cap. 134. column. ij. nume. 8. Et Antonius Corset. in tract. de potest. reg. in prima par-

te. column. penulti. nume. 13. dixit, † quod Tyrannus tacitus & velatus est ille, qui sub quodam velamine non iuste principatur in ciuitate, uel obtinuit sibi titulum fieri, cui nulla quasi iuris dictio competit, vt puta si se creari fecit vexilliferum, uel confalonarium, siue ciuitatis custodem: Talis enim Tyrannico more viuens, & iniustitiam faciens expelli potest. allegat ad hoc Bald. in l. ij. column. xij. versicul. sed nunquid. C. de seruit. & aqua. Et de Federico Imperatore Barbarossa nuncupato traditur, qd cum regnum Tyrannico more viuens conquassasset, & Regni homines seruili conditione viuere compulisset, fuit ab Imperio per Innocentium quartum Pontificem Maximum praesente sacro concilio imperatoria dignitate priuatus, vt habetur in cap. ad Apostolicæ dignitatis, de senten. & re iudica. libro sexto.

13 Dicuntur etiam Tyranni † hi, qui propter partialitates ciuitatum faciunt se dominos. l. nemo exterus in fin. C. de iudæ. cap. principatus. prima quæstione prima, † Et Rex cum est iniustus Tyrannus est. Ut dixit Augustinus in libro de ciuit. Dei. † Tyrannorum vero mores sunt, in iustis legibus populum opprimere, collectis, & tributis indebitis aggravare, rebus proprijs spoliare, muneribus indebitis Angariare, ab inuidentibus hostibus subditos non defendere, & iniquos magistratus ad populorum excoriationem habere. ita dixit Paris de Pute. in p̄ræalleg. tract. de sindica. in rubrica de Regum, Principum, & Ducum excelsibus. in. 6. Rex autem. in princip. Et de his principibus, qui titulum habent, sed Tyrannice viuunt, Proverb. capit. 28. sic scribitur: Leo rugiens, & Vrthus exuriens Princeps ipsius super populum pauperem. Et Hesaiæ, capit. 18. Scriptum est, Principes tui infideles socij furum.

16 An autem † occidens Regem, seu Principem, qui Tyrannice viuunt, incurrit crimen læse maiestatis? Dicendum videtur qd non: quin immo de iure diuino etiam puniendus non esset, accedit qd habetur in libr. iudic. cap. 4. & vbi Iobel mulier Silam regem interfecit, qui Tyrannus erat, & tamen a Deo benedicta fuit. Dum enim impius occiditur Christo infunditur: & vbi abominatione aboletur satisfactio consecratur. xv. quæstione prima c: Nec is, ad idem facit qd dixit Seneca in Hercule furente vbi sic ait. Nulla amplior magis uictima loui mactari potest quam Rex iniquus. † Quin immo & Thom. ij. secunda. Artic. penul. restatur, meritorium esse Tyrannū occidere, & ita in Rege Tyrano uidetur cōcludere Paris de Put. in d. tract.

de syndic. loco præallegato , in.s.an liceat occidere regem . Vbi pro ista conclusione multa adducit; attamen in Concilio Constantiensi in.xv.ses-
sione col.iiij.versi. Præcipua.damnatur opinio Ioannis huss tenentis lici-
tum esse occidere quemlibet Tyrannum , de quo plura scribit Restaurus
Perusinus in tract.de Imper.q.lxxxij.col.i.nu. 4. & sequentibus.

- 18 Tyrannus autem primus omnium Athenis fuit Theseus: post eum Pha-
laris Agrigent: ac demū plures alij , quos enumerare potius laboriosum
esset quam subtile. Et mirum quippe, q, morte dignos se arbitrantes, Ty-
rannus semper timent sibi mortem parari. Inde † Dionysius Syracusarum
Tyrannus cultros metuens tonsorios Tondia filiabus voluit dū iuniores
essent, cū vero adultæ factæ essent carbone candeti sibi capillos adurebat.

S V M M A R I V M.

- An uoluntas, quæ ad actum non uenit , sine opere puniatur in criminē læse maiestatis.
1 Cogitationis pœnam nemo pati debet.
2 Voluntas in mente retenta nihil operatur,
3 Cogitatio sola quandoq; punitur.
4 Attentatio sola quandoq; punitur.
5 Conatus solus quandoq; punitur.
6 Voluntas sola quandoq; punitur.
7 Expectatio sola quandoq; punitur.
8 Intentio sola quandoq; punitur.
9 Agreßio sola quandoq; punitur.
10 Ausus solus quandoq; punitur.
11 Sollicitatio sola quandoq; punitur.
12 Voluntas quid sit?
13 Cogitatio sola committendi crimen læse maiestatis, cum qua uoluntas concurrit, pumi-
tur, licet non sequatur effectus.

Q V A E S T I O L X V I .

- E**X AGESIMO SEXTO quæro: an voluntas, quæ ad actum non venit, sine opere puniatur in criminē læse maiestatis? Dicendum videtur q; non : quia † cogitationis pœnam ne-
mo pati debet. de poenit. distin.t.i.c. cogitationis. & l. cogita-
tionis. ff. de poen. † Et voluntas in mente retenta nihil operatur. Bart. Soci. in l. cum quid. col. vlti. prope finem nume. 46. ff. si cert. petatur. Areti. in l. Titia. s. Item respondit el primo. in fine, ff. de verbo. obligat. Et idem in l. pro



pro hærede. ff. de acquirēn. hæredit. col. i. Barth. Soci. confi. 131. in p̄fensi-
 ti. circa fin. Idem in l. Paulus nume. 1. ff. de rebus dubijs. Dicas tamen se-
 cūs esse, in crīmīne lēse maiestatis, in quo voluntas, quē ad actum non
 deuenit, punitur: per tex. in c. verum. vi. q. i. & l. quisquis. in princ. ibi ea-
 dem enim severitate. C. ad leg. iul. maiest. vbi not. doct. & in c. si quis. vbi
 Archid. col. ij. in versi. in glos. non punitur. i. q. vi. vbi dixit notandum; q.
 3 † quandoq; punitur sola cogitatio, vt in d.c. & in c. quisquis. de poenit. di-
 4 stin. i. † Quandoq; sola attentatiō punitur. c. si quis non dicam. eod. titu.
 5 & distinct. & 36. q. ij. c. si quis non dicam. † Quandoq; solus conatus pu-
 6 nitur. 14. q. iij. c. quando multi. † Quandoq; sola voluntas. 27. q. i. c. nu-
 7 ptarum bonum. † Quandoq; sola expectatio punitur. 14. q. iij. c. si feone
 8 raueris. † Quandoq; sola intentio. de poenit. distinct. i. c. si quis cum telo.
 9 † Quandoq; sola aggressio. cap. si quis necandi. eodem titu. & distinctio.
 10 † Quandoq; solus ausus. cap. si quis pulsatus. de poenit. distinct. prima.
 11 † Quandoq; sola solicitatio. eadem distinct. c. solicitatores. facit pro con-
 clusione supra dicta tex. in clem. pastoralis. in verbo tract. de re iudi. Hanc
 conclusionem tenuit etiam Math. de Afflict. in c. i. s. & bona commitren-
 tium. col. 2. nu. 23. in 8. spetiali. in titul. quae sint regal. in vībūs feud. & ha-
 betur in c. i. s. si voluerit in titul. de capit. qui cur. vendidit. Et ratio huius
 12 decisionis assignari potest: quia † voluntas est deliberatio animi intelli-
 gentis & acceptantis id quod vult, secundum Bald. in l. in emptis col. ij.
 versic. modo venio ad questiones. C. de contrahēn. emptio. & pr̄sumi-
 tur durare nisi mutata probetur. l. fideicomissa. s. si rem. ff. de legat. iij. &
 ibi Bar. & Bal. in l. eum qui. ff. de probat. corn. confi. 50. in ij. volum.
 13 Idem dicendum est † de sola cogitatione committendi crīmen p̄dictum,
 cum qua tamen cogitatione voluntas concurrit, vt probatur in d. l. quis-
 quis. in princip. ibi. cogitauerit. ad idem pondero text. in d. l. quisquis. in s.
 emancipationes. in fin. ibi. quo p̄imum menorati de ineunda factiōne &
 societate cogitarunt. faciunt not. in s. i. in glos. in verbo, moliti. inst. de pu-
 bli. iudic. & in c. sed pensandum vi. distinct. & ita tenet Sigismundus Lo-
 fredus in confi. 21. incipiente. Quando Lucas. col. iij. prope medium. n. 8.
 & Iacobus de Arena in l. si quis no dicam rapere. C. de episcop. & cleric.

S V M M A R I V M.

Carenti dolo an imputari possit crimen lēse maiestatis.

1 Dux Grauinæ, qui ab inimicis Cæsare & maiestatis coactus fuit arma summere contra
 terras Imperij, a quo imperio feudum recognoscet, & personaliter aggredi illas
 sub poena priuationis feudi p̄dicti & sui status, non propterea crimen lēse ma-
 Hierony. Gigas. O

ieſtatis incurſit.

2. Præceptum poenale inducit iustum metum.
3. Soluens ad præceptum tyranni ſponte ſoluere non dicitur.
4. Voluntas non exitus in malefi cijs ſpectatur.
5. Adulterans uxorem eius cum quo facta fuit pax, uel illi furtum faciens, pacem fregiſſe non dicitur, nec in pacis ruptæ poenam incidiſſe dicitur.

Q V A E S T I O L X V I I .



E X A G E S I M O S E P T I M O quæro: an crimen læſe maiestatis imputari possit carenti dolo? Breuiter dicas q̄ non l.i. ibi dolo malo. ff. ad leg. iul. maiest. ad idem text. in extrauagan. ad reprimendum in prin. ibi, hostili animo. Ita tenet Andr. de Ifer. in c.i.s. itē ſi fidelis. quibus mod. feud. amittat. Grāmat. in confi. 21. nu. 39. faciunt quæ late ſcrī-

- bit ſolēniſ doſt. D. Carolus Ruin. præceptor meus in confi. 23. viſo Thæmate. col. ij. vſq; ad fin. vbi consuluit, q̄ † Dux Grauinæ, qui ab inimicis Cæſareæ maiestatis coactus fuit arna ſummiere contra terras imperij, a quo imperio feudum recognoſcebat, & personaliter aggredi illas ſub poena priuationis feudi prædicti, & ſui ſtatus, crimen læſe maiestatis nō pro-
- pterea incurſit, ex quo † præceptum poenale inducit iustum metum, vt habetur ex not. per Bar. in l. creditor. de ſolutio. cum alijs ibidem per eū adulteris: & maxime tex. in l. final. s. i. & ij. ff. quod. met. cauſa. & l. i. s. qui exhortandæ. ff. quarum rerum, a ct. nō datur. & facit text. in l. fulcinitis. s. quid ſit lattitat. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſ. eat. facit quod voluit Abb. in confi. 60. in i. volu. col penul. vbi dixit, † q̄ ille, qui ſoluuit ad præceptum tyranni, ſponte ſoluere non dicitur. Et ad hoc plura adducit Ruinus in præallegato confi. col. ij. facit tex. iuncta glos. ibi, in extrauag. qui ſint rebel. in 4. versicu. machinatur. † voluntas enim non exitus in malefi cijs ſpectatur. l. diuus. ff. ad leg. cornel. de ſiccar. faciunt etiam ad hoc ea quæ voluit idem Ruinus. in confi. ij. primo quæritur, col. ij. nu. 4. in v. volu. vbi dixit, q̄ cri- men læſe maiestatis nō incurrit quis, niſi qn̄ dolo malo contra prosperita- tem & ſecuritatē p rincipis, vt illū offendat, aliquid attentat. facit † q̄ dixit Bar. in d. l. diuus. ff. ad leg. corn. de ſiccar. vbi voluit, q̄ facta pace cū aliquo adulterans eius uxorem, cū quo pacem fecit, vel illi furtū faciens, pacē fre- gisse nō dicatur, nec in pacis ruptæ poenā incidit: quia hoc nō fecit animo iniuriādi, ſed p rincipaliter cauſa luxuriæ vel lucri. ad idē faciunt adducta per Aymo. Crauet. in cōſil. vi. col. 18. versi. vii. arguitur. in i. volu. vbi plu- ra adducit ad probandū, q̄ is, qui coacte aliquid fecit, rebellis dici nō pot.

S V M M A R I V M.

- An non subditus machinans aliquid contra Principem crimē lēse maiestatis incurrat?
- 1 Qui Imperio non sub est, licet aliquid feudum ab Imperatore recognoscat, si aliquid contra Imperatorem machinat crimen lēse maiestatis non committit.
 - 2 Feudum non dat imperium Domino feudi in feudarium.
 - 3 Licet ratione delicti uel contractus quis sortiatur forum illius Principis sub quo delicit, uel contraxit, non propterea efficitur ex hoc eius subditus.
 - 4 Licet quis secundum leges feudi sortiatur forum coram Domino feudi, tamen proprię non est subditus Domini feudi si sub eius Dominio non habet Domicilium.
 - 5 Clericum recognoscentem feudum a Principe seculari, coram quo forum sortitur ratio ne feudi secundum leges, nullus dixerit esse illius subditum si in Dominio ipsius Domicilium non habet.
 - 6 Non subditus subditos Imperatoris uel alterius Principis solicitans, ut a suo Principe rebellarent, tenetur criminē lēse maiestatis.
 - 7 Licet ratione Delicti non subditus efficiatur subditus, non tamen adeo subditus efficitur, ut dicatur committere crimen lēse maiestatis.
 - 8 In crimen lēse maiestatis agitur de publico interesse.
 - 9 Subditus naturali iure tenetur ad obedientiam Principi suo.
 - 10 Licet subditus Papae offendendo Imperatorem non committat crimen lēse maiestatis quo ad Imperatorem, attamen dictum crimen incurrit respectu Papae.
 - 11 Feadum tenens ab Ecclesia offendens Imperatorem, qui est confederatus Papae, feudo illo priuari debet ab Ecclesia a qua illud recognoscet.

Q V A E S T I O L X V I I I .



E X A G E S I M O O C T A V O quæro: an non subditus aliquid machinans contra principē, cui subditus nō est, crīmē lēse maiestatis incurrat? Dicas q̄ nō. Ista cōclusio probatur per tex. in clem. pastoralis de re iudic. & ibi doct. vbi dicitur, q̄ licet Robertus Siciliæ Rex teneret quoddā feudu ab Imperatore, non propterea ex eo, q̄ contra Imperatorem machinatus fuerit, potuit ab ipso Imperatore damnari de crīmine lēse maiestatis, cum ipse esset subditus Ecclesiæ. Hanc conclusionem tenuit Bald. in l.h. C.de falso. mone. Oldra, in consil. 43, quæritur vtrum citatio, colum, iij. versicu. circa sextam. vbi concludit, † quod is, qui Imperio non subest, licet aliquid feudum ab Imperatore recognoscat, si aliquid contra Imperatorem machinatur, crimen lēse maiestatis committere non diciatur: quia † feudum non dat Imperium domino feudi in feudarium. confessio. n. feudi est quidam contractus, in quo quis alteri obligatur, nō autē

Imperium concedit; alleg; not; per Innocen. in c. postulasti. de for. compet.
 ad hoc facit tex. in d. clemen. pastoralis. de re iudi. per quem tex. dixit præ
 pos. in c. imprimis. in s. de persona: q̄ licet in aliquo particulari iure, vt pu
 ta feudi, vel delicti, quis efficiatur de foro alicuius principis: tamen si ratio
 ne domicilij vel originis non sit subditus dicti principis crimen læse ma
 iestatis committere non dicitur offendendo principem ipsum: & commu
 niter, doct. sentire testatur in d. clemen. pastoralis. & rationem assignant:
 quia, t̄ licet ratione delicti vel contractus quis forum sortiatur illius prin
 cipis sub quo deliquerit vel contraxit, non propterea efficitur ex hoc eius
 subditus. glos. est communiter approbat. in clemen. vnicā. in verbo, subdi
 tot. de for. compet. & per Decimum in c. Ad nostram col. i. versicu. quis au
 tem dicatur. de appell. Sic de feudo dicemus, q̄ t̄ licet quis secundum leges
 ratione feudi forum sortiatur coram domino feudi, tamen proprie non
 est subditus domini feudi, si sub eius dominio non habet domicilium: vt
 probatur in c. transmissa. & in c. verum. de foro. compet. t̄ patet etiam in
 clericō recognoscēte feudum a principe seculari, coram quo forum sor
 titur ratione feudi, vt in illius curia iuxta leges feudorum. Iudicetur, & ta
 men nemo diceret clericū esse illius subditum, si in dominio illius prin
 cipis, a quo feudum teneret, domicilium non habet, sive originem.
 Et q̄ non subditus non dicitur committere crimen læse maiestatis tenuit
 etiam Bal. in consil. 1. 3. 9. in i. volu. idem in l. nihil. C. de manum. vindict. &
 in l. si omnes. s. si vero. C. de episc. et cler. & in l. data opera. colū. penul. C.
 qui accus. non poss. Grāmat. voto. x. nu. 3. Imol. in d. clemen. pastoralis.
 col. ij. nu. 2. 8. versi. Nota tertio. idem tenuit. D. Hippolytus. Marfil. præce
 ptor meus in l. de minōre. in princ. col. ij. versi. Adde in hoc criminē. ff. de
 quæst. idem tenuit. D. Carolus Ruinus & ipse præceptor meus in consil.
 2. 3. viso Thæmate. col. ij. versi. sed istis non obstantibus. nu. 6. in i. volum.
 idem tenuit Nicol. Boer. in tract. suo de seditionis. in s. præsuppono etiam.
 nu. 2. & And. Barb. in consil. 70. vbi Christus. col. ij. versic. & si ista. in iiiij.
 volu. Cepolla. in consil. 17. col. v. versi. sed in contrarium. Et hoc etiam te
 nui in c. ad nostram in. i. col. in addit. ad lecturam Decij de appellat. Lucas
 de pen. C. de conduc. & procurat. seu exact. prædior. fiscal. col. ij. vers.
 An scilicet crimen læse maiestatis. lib. x. ad idem Io. Igneus in l. necessarios.
 non alias. nu. 4. 1. 7. ff. ad syllen. ad idem Mart. de laude. in tract. de crim. læ
 se maiest. q. 2. 2. Limita tamen hanc conclusionem non procedere; quando
 non t̄ subditus subditos Imperatoris, vel alicuius principis, ad defec
 tionem contra suum principem sollicitauerit, vt a suo desiderent principe, re
 bellarentq; nam eo casu tenebitur criminē læse maiestatis talis. ita limitat
 idem Ioan. Igneus. in d. s. non alias. nu. 4. 1. 7. supra allegat. pro qua limitatio

ne adducit in argumen. text. in l. vtrum. ff. ad legem. Pompe. de paricid. ibi, proinde consci& extranei eadem poena. & tex. in s. alia. inst. de publ. iudic. ibi, vel conscius criminis existens. & ibi not. Ioan. faber. Ista limitatio iudicio meo de iure non procedit: quia ea ratione non subditus crimē læsae maiestatis non committit, quia illi princi&, contra quem est machinatus, ratione domiciliij vel originis fidelitatem nō debet, & propterea, cum illius maiestati non sit subditus, tale crimen non incurrit. Nec iura allegata per igneum probant dictam limitationem, nam, tex. in l. vtrum. ff. ad leg. Pomp. de paricid. dicit, q̄ conscius paricidij eadem poena punitur etiam si sit extraneus & est ratio quam ponit ibi glos. in verbo afficiendi. videlicet, quia etiam extranei, si occidant, poena legis Corneliae tenentur: & agentes & consentientes pari poena puniuntur. Sortitur enim ibi forum extra
 7. neus consentiens paricidio ratione delicti. Sed t̄ licet ratione delicti non subditus efficiatur subditus l. i. C. vbi. de crim. agi. oppor. non tamen adeo subditus efficitur, vt dicatur committere crimen læsæ maiestatis, vt dixit Mart. de laud. in trac. de crim. læsæ maiest. q. 22. Alia etiam ratio reddi po
 8. test, t̄ quia in crimine læsæ maiestatis agitur de publico interesse: ex mor-
te enim & læsione principis totus status patriæ concutitur, vt dixit Dec. conf. 4. 10. col. fin. nu. 29. in iij. volu. in casu vero l. vtrum ad leg. Pomp. de
paricid. agitur de interesse priuato, hoc est de inituria priuato facta: Præterea,
 9. t̄ subditus naturali iure tenetur ad obedientiā principi suo. Pau. ad Roma.
c. xij. non sic non subditus, qui eam maiestatem reuereri non tenetur cui
subditus non est, vt. inquit Bar. in extrauag. ad reprimen. in verbo, Rebel-
lando. in versi, quid si aliquis homo de terris ecclesiæ. dum reddit rationē,
quare Rex Robertus non potuerit condemnari ab Imperatore de delicto
contra eum commisso pro crim. læsæ maiest. Ad tex. in s. alia. inst. de publ.
 10. iudic. qui idem dicit, responde modo præmissō. Dicas tamē, t̄ q̄ licet sub-
ditus papæ offendendo Imperatorem non committat crimen. læsæ mai-
estatis quo ad Imperatorem, vt in d. clem. pastoralis. de re iudic. attamen di-
ctum crimen incurrit respe. tu Papæ: nam cum Imperator sit fidelis, & co-
fidatus Papæ, & ab eo coronatus, tanquam confidatum principem papæ
offendens crim. læsæ maiest. committit, non tamen de dicto criminе tunc
Imperator, sed Papa seu eius iudex cognoscet, ita voluit Bar. in d. extraua-
ganti ad reprimen. in verbo rebellando. in d. versi, q̄ si aliquis homo de ter-
ris ecclesiæ. facit, q̄ t̄ voluit Bal. in l. i. versi. 42. quæro. ff. de rerum diuisi-
vbi dixit, q̄ tenens feudum ab ecclesia offendens Imperatorem, qui est con-
federatus papæ, feudo illo priuari debet ab ecclesia, a qua illud recogno-
scerat. Idem uoluit Sigismun. Lofred. in confi. v. Omissa facti serie. col. 8.
circa prin. n. 33. & n. 34. adde etiā quæ dixi supra q. 8. sub hac eadē rubri.

Q V I S D E C R I M I N E
LÆSÆ MAIESTATIS
COGNOSCERE POSSIT.

S V M M A R I V M.

- 1 Principi soli referuata est cognitio criminis lœse maiestatis.
- 2 In Regno Francie solus Rex cognoscit de crimen lœse maiestatis.
- 3 Principes si concedant ad tempus alicui Baroni sive Capitaneo merum & mixtum Imperium in aliqua Ciuitate, Terra, uel Castro cum omnibus prouentibus, in tali generali concesione cognitio criminis lœse maiestatis non uenit.
- 4 In generali concesione meri & mixti Imperij, nunquam censetur concessa punitio criminis lœse maiestatis, falsæ monetæ, & hæresis.
- 5 Reservari consueta censetur reservata etiam si non sit expressum.
- 6 In generali concesione facta alicui per Regem de omnibus Regalijs, non uenit cognitione criminis lœse maiestatis contra ipsum Regem.
- 7 Nec minus ea que ipi Regi in Privilegium Regiae Coronæ referuantur.
- 8 Si Castrum alicui imperpetuum per Regem concederetur, uidetur concessum merum Imperium & omnia que pœnes Regem concedentem erant, quæ talia erant que per subditum possideri possunt.
- 9 In Ciuitate Venetiarum cognitio criminis lœse maiestatis, falsæ monetæ, & sodomie, spectat Illustrissimo Decemviral Consilio solo.
- 10 In Regno Neapolitano sola magna Curia Vicaria cognitionem habet de crimen lœse maiestatis.
- 11 An Imperator uel habens autoritatem ab eo possit procedere contra sibi non subditum, ex eo quod machinatus fuerit contra se uel eius Imperium?
- 12 An si Clericus committat crimen lœse maiestatis in Principem secularem Iudex Latus procedere possit contra eum?
- 13 Clericos deprehensor in quibuscumque criminibus etiam Atrocissimis, non licet alicui Principi seculari Iudicare.
- 14 Clericatus est de Iure Diuino.
- 15 Clerici de Iure Diuino ab Imperatore exempti sunt.
- 16 Princeps secularis etiam in crimen lœse maiestatis non potest procedere contra Clericum. Nisi ratione feudi quod ab eo teneret.
- 17 Imperator Henricus, qui fecit Extrauagantem ad Reprimendum, quosdam Episcopos propter Rebellionem suis feudis priuauit.
- 18 Tex. in l. quisquis in s. filij uero. C. ad l. Iul. maiest. non comprehendendi filios clericos.
- 19 Reprobatur Confuetudo Anglicana, quod Rex possit cognoscere & Iurisdictionem

- hibere in clericos solutos in actionibus ciuilibus etiam mere personalibus uel criminibus ubi agitur ciuiliter.
- 20 Domini Veneti ex indulto eis concessa a diuersis Romanis Pontificibus in Atrocioribus procedere possunt contra quoscunq; clericos in sacris ordinibus constitutos, tam seculares quam regulares etiam ordinum mendicantium.
- 21 An Clerici qui pensionem habent super fructibus alicuius beneficij Ecclesiastici dicantur beneficiati remissive.
- 22 Iudices ordinarij Clericorum in crimen læse maiestatis erunt hi quibus id oneris in iunctum erit a Pontifice.
- 23 Concilium generale de crimen læse maiestatis ab episcopo commisso iudicare poterit.



I D I M V S supra qualiter & a quibus crimen læse maiestatis committatur: Nunc opere pretium est videre, cui spectet huius criminis perscrutatio, cognitio, & punitio: ¶ Et dicendum est q; soli principi, quia id est de reseruatis sibi, ut habetur per Math. de Afflict. in c. i. in §. & bona committentiū. col. ij. nu. 18. in titul, quæ sint regal. in vñibus feudo, & habetur etiam in tract. de potest. secular. & Ecclesia. Incertis auctoris, quem Somnium viridarij nuncupat. c. 189. in verbo, miles. nu. 3. ¶ Et in regno Francie solus Rex cognoscit de huiusmodi criminis, scribit Nic. Boer. in tract. de sedition. in vi. præsupposito. nu. 20. & 21. Hinc est, q; si princeps concedat ad tempus alicui Baroni, siue Capitaneo, merum & mixtum imperium in aliqua Civitate, Terra, uel Castro, cum omnibus prouentibus, in tali generali concessione cognitio criminis læse maiestatis non venit. ita scribit Math. de Afflict. loco præallegat, versi. xx. vbi dixit, ¶ q; semper in huiusmodi concessione censemur reseruata principi concedentis punitio criminis læse maiestatis, falsæ monetæ, & hæresis, dato q; in generali concessione non fuisset exceptum de eis, per text. in c. cum M. Ferrariehis. de const. quem tex. dixit ibi Bal. esse ad hoc meliorem q; sit in iure ad probandum, q; ¶ consuetà reseruari, censeantur reseruata etiā si non sit expressum. ad idem Luc. de pen. in l. i. C. de priuile. scholar. libr. xi. secus tamen quando non ad tēpus, sed perpetuo essent cōcessa aliqua regalia in territorio, nā tunc veniunt regalia de quibus in tit. quæ sint regal. in vñibus feud. ut voluit Paul. de cast. in cons. 2. 27. ad primū, circa fin. refert & sequitur Fely. in d. c. quæ in ecclesiarum. de cōstir. ¶ Dicas tamen, q; etiam isto casu nō veniret cognitio criminis læse maiestatis cōmissi contra ipsum regem concedentem omnia regalia, ¶ Nec minus cōprehenderet talis concessio ea quæ ipsi regi in priuilegiū regiae coronæ reseruantur, ut voluit Luc. de pen. in d. l. i. C. de priuile. scholar. lib. xi. quæ sequitur Math. de Afflict. loco

- 8 p̄æallega. Si vero † Castrum alicui imperpetuum concederetur, videtur concessum merum imperium & omnia quæ penes Regem concedentem erant, quæ talia erant, quæ per subditum possideri possunt, alia vero quæ principis personæ coherent, ut eudere monetam, condere leges, cognoscere de crimine læsæ maiestatis, & similia, concessa non videntur, ut tradit idem Lucas de pen. in d.l.i.C.de priuili. scholar. & in l.i.C.de vetera. libr. xij. & habetur per Sigismū. Lofredi. in consil. 24. vertitur in Regia. col.ij. 9 verbi. & per hoc ultra. Hinc est q̄ in alma † Civitate Venetiarum cognitio criminis læsæ maiestatis speat Illustrissimo Decemuirali Consilio, quod Consilium uti supremum de tali delicto, ac etiam falsæ monetæ, & 10 nefando crimen sodomitæ, solus cognoscit. In regno † autem Neapolitanō sola magna curia Vicariæ de hoc criminis cognitionem habet, ut testatur Math. de Afflict. in c.i.in.s. & bona committehium. nu. 46. in titul. quæ sint regal. in vsibus feudor. 11 Sed quæro: an † Imperator, vel habens autoritatē ab eo, procedere pos sit contra sibi non subditum ex eo, q̄ machinatus fuerit contra se, vel eius imperium? Distingue, aut talis delinquens fuit deprehensus vel ad eum remissus, & isto casu Imperator vel habens autoritatē ab eo procedere poterit contra alienum subditum, ut puta Ecclesiæ ratione delicti cōmissi. Aut reus talis criminis erat absens, & tunc Imperator siue habens autoritatē ab eo contra talem absentem procedere non poterit, ut probatur per tex. in clem. pastoralis. de re iudic. ita voluit Bart. in extrauag. qui sunt rebel. in verbo, rebellando. in verbi. sed an contra hominem. nu. 10. 12 Sed quid erit dicendū, si † clericus crimen læsæ maiestatis committat contra principem secularem, vtrum iudex laycus procedere possit contra eū? Dicendum q̄ non. iudicibus enim secularibus in clericos nulla est attributa iurisdictio, siue potestas. Nullus iudicium. c. at si clerici. & c. cum non ab homine. de iudic. facit q̄ dixit Deci. post alios. in d.c. at si clerici. in fin. 13 princip. vbi voluit, † q̄ non licet regi nec alicui principi seculari iudicare clericos, siue in furto, siue in homicidio, vel per iurio, seu in quibuscumque alijs criminibus deprehensi fuerint: & hoc dicit locum habere in quolibet delicto etiam atrocissimo. Et ideo doct. maxime Iohan. Andr. in c. vergentis in uersi. conseruata. de haeretic. dicunt, q̄ clerici exempti sunt a iurisdictione Imperatoris. ad idem facit tex. in c. Bonæ. ix. distinct. † Est enim clericatus de iure diuino, ut per Abba. in c. solitæ benignitatis. in uerbi. Nota 14 ibi pontifex. de maior. & obedi. ubi Abbas dicit, † q̄ clerici de iure diuino ab Imperatore exempti sunt: nam eo ipso q̄ quis ordinatur in clericum efficitur res sacra, & in sortem domini transfertur, xij. q. i. c. cui portio. & q̄ clericatus sit de iure diuino not, etiā glof. in c. si Imperator 96. distinct.

- stinet,& habetur per præpos.in c. imprimitur de persona. col.ij.n.6.ij.q.i.
- 16 Erit ergo ex præmissis conclusio , q̄ t̄ etiam in criminis læsa maiestatis princeps secularis contra clericum procedere non poterit. Hāc opinionem tenuit Bar. in extrauag.ad reprimen.in versi.conditionibus. vbi dixit, q̄ iudex laycus in dicto crimen non potest procedere contra clericum. Nisi ratione feudi quod ab eo teneret, per text.in c. verum. de for. compet. &
- 17 tex.in auct.statuimus.C. de episcop.& cleric.Dicens, t̄ q̄ Imperator Henricus, qui fecit illam extrauagantem, quosdam episcopos propter rebellionem suis feudis priuauit.& ita tenuit etiam Signorol.de Homodeis.in consil. 21. statuto ciuitatis.colū.ij. Restaur.in tract.de Imperat.q. io i. col.fin.
- 18 nu. 10. facit pro ista conclusione t̄ q̄ dicunt doct in l.quisquis. C. ad leg. iul.maiest.vbi volunt, q̄ tex.in s. filij vero.non comprehendat filios clericos. q̄ etiam tenuit Archidia.in c.si quis.vi.q i.de quo dicam infra in titu. de poen. quas fil.incur. patr. committente. crim.læsa.maiesta.q. xi. facit decisio Rot.nu. 839. incipit, utrum valeat.in antiq.secundum vero modernam impressionem est decisio.x. in rubrica de consuetudine. vbi per plura
- 19 fundamenta t̄ reprobat consuetudo Anglicana q̄ Rex possit cognoscere & iurisdictionem habere in clericos solutos in actionibus ciuilibus etiam mere personalibus, vel criminalibus vbi agitur ciuiliter.
- 20 Fallit prædicta conclusio, q̄ t̄ quando princeps secularis haberet priuilegium a sede Apostolica, q̄ in dicto crimen posset etiā contra clericos procedere, vt habent Domini Veneri diuersis Romanis Pontificibus, quo rū priuilegia pluries vidi, & legi. Est nāc ipsi indultum, q̄ in Atrocioribus, vt puta in crimen læsa maiestatis, falsæ moneræ, ac in nefando crimen sodomiæ, procedere possint contra quoscunq; clericos in sacris ordinibus constitutos tam seculares quam regulari etiam ordinum mendicantium. In cæteris vero criminibus ex indulto Clementis.vii. procedere possunt contra clericos, dummodo non sint in sacris ordinibus constituti, vel
- 21 beneficiati. t̄ An autem clerici, qui pensionem habent super fructibus aliquius beneficij ecclesiastici, dicantur beneficiati, dixi in tract. meo de pension. Ecclesiast.q. 94. ibi videre poteris. Et idem esse in regno Neapolitano testatur Math.de Afflict.in sua glof.super constit.Regni.libr.i.in titu. vbi clericus pro malef. debeat conueniri.vbi dixit, q̄ vigore dictæ constitutionis clericus pro criminis læsa maiestatis poterit a iudice layco puniri.
- 22 Ordinarij. t̄ ergo iudices clericorum in talis delicto puniendo erunt hi, qui
- 23 bus id oneris iniurictum erit a Pontifice. t̄ Et etiam generale Concilium de talis criminis ab episcopo commisso iudicare poterit, vt factum fuit in synodo Tholetana xvi. celebrata de anno 693. sub Rege Flauio Egica, a quo synodo Sisbertus Tholetanæ sedis episcopus loco, & honore ac om.

Hierony. Gigas,

P

nibus suis bonis priuatus, & regi prædicto applicatis, in exiliumq; perpetuum missus fuit ex eo, q; præfatum regem non solum regno priuare, sed simul cum alijs complicitibus interimere proposuerat: q; referunt moderni Hispani in eorum practica criminali canonica in capit. cx, in verbo læsa maiestatis Rei.

QVALITER IN CRIMINE LÆSA MAIESTATIS PROCEDAT V.R.

S V M M A R I V M.

Quibus modis procedatur in crimine læse maiestatis?

- 1 In criminibus Tripliciter procedit potest, per viam Accusationis, Denuntiationis, & Inquisitionis.
- 2 Regulariter ad Accusationem criminis deuenitur, cum illud ad actum deducitur.
- 3 Accusatio in Crimine læse maiestatis, etiam Delicto non consumato, neq; ad actum deducto, admittitur.
- 4 Accusatio quid sit?
- 5 Inscriptio ad poenam talionis in criminis læse maiestatis accusatione nō est necessaria.
- 6 Hodie de Consuetudine inscriptio ad poenam Talionis recebit ab Aula.
- 7 Inscriptio hodie non est in usu de iure civili, secus de iure canonico.
- 8 In curia Romana, ubi quis impetrat beneficium per priuationem alterius ex aliquo crimen non datur sibi signatura quo ad priuationem, nisi ut se inscribat ad poenam talionis.

Q V A E S T I O . I.

- R I M O quæro: quibus modis procedi possit contra inculpatum de crimen læsa maiestatis? Dicas procedi posse tripliciter: videlicet per viam accusationis: inquisitionis: & denunciationis: vt est de hoc tex. in extrauag. ad reprim. post principium vbi Bar. & tradit Andr. de Iser. in c. i.s. & bona committentium. in tit. quæ sint regal. in vslibus feudo. & ibidem Math. de Affl. col. ij. nu. 26. in fin. Nec id speciale est in
- 3 crimen læsa maiestatis, t quia & in alijs criminibus similiter procedi potest via accusationis, denunciationis, & inquisitionis, vt per specul. in titu. de accusat. in princ. per accusationē scilicet, vt in l. cum suppositi. C. ad leg.



corn.de fals.& l.ij.C.ad leg.Flaū.de Plagi.per denunciationem l.ea qui-
 dem.C.de accusa.per inquisitionem,vt in l.congruit.ff. de officio praesid.
 2 Et tlicet regulariter ad accusationem criminis deueniatur cum illud ad
 aetum deducitur,alioquin cogitationis nemo poenā mereatur , nec ex eo
 accusatio procedat,vt de peccatis.distincte.i.c.cogitationis.& l.cogitationis.
 3 ff.de pecc.vt tradit specul.loco praealleg. † Attamen in crimine læsæ ma-
 iestatis accusatio admittitur de dicto crimen etiā non consummato, necq;
 ad aetū deducto,vt probat tex.in l.quisquis.in prin.C. ad leg.iul.maiest:
 & dixi supra q. 66. sub titu.qualiter & a quibus crimen læsæ maiest.com-
 mit. † Quid autem sit accusatio? Dicas, qd nihil aliud est, qd ius prosequen-
 di vindictam publicam.inst.de publ.iudi.in princ.vel dic, qd accusatio est
 delatio alicuius criminis ad vindictam publicam in iudicio legitima inter-
 uiente descriptione: ita communiter diffiniunt accusationem doct,vt te
 statur Fely.in rubr.de accusatio.versi,quero quid sit accusatio. & accusa-
 re secundum A zonem in summa in titu.C.de his qui accusar.nō possunt.
 Nihil aliud est,quam reum criminis per libellum deferre . Ad idem Ho-
 stien.in summa in titu.de accusat.extra.in princ. vbi dixit , accusationem
 esse criminis alicuius hominis apud iudicem competentem legitime facta
 delatio: addit inscriptione interueniente. † Hanc tamen inscriptionem ad
 poenam talionis: Dicas necessariam non esse in accusatione criminis læsæ
 6 maiestatis: Immo dicas, † qd hodie de consuetudine inscriptio ad poenam
 talionis recessit (vt aiunt) ab Aula. Ita dixit Angel. & post eum Salicet.
 in l qui crimen.C. qui accus.non possunt,& idem Saly.c.in auct.sed nouo
 iure,per illum text.C.de adulter.Bartol. in l.si cui in princip.ff. de accusat.
 & præpos.in cap.i.ij.quæstio.viij.colum.iiij.in versicu. etiam si accusatio.
 vbi ponit , quid sit de iure canonico, & de stylo curiae.& idem præposit.
 in cap.per scripta,in s.libellorum.colum.fin.in versicu.glosa super verbo.
 7 vbi dixit , † quod inscriptio hodie non est in vsu de iure ciuili: Allegat.
 Angel. in tract.de malefici. in verbo, nec non ad querelam. in princip.se-
 8 cus tamen de iure canonico: subdens , † quod vbi quis impetrat benefi-
 cium per priuationem alterius ex aliquo crimine , non datur sibi signatu-
 ra quo ad priuationem, nisi vt se inscribat ad poenam talionis,& ita quo-
 tidie seruari in curia Romana testatur.

S V M M A R I V M.

An quando proceditur per viam accusationis sit necessarius libellus accusatorius?

1 Accusare quid fit.

2 Tam in criminibus publicis quam priuatis requiritur libellus accusatorius in scriptis.

Q. V AE S T I O . I I .



E C V N D O quero: an, quando proceditur per viam accusationis, sit necessarius libellus accusatorius? videtur dicendum qd non, per tex. in d. extrauta, ad reprimen. vbi dicitur, qd in hoc crimen procedi debet summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij. Contrarium tamen dicas verius esse, qd immo libellus accusatorius requiriatur, ita tenuit Bar. in d. extrauag. in sua glos. in d. verbo, summarie. qd verbum exponit summarie, id est breuiter non diminutiu. Vnde dicit, qd requiritur libellus accusatorius, & ita plene formatu sicuti quando ordinarie proceditur; quia in tali casu in procedendo nil de substantialibus omitti debet. Idem tenuit Lucas de pen. in l. quisquis. col. i. in fin. in versic. quid si quis accusat. C. de pet. honor. sublat. lib. x. allegatur tex. in l. si quis in hac in fin. C. de episco. & cleric. & tex. in l. iij. C. ad leg. iul. maiest. ibi, accusacionem suam. & l. fin. eod. tit. in fin. ibi, arguatur. vbi glos. exponit, id est argu te accusetur, & l. eorum. C. de iure fisci. lib. x. t Accusare enim nihil aliud est quam per libellum aliquem de crimen coram iudice deferre, vt dixit Azo loco supra allegato. ad idem vide late præposit. in c.i. col. iij. in versicu. ponitur in diffinitione accusationis. ij. q. 8. & idem ibidem col. vi.

- in versi. Et dum subiicit. nume, i 8. vbi dixit, t quod siue simus in criminibus publicis, siue priuaris, requiritur libellus accusatorius in scriptis l. penulti. & l. fin. C. de accusat.

S V M M A R I V M.

- 1 Forma libelli in crimen læse maiestatis.
- 2 Dies commissi delicti an sit necesse quod exprimatur in libello accusationis.
- 3 Index quando cogere posse accusatorem ad exprimentum diem commissi delicti.
- 4 Index aduertere debet ne expressio diei calumniose petatur.
- 5 Dies institutæ accusationis notandus est in porrectione libelli accusatorij.
- 6 Processus non ualeret si non appareret de die productæ accusationis.
- 7 Inquisitio ualeat etiam quod non appareat de die qua porrecta fuit.
- 8 Procedere sine solennitate, & repentine, est regum & principum.
- 9 Ordinarie procedere in crimen læse maiestatis quando dicatur.
- 10 Quomodo sit procedendum quando mandatur in causa procedi de plano.

Q. V AE S T I O . I I I .



B R T I O quero: qualiter formabitur dictus libellus in crimen læse maiestatis? Specul. in titul. de haeret. in versicu. Cæterum cum crimen læse maiestatis dicit, huiusmodi libellum formari debere hoc modo, videlicet, t Propono ego, N. contra. B.

q̄ ipse hoc anno, mense tali, imperante tali Imperatore semper Augusto,
 cum talibus scælestem iniuit factiōne de nece ipsius Imperatoris in tali
 vrbe, in domo sua propria, in prima camera ipsius domus, super quo eum
 vobis accuso & peto ipsum lege iulia maiestatis puniri, & ad poenam ip-
 sam fententialiter condemnari. Ista forma traditur in c. per scripta. in s. li-
 bellorum. ij. q. viij. & late ibi ponunt doct. maxime præposit. ad idem tex.
 2 in l. libellorum. ff. de accusatio. & ibi late Bar. † Dies autem commissi cri-
 minis non est necesse q̄ exprimatur in accusationis libello, vt dicunt doc.
 in d. s. libellorum. vbi præpos. col. i. in versi. nota q̄ sufficit. Hoc tamen in-
 tellige, nisi essemus in casu in quo certa dies faceret aliquid commissum ta-
 li die esse delictum quod alias non esset, vt dixit Bar. in l. non solum s. sed
 vt reprobari. ff. de nou. oper. nunc. Ant. & Abb. in c. ij. per illum text. de
 resti. spol. quos sequitur præposit. in d. s. libellorum. colū. i. in præallegato
 3 versic. nota q̄ sufficit. vbi etiam dixit, † q̄ iudex cogere potest accusato-
 rem ad exprimēdūm diem commissi delicti, quando id accusatus peteret
 quia vellet reprobare testes accusatoris, per ea quæ habentur in c. ex teno-
 re, de testibus, vel vellet probare, q̄ ad sui defensionem fecit, vel aliter de-
 listum vellet excusare: nam in omnibus prædictis casibus iudex posset
 accusatorem cogere ad declarandum diem, quo delictum, de quo accusat,
 cōmissum fuit. allegat Bar. in l. is qui reus. ff. de public. iudic. & in l. ij. in s.
 quod si Ephesi. ff. de eo. quod cert. loc. & quæ not. Bal. in l. i. in s. editiones.
 4 ff. de edend. subdit tamen, † q̄ iudex aduertere debet ne expressio diei ca-
 lumniōsæ petatur, vt per Bal. in d. s. editiones. & declarat notabiliter Bal.
 5 inst. de publ. iudic. in prin. in ij. col. Vnum tamen non omittam, † q̄ licet
 diem commissi criminis quis non teneatur exprimere in libello accusato-
 riori, attamen dies Institutæ accusationis annotandus est in porrectione li-
 belli accusatori: Ita dixit Bar. in extrauag. ad reprimen. in versi. per inqui-
 6 sitionem. † Nam si non appareret de die productæ accusationis non ua-
 leret processus superinde formatus: † secus dicit esse in inquisitiōe quæ ua-
 let licet non appareat de die qua porrecta fuit. & Bart. sequitur præposit.
 in d. c. præscripta. in s. libellorum. col. i. in versic. nota q̄ sufficit accusato-
 rum. Nec obstat q̄ dicatur in d. extrauag. ad reprimen. q̄ in hoc criminē
 de plano proceditur: quia Bar. ibidem in d. verbo. de plano, circa intelli-
 gentiam dicti verbi distinguit, inter causas minores, & causas graues: at
 quo ad casum nostrum illud verbum, de plano, dicit intelligendum non
 8 sine solennitate & repentine. quia † procedere sine solennitate & repenti-
 ne, id est stilos nimis altus, & solum reges, & principes hoc faciunt: † sed
 ordinarie procedendo in hoc criminē est procedere de plano quādo tem-
 10 perate proceditur, non frequenter nec stilo alto. addē † q̄ quando in cau-

fa mandatur procedi de plano regulariter censetur remota necessitas dan-
di siue offerendilibellum, ac necessitas obseruandi dies færiatos ob homi-
num necessitates introductos, ac necessitas cognoscendi pro tribunali, vel
sententiandi, ac litis contestandæ necessitas: non autem censetur remota
necessitas iustitiam, aut veritatem, non laedendi, aut de causa plene cogno-
scendi, nisi causæ, de qua ageretur, natura aliud exposceret, vt in auc. Nisi
C. de sent. ex peric. recitand. ita dixit Bonifa. in d. clemē. sæpe. col. ij. in fin.
in versi. ex quibus infero. de verbo. signific.

S V M M A R I V M.

- 1 In causis beneficialibus & matrimonialibus proceditur sine strepitu & figura iudicij.
- 2 Verba sine strepitu & figura iudicij quid importent.
- 3 Patroni causarum aliqui in clamore uitiorum & spem ponunt.
- 4 Alij in arrogantia spem ponunt.
- 5 Aduocatis de iure prohibitum est uti procacibus & improbis verbis.
- 6 Aduocati officium laudabile est & homini uitæ maxime necessarium.
- 7 Aduocati officium est de iure diuino.
- 8 Dilatio ad inueniendum aduocatū in criminis lese maiestatis non datur, secus in alijs.
- 9 Ante extrauagantem ad reprimendum aduocati in criminis lese maiestatis interue-
niebant.
- 10 Papa si mandet procedi in causa sine strepitu & figura iudicij quid agendum sit.
- 11 Remotio strepitus parum aut nihil prodest.

Q V AE S T I O IIII.



- 1 V A R T O quæro: dicitur in d. extrauag. ad reprimend. qd
in criminis lese maiestatis procedi debet sine strepitu &
figura iudicij, † qui modus procedendi est etiam statutus
in causis beneficialibus & matrimonialibus ac alijs, vtr
clemen. Dispeditosam de iudic. iuncta clem. sæpe de verb.
signifi. & in c. olim, de accusat. & in c. ea quæ de stat. mo-
- 2 nachor. † Ideo videamus quid importent illa verba, sine strepitu? Bart. in
d. extraua. in d. verbo sine strepitu, dixit, qd sicuti per illud verbum de pla-
do remouetur altitudo loci & stili, ita per hoc verbum, sine strepitu remo-
uetur altitudo vocum, & declamationum, cum vt plurimum clament &
vocem attollant aduocati in defensionibus causarum præsertim crimina-
lium, & sic strepitum faciunt, ideo rauci sœpius fiunt, de quibus Martialis,
n ii ij. Epigramatum libro sic inquit.

Prima salutantes atq; altera, continet horas.

Exercet Raucos tertia causidicos.

Hinc est q̄ etiam quandoq; dicitur sine aduocatorum strepitū, vt est text. in c. fin. in prin. ibi, simpliciter, & de plāno sine aduocatorum, & iudiciorū strepitū, & figura, de hæret. in vi. sunt t̄ nāc; aliqui causarum patroni, qui in clamore spem victorīe ponunt, de quibus Bernard. ad Eugenīū papā lib. i. cap. ix. sic inquit, Ranæ significant clamoras aduocatorum allegationes, quæ inani, & inflata modulatione velut Ranarum sonis & cantibus mundo deceptionis fabulas intulerunt: ad nihil enim aliud vtile sūt, nisi q̄ sonum vocis improbis & importunis clamoribus reddunt. Sunt t̄ & pleriq; aduocatorum qui eorum spem in arrogātia ponunt, de quibus August. in epistola ad macedonium sic loquitur, nihil impudentius arrogātia aduocatorum qui garrulitatem auctoritatem putant, & parati ad lites in subiectos tumide intonant. Hinc est, t̄ q̄ in iure procacibus & improbis verbis uti aduocatis prohibitum est l. fin. s. in refutatorijs. C. de appell. ad idem tex. in l. quisquis. in s. ante omnia. C. de postuland. vbi Imperator de aduocato loquens sic ait, vt non vltra quam litiū exposcit vtilitas in licentiā conuictiandi & maledicendi temeritatem prorumpant. Inique profecto agunt aduocati sic facientes: t̄ cogitare etenim deberent, laudabile esse & hominū vitæ maxime necessarium officium aduocati. l. aduocati. C. de aduoc. diuersi. iudici. de quibus Salustius loquens sic dixit, ea enim officia apud omnes sunt honestiora, quæ ingenio, quæ intellectu, quæ deniq; eloquentia, ac dicendi suadendiq; artificio constant, vt sunt officia ad uocatorum, qui non minus humano generi prouident, quā si p̄rālijs atq; vulnerib; patriam parentesque saluarent, vt inquit text. in d. l. aduocati.

Quinimmo meminisse eos oporteret t̄ aduocationis officium de iure diuino esse, & Christum seruatorem nostrum quandoque pro salute humani generis, & multorum aduocati subiisse munus: quod eleganter pluribus comprobat Ioan. Bapti. Caccialup. in trac. suo de aduoc. q. i.

Et declarando t̄ dictum verbum sine strepitū, positum in extrauagan. ad reprimen. dicit ibi Bartol. quod licet alias detur parti dilatio ad inueniendum aduocatum, vt in l. ab hostibus. in fin. & in l. ait prætor. ff. ex quibus caus. maior. Tamen q̄ in isto crimine huiusmodi dilatio danda non erit, cum in eius iudicio sit remotus strepitus aduocatorum, per dictam extrauagan. Dicas tu, quod t̄ ante dictam constitu. Henrici Imperatoris statutum erat, quod in criminē lœsæ maiestatis. aduocati interuenire non debarent, de quo extat decretum Honorij & Arcadij Imperatorum in l. quisquis. in s. deniq; iubemus. C. ad leg. iul. maiest. Ergo non est verum, q̄ virute illorum verborum sine strepitū, aduocati in hoc crimine excludātur. quod etiā ex alio cōprobo, nā tex. in d. clem. dispendiosam dicit, q̄ in causis beneficialibus, vñtarū, et matrimonij, ac alijs ibi expressis, procedatur,

simpliçiter, & de plano sine strepitū, & figura iudicij: quorum verborum declaratio ponitur in clemen. s̄epe de verbō obliga. vbi dicit aduocatorum, & procuratorum contentiones, & iurgia testiumq; superfluam multitudinem refrenando, & sic non prohibet in causis contentis in d. clemen. dispendiosam. posse aduocatos interuenire, sed tantum statuit q; aduocatorum iurgia refrenentur, pariter & cōtentiones. Erit ergo vero conclusio Bar. in d. extrauag. in verbo strepitū, q; in causa criminis læsæ maiestatis interuenire non possint aduocati non ex suo fundamento, sed ex eo q; ita spesialiter de iure ante dictam extrauagantem statutum erat, per tex. in d.

10 l. quisquis. in s. Deniq; iubemus. Adde prædictis, t̄ q; si Papa mandet ut procedatur sine strepitū iudicij, non censetur per hoc obseruantiam ordinis iudicarij remouisse, sed solum clamorem strepitosum aduocatorum, & procuratorum, multitudinemq; ipsorum inutilem, ita dixit Bonifac. in

11 d. clemen. s̄epe, col. ij. circa prin. in versi. ex quibus inferno. subdens, t̄ q; se cundum hoc parum aut nihil prodesset remotio huiusmodi strepitus cum iudex ex officio suo possit refrenare vbiq; multitudinem inutilem aduocatorum & procuratorum sicut & testium, vt in l. i. in fin. ff. de testibus iuncta. Nec quicquam s. aduocatos. ff. de officio proconsul. & legat. & not. in c. statuta. de haeretic. in vi. nisi dicatur, q; in hoc casu multo magis hoc facere potest.

S V M M A R I V M.

- 1 Verbum sine figura iudicij, quid importet quando mandatur in causa procedi sine figura iudicij.
- 2 Figura est eius quod figuratur similitudo.
- 3 Nemo inferior Papa vel principe, etiam si sit camerarius Papæ sive legatus cardinalis de latere, potest per se cognoscere nec alijs committere, quod in causa procedatur in ris ordine non seruato.
- 4 Qualiter sit procedendum, quando committitur causa in palatio apostolico, ut terminis non seruatis sola facti ueritate inspecta procedatur. remissione.

Q V AE S T I O V.



VINTO quæro, quid importet illud verbum, sine figura iudicij, positum in d. extrauag. ad reprimēns Bart. ibi, in sua glos. super dicto verbo, & figura, dicit, q; per dictum verbum tolluntur substantialia iudicij inducta a iure ciui- li, nō autem ea quæ sunt de iure naturali seu gentium inducta naturali ratione. & ideo dicit, q; iudex per illa verba reuelatur

ba relevatur ab omni forma & figura iudicij a iure ciuilí introducta, & obseruare tenetur omnem figuram, & formam iudicij, de iure naturali vel gentium, naturali ratione introductam. Qualiter autem hoc † verbum, si ne figura, intelligi debeat quando mandatur in causa procedi, sine figura iudicij: ponunt doct. in clemen. s̄epe, de verbo. signifi. vbi Bonifac. col. ii. ij. in versicu. Quartum postremo, dixit, q̄d hoc verbum, figura iudicij, interdum summittur pro similitudine iudicij, ad denotandū q̄d non est iudicium sed quasi iudicium: sicuti † figura est eius q̄d figuratur similitudo. l. vna. s. similiq̄ modo. C. de latin. liber. tollend. & l. non figura. ff. de actio. & obligat. & ibi not. interdum summittur pro forma iudicij, vt in c. indemnitatibus. s. si vero. de elect. in vi. ad idem glos. in verbo, nonne. C. quorum. bonorum. Et ex his infert, q̄d quando mandatur procedi sine figura iudicij, censetur remota hodie litis aliqualis forma: sed non totalis ordinis iudicia iij. Et menti tenebis, q̄d † quisq; Papa inferior, etiam camerarius papae sive etiam legatus Cardinalis de latere, & multo magis alius principe inferior, non potest per se cognoscere nec alij committere q̄d in causa procedatur iuriis ordine non seruato: ita dixit Bonifa. in d. clem. s̄epe, col. ij. in princ. in versi. ex istis infertur. nu. 1. 3. de verbo. signifi. Quando autem † causa committitur in Palatio apostolico, vt terminis non seruatis sola facta veritate inspecta procedatur, qualiter sit procedendum, uide decis. 2. Rotæ in nouis, in titu. de rescrip.

S V M M A R I V M.

Citatio an requiratur in crimine leſæ maiestatis.

- 1 Citatio est de iure diuino & naturali.
- 2 Etiam, si Papa uel Imperator causam alicui committeret cum facultate procedendi ut uoluerit, sine citatione procedi non posset.
- 3 Citatio est adeo substantialis quod princeps eam tollere non potest.
- 4 Defectus iudicij procedens ex citatione omissa sive nullitas processus, nunquam sanatur quando citatio omessa uel non legitime facta fuit.
- 5 Curia Romana, cum petitur sanatio nullatum factarum in processu causæ, omnes alias nullitates sanat præterquam prouenientes ex defectu citationis, iurisdictionis, uel mādati procuratorijs.
- 6 Etiam sententia principis in his quæ notorie non sunt, sine citatione lata non tenet.
- 7 Citatio non requiritur quando papa procedit contra committentem crimen leſæ maiestatis retinendo terras ecclesiæ uel imperij uiolenter.
- 8 Vrbanus contra spoletanos, qui de facto terram ecclesiæ occuparant, processit sine citatione.
- 9 Citatio, quibus, & quot modis, fieri possit, & debeat, remissione.

Hierony. Gigas.

Q



- E**XTO quæro: an citatio requiratur in criminis læse maiestatis? Dicas breuiter quod sic, ut in terminis dixit tex. in d. extrauag. ad reprimen. ibi, per nuntium vel literas seu etiā per edictum. & ibidem Bar. in verbo & figura. in versicu. quæro igitur utrum. Est tamen enim citatio de iure diuinio & naturali: Nam Deus Adam citavit antequam eum damnaret, dicens, Adam Adam ubi es? ut habetur Genesi. c. 3. & habetur in clem. pastoralis. de re iudi. ubi per Papā incisa fuit sententia Henrici Imperatoris auctoris prædictæ extrauagantis ad reprimen. ex eo quod Robertus Sicilie Regem ut reum criminis læse maiestatis sine legitima citatione condemnauerat. Quinimmo tamen etiam si Papa vel Imperator causam alicui committeret cum facultate procedendi ut voluerit, sine citatione procedi non posset, ut dixit Roma. in consil. 147. & adeo tamen est substantialis citatio, quod princeps eam tollere non potest. Abb. in c. cum olim. in vers. ad idem tex. col. penul. nu. 25. de sent. & re iudic. subdens, quod ipse Deus citationem induisse videtur, pariter & causæ cognitionem: ut colligitur ex tex. in c. Deus omnipotens ij. q. i. ubi dicitur, quod Deus peccata sodomæ punire non luit nisi prius descenderet, & videret. Immo tamen defectus iudicij procedens ex citatione omissa, sive nullitas processus nunquam sanatur quando citatio omessa uel non legitime facta fuit. Ideo tamen curia Romana, cum petitur sanatio nullitatum factarum in processu causæ, omnes alias nullitates sanat, præterquam prouenientes ex defectu citationis iurisdictionis, uel mandati procuratorij. Rationem esse dicas: quia ubi alterum istorum, deficit, videlicet iurisdictione in iudicante, seu mandatum procuratorum agentis vel defendantis, seu citatio sit omessa vel non legitime facta, iudicium consistere non potest; cum id ex auctore, iudice, & reo consistat. I. ij. C. de assertio. tollend. c. forus. de verbis. signifi. Quinimmo tamen sententia principis, in his quæ notoria non sunt, sine citatione lata non tenet; ut voluit Abb. in d. c. cum olim. in versi. Nam mihi plus placet nu. 24. de sent. & re iudic. Ad idem Marianus Socinus iunior in consil. 122. nu. 38. in ij. volu. et l. fin. in prin. cum glos. ij. C. de legib. & ibi Bal. notat. Alex. consil. xi. Alias consului. col. i. in vij. volu. Marianus Socin. senior. in tract. de citat. in vij. articul. princ. in princi. in versi. & haec procedunt.
- 7 Limita prædicta conclusionem tamen non procedere, quando Papa procederet contra committentem crimen læse maiestatis retinendo terras ecclesiæ uel imperij violenter: talis enim condemnari posset sine citatione: dictum fuit singulare Ioan. Andr. in d. c. cum olim. de senten. & re iudic. per illum

tex. quem sequitur Math. de Affl. &c. i.s. & bona commitentium.col.
 iiiij. versic. vigesimum nonum Speciale: in titu. quæ sīnt regal. in vñibus seu
 dor. idem dixit Fely. in d.c. cum olim. in versicu. vltimo nota dictum Ho-
 stiens. referens t̄ quod Urbanus ita fecit contra spoletanos qui de facto
 terram Ecclesie occuparant. allegat ad hoc Bald. in prohem. feudor. colii.
 xij. & Roman. in singular. nu. 678. & in l.i.C. de hæred. instit. Marian. So-
 cin. in rubr. de dilatio. hoc idem voluit summus criminalista D. Hippoly-
 tus. de Marsil. præceptor meus. in l. de uno quoq. col. ij. versic. Nec habet
 obstat. ff. de re iudic. & Ias. in l.i.col. ij. ff. de constit. princip. & in l. nequic-
 quam. col. vi. in versi. quarto limita. ff. de officio proconsul. Quibus t̄ au-
 tem. et quot modis. fieri possit & debeat dicta citatio. per nuntium literas.
 vel edita: vide plene per doct. in clemē. pastoralis. de re iudic. & per Bar.
 in d. extrauagan. ad reprimen.

S V M M A R I V M .

Libellus accusatorius in crimen lese maiestatis inepte formatus an valeat.

- 1 Accusatio non rite facta non est accusatio. et per eam delictū in iudicio non deducitur.
- 2 Libellus accusationis uel inquisitionis ineptus rejici debet.
- 3 Libellus dicitur ineptus quando ex narratis in eo actio non resultat.
- 4 Reo confitente delictum non attenditur ineptitudo accusatorij libelli & processus.

Q V A E S T I O V I I .



EP T I M O quero: vidimus supra q. ii. proxima præce-
 dente, an quando in hoc crimine laese maiestatis procedi-
 tur per viā accusationis sit necessarius libellus, & diximus
 q̄ sic: Modo videndum est, an si libellus accusatorius ine-
 ppte formetur valeat? videtur prima facit dicendum q̄ sic,
 quia in isto crimine proceditur summarie, & de plano sine
 strepitu, & figura iudicij: ut habetur in extrauagan. ad reprimen. Dicas q̄
 Bar. in hac q. in d. extrauagā. in sua glos. in ver. per accusationem. voluit,
 q̄ in hoc crimine quando per viam accusationis proceditur, libellus accu-
 satorius debeat esse rite formatus. l. non putauit. s. non quæuis. ff. de con-
 tra. tabul. accusatio t̄ enim non rite facta non est accusatio, & per eam de-
 lictum in iudicium non deducitur. l. accusatorius. ff. de adulter. & l. i.s. accu-
 satio. ff. ad turpil. ibi nulla erit. & licet text. ibi contrarium probare videa-
 tur, cum ibi sit necessaria absolutio, & l. libellorum in s. q̄ si libelli. ff. de ac-
 cusatio. ex quo videtur inferri posse, q̄ aliqua sit accusatio; attamen Bart.

Q ii

L I B E R P R I M V S . T R A C .

in d. extrauagan.loco proxime allegato, ad hoc respondens dixit , q̄ licet ibi accusatio sit nulla : tamen de facto saltim est qualisqualis, ideo est necessaria absolutio in illo casu : sed in casu nostro requiritur q̄ accusatio sit recte & recte facta in forma, vt super ipsa procedi possit, secundum formam dictæ extrauagatis. Dicas tu, q̄ ista cōclusio probatur expresse. in d.s. q̄ si libelli. vbi dicitur, q̄ si libelli legitime ordinati non fuerint Rei nomine aboletur. & glos. ibi, in verbo, Aboletur, exponit, idest cancelletur accusatio reo petente, ad idem vide præposit. in c. per scripta. in s. libellorum. col. i. in versi. Nota q̄ vbi libellus. ij. q. viij. ad idem Ioan. Fran. Purpuratus. in repet. l. edita. nu. 222. ff. de edend. vbi dixit, ¶ libellum accusationis vel inquisitionis ineptum reiçti debere, allegat Ange. in consi. 178. visis actis. &

- 2 in consi. 297. pro prædictis. & ¶ ineptus dicitur libellus quando ex narratis. in eo actio nō resultat, vt patet ex glos. in l. ij. in s. circa ff. de excus. dot. Abb. in c. ex parte. col. iij. de iudic. Corn. in consi. 221. quanquam. circa si-
- 4 nem in i. volu. & tradit Purpurat. loco proxime allegato. ¶ Vnum tamen notabili dignum non omitto, q̄ ineptitudo accusatorij libelli & processus non attenditur quando reus delictum confitetur : ita voluit Angel. in l. ea quidem. colum. vi. C. de accusatio. & idem in l. inter stipulantem. s. si sc̄chū. ff. de verbor. obligatio. Bald. in l. edita colum. antepenul. C. de edend. Angel. in l. i. C. de confes. & Bald. in cap. i. s. iniuria. de pace iuram. firman. ita refert & sequitur Alexand. in consil. 225. visa inquisitione. columna secunda in principio. in quarto volum, facit illud Ouidij.

Non est confessi causa tuend. x Rei.

S V M M A R I V M .

Inquisitio an esse debeat in eadem forma in qua est forma accusationis.

- 1 In crimen Hæresis procedi potest per inquisitionem.
- 2 Inquisitio duplex.
- 3 Inquisitio spetialis quid sit?
- 4 Inquisitio in crimen læse maiestatis an debeat esse in eadem forma , in qua est forma accusationis.
- 5 In inquisitione cum non offeratur iudici sed ipse inquirat, non est necesse quod prius inquisitio in scriptis formetur et postea in actis causæ redigatur.
- 6 Index sumptis iustificationibus inquisitionem in scriptis formabit.
- 7 Inquisitio ab accusatione in quo discrepet.
- 8 Inquisitio formata in crimen læse maiestatis an debeat habere conclusionem.
- 9 Quomodo concludatur de consuetudine in accusatione, & in inquisitione.

QD V. AE S T I O. V I I I. Iuris quod sumus illab
sumus ritebatur non procedere in A. ab. i. A. monachis de quod in H. i. i. i. i.



C T A V O quero: Dicitur in dicta extratragan. ad reprimen. qd in isto crimine læsæ maiestatis procedi potest per inquisitionem, de quo etiam habetur per Specul. in tit. de inquisit. in s. quando autem versic. tertio decimo adducit text. in l. ij. & iiij. C. ad leg. iul. maiest. idem dixit per dicta iura Angel. in tract. de malefi. in verbo, hæc est quædam inquisitio. in versi. secundo principaliter. col. i. nu. 21. vbi dicit, qd inquisitio in crimine læsæ maiestatis formari potest. allegat d. l. ij. & iiij. ad leg. iul. maiest. & idem dicit in crimine hæresis. l. apostata. C. de apostat. & plur. res alios casus exprimit in quibus formari potest inquisitio, quos videre poteris. idem voluit Albert. de Gandi. in suo tract. malefici. in princ. in tit. quid sit accusatio. col. i. versi. quartus decimus casus. vbi enumerat omnes casus in quibus per inquisitionem procedi potest. Sed an inquisitio in isto crimine esse debeat in eadem forma, in qua est forma accusationis de qua supra vidimus? antequam deueniam ad decisionem istius quæstionis. Vi-
2 dendum est tñ quid sit inquisitio? Ange. in dicto tract. de malefi. loco præ allegato dicit, duplēcēt esse inquisitionem: vnam videlicet generalem, & alteram spēialem: generalem autem diuidit in quatuor species quas ibi enumerat, & eas, quia de his in presentiarum non tractatur, videre ibi po-
2 teris per eum. Sed tñ inquisitio specialis, quæ ea est de qua loquimur, tam quo ad delicta, quam quo ad personas. Angel. loco præallegato in versi. Et pro expeditione istius materiæ. nu. 8. sic diffinit, qd est quoddam ius per officium procedendū ad condemnationem & punitionem contra aliquos nominatim inquisitos de certis delictis diffamatos: & hoc dicit esse de me Barto. in l. ij. s. si publico. ff. de adulter. & Angel. in l. si vacantia. in verbo, sumus expediti. C. de bon. vacant. libro x. Hostiens. autem in sua summa. in titul. de inquisitione. s. i. dicit, quod inquisitio est alius criminis manifesti ex bono, & æquo iudicis competentis Canonice facta inuestigatio. Augustinus de Arimino. in additio. ad tracta. Angel. de malefic. in dicto verbo, hæc est quædam inquisitio. in Additio. Incipiente, tu au- tem in hac materia adde quod licet Bartol. nume. 11. dicit hanc diffinitio- nem morderi posse: quia inuestigatio sonat in factum, sed inquisitio est quoddam ius, vt Bartol. diffinit, in d. s. si ex publico: ideo dicit quod sibi plus placet diffinitio Bart. quod inquisitio sit quoddam ius, non factum: allegat Bald. in l. ea quidem. C. de accusa. dicas quod non meretur mörde ri diffinitio Hostiens. ex eo quod licet inquisitio sit ius quoddam: attamen ius ex facto oritur, ideo facti inuestigatio accessoria est, videlicet utrum

- delictum de quo inquiritur sit commissum vel non ab eo contra quæ inquiritur. Hanc reprehensionem Augus. de Arimin. non procedere contra diffinitionem Hostien. cōprobo esse ex diffinitione inquisitionis generalis quo ad personas, & spetialis quo ad delicta, quam ponit præposit. in c. i. col. xiij. in vers. inquisitio generalis. iiij. q. viij. vbi dixit, quod inquisitio est ius procedendi per officium vel inuestigandi personam quæ maleficium commiserit. vbi etiam ponit de multiplice specie inquisitionis. Felyn. etiam in rubr. de accusatio. extra. inquisitionem sic diffinit, videlicet, q̄ est alicuius criminis manifesti ex bono & æquo a iudice competenti canonice facta inuestigatio. & sic tam præpos. quam Felyn. in sua diffinitione ponunt dictū verbū, inuestigatio, prout etiā est in p̄eallegata diffinitione Hostie.
- 4 Redeundo ad principalem questionem, videlicet † an inquisitio quæ formatur in isto crimine debeat esse in eadem forma, in qua esse debet forma accusationis, de qua dixi supra q. iiij. proxima p̄cedente: Bar. in d. extra. uagan. ad reprimen. in verbo inquisitionem. mouet hanc questionem, & adducit glos. inst. de publ. iudic. quæ generaliter loquendo dicit, q̄ non. & idem dicit Innoc. in c. fin. extra. de purgat. canoni. laco. vero de Beluis. inst. de actio. in princ. contrariam tenuit opinionem dicens, q̄ eadem solennitas requiritur in inquisitione quæ in accusatione: cuius opinionem amplectitur Bar. loco p̄eallegat. quantum ad hoc, q̄ in inquisitione inseratur locus et tempus eodem modo quo in accusatione, cum non conueniat in tanto criminе uagari. allegat tex. in l. prætor edixit. in princ. ff. de iniur. & in l. idem exigit. ff. de dolo. idem uoluit Bar. in l. iiij. s. si publico versicul. quæro utrum inquisitio. ff. ad leg. iul. de adulter. subdens, q̄ licet accusatio debeat in scriptis offerri, vt l. libellorum. ff. de accusat. & auct. offeratur. C. de lit. contest. & in c. per scripta. s. libellorum. iiij. q. viij. attamen, † cum inquisitio non offeratur iudici sed ipse inquirat, non est necesse q̄ prius inquisitio in scriptis formetur, & postea ī aetis cause redigatur. Dicas tamē,
- 6 † q̄ iudex sumptis iustificationibus inquisitionem in scriptis formabit, ita dixit Angel. in d. l. si uacantia. in versicu. Item quæro quando fieri debeat inquisitio. Et fuit originale dictum Azon. in auct. de exhib. Reis in. s. scimus. in fine glos. magnæ: quod refert & sequitur Angel. in suo tract. mafesi. in verbo, hæc est quedam inquisitio. in versicul. quarto principaliter. col. i. in fin. in versi. Item requiritur q̄ inquisitio. Et † inquisitio ab accusatione in hoc discrepat: quia si non apparet quando fuit exhibita accusatio non valet, cum sit de substantialibus dies in quo producitur, vt in d. l. libellorum. & not. in l. in causis. C. de accusatio. sed secus est in inquisitiōe, in qua si non appareret de die, dicit Bar. q̄ forte non vitiaretur processus: nam dies, quo quis super ipsa inquisitione citabitur, vel dies in quo inqui-

- situs respondet inquisitioni, ille poterit dici dies formatae inquisitionis. id ē
tenuit intrepide præpos. in d. c. per scripta. in s. libellorum. colum. i. in ver-
sicul. Nota q̄ sufficit ij. q. viij. & dixi supra. q. ij. sub isto titul.
- 8 An autem t̄ inquisitio, quæ formabitur in hoc casu, conclusionem habe-
re debeat? Bar. in d. l. ij. s. l. publico. versic. tertio quero. nu. 13. dicit q̄ nō
quemadmodum conclusio non est necessaria in libello accusatorio d. l. li-
bellorum. & habetur per præpos. in d. c. per scripta. s. libellorum. subdit ta-
men Bar. in d. s. si publico. t̄ quod de consuetudine, & in accusatione, &
in inquisitione concluditur sicut super quibus omnibus & singulis intendit
procedere, & punire culpabiles secundum formam iuris & statutorum.
idem dicit Angel. in tract. malefi. in verbo, hæc est quædam inquisitio. in
versi. quarto principaliter. versicu. & subdit D. Angel. nume. 53. ad idem
Roman. in consil. xv. Bartholom. Cepol. in consil. xiij. colum. ij. versicu.
Nec obstat. & Angel. in d. l. si vacantia,

S V M M A R I V M.

- Inquisitio an fieri possit non præcedente fama.
- 1 Regulariter inquisitio non ualet fama non præcedente.
- 2 Si diffamatio non procedit nec inquisitio procedit.
- 3 Testes examinati i processu inquisitiois formata nō præcedētē diffamatiōē nō probat.
- 4 In crimen læse maiestatis ualet inquisitio non præcedente diffamatione.
- 5 Crimen læse maiestatis est enorme delictum.
- 6 In enormibus delictis inquisitio formari poterit et fama et indicij non præcedētibus.
- 7 In enormibus iuris solennitas non seruatur.
- 8 Rescriptum Papæ uel Imperatoris mandantis contra aliquem inquiretiā etiam non præ-
dente fama subreptitium uidetur, & debet expectari secunda iūsſio.
- 9 Papa uel Imperator rescribens motu proprio præsumitur uti absoluta Potestate.
- 10 Motus proprius excludit supreptionem.
- 11 Rescripta contra ius, licet in dubio concessa censeantur per importunitatem, tamen in
rescriptis motu proprio concessis secus est.
- 12 Rescriptum motu proprio emanatum habet uim eandem quam habet secunda iūsſio.

Q V A E S T I O I X.



ONO quero: An inquisitio fieri possit non præceden-
te fama in crimen læs. maiest? Dicas, t̄ q̄ regulariter inqui-
sitio nō valet fama non præcedente. c. qualiter et quando.
de accusat. c. licet heli. de simo. & late per specul. in titu. de
inquisit. in rubr. qualiter in inquisitione sit procedendum
per totum, maxime, col. ij. & Hostiens. in titu. de inquisit.

- col.ij.versic. quomodo procedatur, & late p̄eposit. in c.i.ij.q.vij. & p̄e
Angel. in tract. suo malefi. in verbo. Hæc est quædam inquisitio. In versi.
quarto principaliter. vbi dixit, q̄ requiritur q̄ fama publica a fidedignis
p̄cedat, & non semel sed s̄epius, & q̄ sit tanta q̄ scandalum generet &
sine periculo tollerari non possit. c.ad petitionem. & c.qualiter & quando
p̄ealleg, & c.cum oporteat.extra.de accusatio. & ita dixit & Angel.in l.
- 2 si uacantia.C.de bon.vacan.lib.x.dicens idem Angel. † q̄ si ista diffama
tio non p̄cedit, nec inquisitio procedit: Immo coruit inquisitio formata
non p̄cedente diffamatione, & † testes examinationi in processu dictæ in-
quisitionis formatæ non p̄cedente diffamatione non probant: specul.in
titu.de inquisit. Nunc videndum.col.ijj.in prīn. quem sequitur ibi Bald.
in ad lit.& idem specul.eod.titul.s.nunc tractemus.col.xi.versic. Nam si
aliqua, & sequitur Grammati.in consi.38.col.ijj.in fin.nu.23.idem voluit
4 Grammat.in suis votis , voto.ijj.nu.31,& 32. Dicas tamen † secus esse in
crimine læsæ maiestatis: quia tunc quando proceditur contra imputatum
pro crimine læsæ maiestatis valet inquisitio non p̄cedente diffamatione,
vt voluit Ange.in tract.de malefic. in verbo. hæc est quædam inquisitio.
in versi.quarto principaliter.Etiam Bar.in d.extrauag.ad reprimen.in ver-
bo,inquisitionem.nu.29.& p̄eposit.in c.i.col.27.versi. in criminе tamē,
nu.64.ij.q.vij.vbi dixit,q̄ in crimine læsæ maiestatis , etiam si fama non
p̄cedat, sed occulte dicatur iudici,iudex inquirere poterit. † Et est ratio:
6 quia delictum hoc est enorme: † in enormibus autem inquisitio formari
poterit etiā fama & iudicis non p̄cedentibus.facit tex.in l.si quis in hoc
7 genus.C.de episco. & cler.l.i.C.de fals.monet. in † huiusmodi enim deli-
ctis iuris solennitates non seruantur, secundum Innoc.in c.cum omnes de
constit.Bal.in l.quid ergo.s.pœna grauior.col.ijj.ff. de his qui not.infam.
& in crimine læsæ maiesta.idem scribit Alciat. in c.pernitiosa. nu.46.47.
8 48.de offic. ordina. Vnum tamen notatu dignum scias, † q̄ si Papa vel
Imperator mandat contra aliquē inquiri, non obstante, q̄ fama non p̄-
cedat, rescriptum huiusmodi subreptitium videtur, & debet expectarise.
cunda iussio: ut voluit Hostien.in c.qualiter & quando, el primo. de ac-
9 cusat.& p̄eposit.in d.c.i.nu.60.ij.q.vij.Hoc † tamen limita non proce-
dere, quando rescriptum huiusmodi esset factū motu proprio: quia tunc
Papa vel Imperator p̄e summitur vt absoluta potestate, secūdum Ant.
de Butr.in c.constitutus in ij.col.de rescrip.quem refert & sequitur Fely.
in c.causamq; el secundo.col.ijj.versi. tertio nota q̄ licet Papa. de testi fa-
c̄it etiā, quia † motus proprius excludit subreptionem. glos.in clemen.
si romanus.in verb.validam.de p̄e ben.Felyn,in c.causamq; el ij.col.i.in
versi.in glosa placet. nu.3.de testibus,c.si motu proprio de p̄e ben. in vi.
ad idem

- ad idem facit, quia t̄ licet rescripta contra ius in dubio censeantur concessā per importunitatem, vt per glos. in c. i. in verbo, nascatur, de constit. in vii. tamen in rescriptis concessis motu proprio secus est dicendū, vt not. Bald. in l. quod fauore col. iij. C. de legibus. & Abb. in c. accedens de pr̄escrip. & Felyn. in d. c. causamq; colum, penul. ia. fin. in versic. decimo tertio not. nu. 16. de test. ad idem facit, quia t̄ Rescriptum motu proprio emanatum habet vim eandem, quam habet secunda iussio, vt not. Bald. in l. nec dam nosa. C. de pr̄ecibus. Imperat, offerend, & Decius in c. si quando col. i. in fin. de rescript. & vide quæ dicam infra q. xv. circa finē sub hac eadē rubr.

S V M M A R I V M.

Citatio an sit necessaria quando proceditur per viam inquisitionis in crimen laeſae maiestatis.

- Inquisitio succedit loco accusationis, & est eiusdem naturæ cuius est accusatio.
- An in citatione inseri debeat copia inquisitionis.

Q V A E S T I O X.

DE C I M O quero: an, sicuti quando proceditur in crimine laeſae maiestatis via accusationis citatio necessaria est, vt vidimus supra q. vi. proxima præcedente, ita sit quando per viam inquisitionis proceditur? circa hoc dicas, q. t̄ inquisitio succedit loco accusationis, vt per Bar. in l. infamē. ff. de publi. iudic. Paul. de caſtr. in consi. 59. Ideo dicendum q. sit eiusdem naturæ cuius est accusatio. l. i. s. hæc actio. ff. si quis testam. lib. esse ius fuerit, ita cum specialis inquisitio fit contra certam personam illa citanda erit, vt dixit Bald. in l. iij. s. i. ff. de condit. ob turp. causam facit tex. in c. inquisitus de electio. & in clemen. pastoralis. de re iudic. & per Alberi. in traſt. suo. de test. in iij. parte. in versic. consequenter. nu. 14. idem voluit Angel. in l. si vacantia. C. de bon. vacan. lib. x. ad idem tex. in extrauagan. ad reprimen. & habetur per Preposit. in c. i. col. 32. versicu. imprimis. nu. 8 i. ij. q. viij. allegat tex. in c. nos in quemquam. & c. deus omnipotens.

& c. vnum iij. q. i. An autem t̄ in tali citatione inseri debeat copia inquisitio nis? glos. in c. præterea de dilatio. dicit q. sic: attamen dicas sufficere reum citari ad respondendum super tali delicto sine alia expressione circunstan tiarum, loci, temporis, seu inditorum, quæ sibi postea exprimentur in arti culis. l. i. C. de exhiben. reis. Bart in extrauagan. ad reprimen. in verbo su per dicto criminis, idem in l. inter accusatorem. ff. de publ. iudic. & Salyce.

Hierony. Gigas.

R

in absentem. C. de accusatio. quos sequitur Præposit. in d. c. i. & versi. in primis. supra allegato. Et quia de materia citationis fiendæ cum per inquisitionem vel accusationem proceditur in hoc crimine. late tradit Bar. in d. extrauagā. ad reprimen. in verbo. super. in ver. per nuntium. in verbo per edictum. & in verbo per literas. Ideo ibi videre poteris. & per doct. in cle mē. pastoralis. de re iudic. & per Præposit. in d. c. i. loco præallegato. in quibus locis ad saturatatem de istis citationibus fiendis scriptum inuenies.

S V M M A R I V M.

Inquisitio an cesset si ea pendente superueniat accusatio.

- 1 Pendente iudicio super inquisitione. si superueniat accusatio. cessat iudicium inquisitionis regulariter.
- 2 In criminis lese maiestatis superueniente accusatione non cessat inquisitio.
- 3 In criminis lese maiestatis & Hæresis potest simul & semel procedi super utraq; & sententia ferretur super inquisitione. uel super accusatione. prout melius in uno processu quam in alio probatum fuerit.

Q V A E S T I O X I.

- 1 N D E C I M O quæro: si pendente iudicio super inquisitione superueniat accusatio. an cesset iudicium inquisitionis? & regulariter videtur dicendum qd sic. vt per Bart. in l. iij. in fine. ff. ad leg. iul. de adulter. de hoc tamen vide latissime scripta per D. Præposit. in c. i. col. 41. 42. ij. q. viij. Et per Angel. in tract. suo malefi. in verbo. hæc est quædam inquisitio. in versi. Quæro an inquisitus: & ibi per Augus. de Arim. in sua additione. quæ incipit. tu autem in hac materia adde Bar. At t in criminis lese maiestatis dicas superueniente accusatore non cessare inquisitionem: ita tenuit Mart. de laude in tract. suo de criminis lese maiest. q. 42. allegat Angel. in l. ea quidem. ff. de accusatio. & Bartol. in d. l. iij. ff. de adulter. addet tu Bar. in extrauagā. ad reprimen. in ver. Denunciationem. idem tenuit Præposit. in c. i. col. 42. in versi. Nam accusatio superueniens. nu. 108. ij. q. viij. allegat Innoc. in c. ex parte. de verbo. significa. Ant. de Butr. in c. qualiter & quando el ij. in s. debet igitur. de accusat. & Bart. in d. l. si maritus. s. i. ff. de adult. & Angel. in l. si vacantia. col. 35. C. de bon. vacan. lib. x. idem voluit idem Præposi. in d. c. i. col. 43. ubi dixit. t qd in criminis lese maiest. & Hæresis poterit simul & semel procedi super inquisitione & super accusatione. & sententia ferretur vel super inquisitione. vel super accusatio-

ne prout melius in uno processu quam in alio probatum fuerit: allegat text. in c. per hoc de haeret. in vi.

S V M M A R I V M.

Si iudex procedens in crimine laesae maiestatis sit inimicus illius, contra quem procedit, an iudicare poterit.

- 1 Regulariter omnis exceptio, quae contra accusatorem opponi potest, contra iudicem opponi poterit, excepto eo quod concerneret, quia est magistratus.
- 2 Inimicus repellitur ab accusatione in crimine laesae maiestatis.
- 3 Omnes exceptiones quae opponi possunt contra iudicem inquirentem remisiue.

Q V A E S T I O XII.



VODECIMO quero: quid dicendum est quando iudex inquirens sit inimicus illius, contra quem inquirit de criminis laesae maiestatis? Dicas quod iudex contra quem opponitur inimicitia capitalis non poterit esse iudex c. qualiter & quando elij. iuncta glos. ibi in ver. ad inquirendum. de accusatio. ad idem facit, quod dixit Bar. in l. ij. s. si ex publico.

- 1 in versi. item queritur utrum contra iudicem. ff. de adult. vbi dixit, + quod regulariter omnis exceptio, quae contra accusatorem opponi potest, contra iudicem opponi poterit: excepto eo quod concerneret, quia est magistratus. & hoc sequitur Angel. in tract. de malefic. in verbo. Haec est quedam inquisitio. in versi. quinto principaliter queritur. in versi. secundo potest opponere. Inimicus + autem repellitur ab accusatione in isto crimen, ut dicam infra in titu. qui. accusar. possunt. q. vi. ad idem Salicet. in l. ea quidem. versi. quinto. C. de excep. Angel. in l. si vacantia. C. de bon. vacan. libr. x. ad idem Alex. in consi. 64. & in consi. 73. & in consi. 176. in ij. vol. & Cum man. in consi. 27. & vide ad praedicta Praepo. in c. i. col. xl. in fin. in versic.
- 3 Nam iudex inquirens. ij. q. viij. + vbi etiam ponit omnes exceptiones, quae opponi possunt contra iudicem inquirentem. vide etiam Speculat. in titul. de inquisit. s. i.

S V M M A R I V M.

Inquisitio in crimine laesae maiestatis an fieri possit contra diffamatum a suis inimicis.

- 1 In crimine laesae maiestatis etiam infames admittuntur ad accusandum, & testificandum.
- 2 In crimine laesae maiestatis inimicus repellitur a iudicando, & a testimonio, & etiam ab accusando.

Q VAE S T I O X I I I.



ECIMOTERTIO quero: an inquisitio super crimi-
ne læsæ maiestatis fieri possit contra diffamatum a suis inim-
icis, & maliuolis? videbatur dicendum quod sic: + quia
etiam infames admittuntur ad accusandum, & testifican-
dum in tali crimine. I. famosi. & ibi docto. ff. ad leg. iul. de
adulter. Contrarium tamen dicas: + quia inimicus repellit
tur a iudicando in huiusmodi crimine, ut in proxima praecedenti quaestio.
Item repellitur a testimonio, ut dicam infra in rubrica quomodo. crimi. læ-
sæ maiest. probetur. q. ij. Item repellitur ab accusando, ut dicam infra in
rubrica qui accus. poss. q. vi. facit pro ista conclusione text. in c. qualiter &
quando el. ij. de accusat. & ea quæ voluit Angel. in l. si vacantia. C. de bon.
vacan. libro. o. Istam conclusionem tenet etiam Cataldi. de Boncomp. in
suo tract. de sindic. in versicu. adde quod licet iudex. nume. 142. & Abb.
in d. c. qualiter & quando. el secundo. in versicul. quo ad primum. nu. 29.
& ibidem Ioan. de Anna. col. fin.

S V M M A R I U M .

- V**isque ad quantum tempus inquiri posse de maleficio.
2 In crimen suppositi partus perpetuo agi potest.
2 In crimen parricidij idem est.
3 Idem in crimen læsæ maiestatis, & apostatus.

Q VAE S T I O X I I I I.



ECIMO QVARTO quero: vsq; ad quantum tempus
inquiri possit de maleficio? Dicas, q. a die commissi criminis
vsq; ad annos viginti & non ultra, ut in l. ait prætor. ff. ad leg.
A quilibet quærela. s. falsi. C. de falsi, ita dixit Bonifac. de Vitelli,
in tract. suo malefi. in rubr. de inquisitio. & earum form. col. fin. in versicu.
sed vsq; ad quod tempus, idem tenuit Ioā. Fran. Balb. in tract. suo de præ-
script. in ij. parte. iij. partis principal. fol. 94. in versi. secundo quæro. versi.
Amplia istam, & iste tract. habetur in volu. trac. secundum Venetam im-
pressionem Tomo. xvi. Istam conclusionem quod officium iudicis inqui-
rendi super maleficio commissio duret annis. xx. tenent Bar. Angel. & Sa-
lyc. in d. l. quærela. C. de falsi. & ibi commun. Doct. habetur etiam per Ni-
cola. Boer. in suis Decisi. in i. parte Decisio. 26. vbi istam conclusionem late-

examinat. Hoc tamen sane intellige, nisi per statutum ciuitatis brevius tem
pus ad inquirendum de delicto statutum foret, ut est in ciuitate Brixiae, &
Vincentiae. Fallit † hoc in crimen suppositi partus in quo perpetuo agi
potest. I. qui falsam, s. i. ff. ad leg. Cornel. de fals. Item fallit † in crimen par
ricidij. I. fin. ff. de parricidij. I. in cognitione. ff. ad Sylleni. & sequitur Bonifa.
loco præallegat, & habetur per Balbum, in d. suo tracta de præscrip. loco
proxime allegato. Idem dicendum † puto in crimen læse maiestatis vi
uente reo, nam contra ipsum agi poterit & inquire donec vixerit, secus eo
mortuo: tali nancas casu cum tractetur solum de damnanda ipsius memo
ria ius accusandi & inquirendi solum quinquennio durabit, ut scripsi in
fra q. xxij. Idem in crimen apostatus, in quo agitur perpetuo reo vi
uente: eo autem mortuo solum quinquennio durat actio, ut est glos. in
I. querelam. in verbo sicut cætera. C. ad leg. Cornel. de falsis, vide ea quæ
scripsi infra quæstio. xxix.

S V M M A R I V M.

- In crimen læse maiestatis an posset per denunciationem procedi.
- 1 Denuntiatio quid sit.
 - 2 Denuntiare quid sit.
 - 3 Quot sint species denuntiationis.
 - 4 Per uiam denuntiationis procedi potest denuntiante non nominato.
 - 5 Denuntianti non potest opponi quod sit infamis.
 - 6 Denuntians uim habet cuiusdam instigatoris, ideo defistendo incidit in turpilianum.
 - 7 Quilibet, qui admittitur ad accusandum, admittitur etiam ad denunciandum, & qui
prohibetur accusare, prohibetur denunciare.

Q V A E S T I O X V .



E C I M O Q V I N T O quæro: an procedi possit in hoc cri
mene læse maiestatis per denunciationem? Dicas qd sic: tex
est in extrauag. ad reprimen. quæ in hoc inducit quid nouum
in hoc crimen. Nam de iure antiquo denunciatio non admit
tebatur nisi per officialem, ut l. diuus. ff. de cust. reorum & l. ea quidem. C.
de accusatio. ita dixit Bartol. in d. extrauagan. in verbo denunciationem.
† Sed quæro, quid sit denunciatio? doct. commun. in rubr. de accusatio.
(vt testatur ibidem Fely. in versicu. quæro quid sit accusatio.) sic eam dis
finiunt. Denunciatio est ius deferendi criminis alicuius hominis dolii capa
cis ad poenitentiam vel correctionem, legitima monitione præcedente. Ho-

stens, vero sic eam diffinit: Denunciatio est criminis alicuius apud iudicem
 sine inscriptione legitime facta delatio ad pœnitentiam peragendam, vel
 aliam legitimam pœnam imponendam, vel etiam ad vtruncq; & ista descri-
 ptio comprehendit omnem speciem denunciationis: quam sequitur Prae-
 posit. in c. i. in versic. Circa denunciationem. nu. 145. ij. q. viij. Denunciare
 2. t autem secundum Salic. in l. ea quidem. C. de accusatio. est crimen alicuius
 deferre apud competentem iudicem sine inscriptione legitima ad pœniten-
 3. tiam peragendam, vel aliam legitimam pœnam subeundam. Quot t au-
 tem sint species denunciationis: Salicet. loco præallegato: & Bar. in d. ex-
 trauagan. ad reprimen. in ver. per denunciationem: & Angel. in tract. de
 malefi. in ver. Nec non ad denunciationem dicunt, q; denunciationis plu-
 res sunt species: nam alia est Euangelica; alia Canonica; alia regularis: alia
 4. iudicaria. & habetur per doct. in c. nouit. de iudic. Atamen solum de iu-
 diciali nunc tractamus, t & per viam denunciationis procedi potest de-
 nunciante non nominato, & si pendente iudicio super denunciatione su-
 perueniat accusator non soplitur propterea iudicium super denunciatione,
 vt dixit Bar. in d. extrauagan. loco supra allegato, faciunt dicta supra. q. x.
 5. proxima precedenti. t Nec denuncianti opponi posset q; sit infamis, vt
 dicit Bar. in d. extrauagan. in ver. & contra personas. Vnum tamen non
 6. omitto t q; denuncians vim habet cuiusdam instigatoris, ideo desistendo
 incidit in turpilianum. l. ab accusatore. s. Denunciationis, & l. i. s. incidit. ff. ad
 turpil. & habetur per Bart. in d. extrauagan. in verbo, denunciationem in
 7. prin. Et scias t q; quilibet, qui admittitur ad accusandum, admittitur ad de-
 nunciandum: & omnis qui prohibetur accusare prohibetur denunciare,
 iuxta. l. qui accusare, cum. l. sequent. ff. de accusat. & c. cum omni. extra. de
 accusatio. ita dixit Salic. in d. l. ea quidem. versi. tertio ratione materiae, vi-
 de tamen ad prædicta Angel. in tract. malefic. in d. verbo, nec non ad de-
 nunciationem. in versi. secundo principaliter queritur: & ibidem Augu-
 in sua addit. quæ incipit, tu autem in hac materia adde. & late ponit Prae-
 posit. in c. i. col. ix. in versi. An prohibitus accusare. vbi in hoc articulo no-
 tabilem facit distinctionem, & plene tractat materiam denunciationis. ij.
 q. viij. de qua etiam Angel. in d. tract. de malefic. in d. verbo. Nec non ad
 denunciationem. per totum.

S V M M A R I V M.

In crimine lœse maiestatis siue procedatur per accusationem, siue per inquisitionem
 seu denunciationem, qui sit officium iudicis.

- 2. Index quoconque modo procedat in crimine lœse maiestatis semper ueritatem inqui-
rere debet.
- 2. De crimine lœse maiestatis quanloque quis faſe accusatetur et conetur pulchrum

- exemplum quod accidit in personas Nob. Veronens. Comi. de Pompeis.
- 3 Si iudici post sententia condemnatoriam appareret de innocentia rei id principi scribere debet, ne executioni mandare sententiam.
 - 4 Si princeps mandaret contra aliquem fieri executionem alicuius sententiæ capitalis, non erit illico parendum quando appareret de innocentia rei post sententiam, sed ex parte etiæ esset secunda iusso, & principi rescribendum.
 - 5 Iudex si mandatum habet a principe quod aliquem etiam sine cause cognitione morti tradat, illum mori faciendo iuste facit, & exequitur sine peccato.
 - 6 Princeps est lex animata in terris.
 - 7 Acta principis presumuntur legitime facta.
 - 8 Non est qui principi dicat, cur ita facis.
 - 9 Principis error ius facit.
 - 10 Antiochus tertius asie rex omnibus regni sui urbibus scripsit, quod si aliquid in litteris, que eius nomine scriberentur, esset quod legibus aduersari uideretur, crederent eas se ignaro scriptas fuisse, & propterea eis non parerent.
 - 11 Sanum consilium est cum aliquid a principe contra ius mandatur superselere, & rescribere expectando secundam iussionem.
 - 12 Vbi maius est periculum ibi cautius est agendum.
 - 13 Licet iudex, qui habet cause cognitionem, debeat supersedere & rescribere cum aliquid ei a principe contra ius mandatur, secus tamen est in executore, qui sententiam superioris etiam iniustam exequi debet.
 - 14 Iudex, si ei mandetur a principe ut exequatur sententiam criminali corporis afflictionam iniustum debet supersedere & rescribere, maxime quando constat de innocentia eius contra quem scribitur.
 - 15 Si princeps motu proprio scribat ut aliquis morti tradatur non est expectanda secunda iusso.
 - 16 Secunda iusso & motus proprius æquiparantur.

Q V A E S T I O X V I .



EC C I M O S E X T O quero: siue procedatur per accusationem, siue per inquisitionem seu denunciationem, quid sit iudicis officium? In quo articulo dicas, + qd quocunque modo iudex procedat in dicto criminе semper veritatem inquirere debet pro vtracq; parte. facit text. in auct. qui semel. C. quom. & quando iudex. ibi perquisita veritate. ita dixit Bar. in extrauag. ad reprim. in verbo, receptionem. ad idem est text. in l. famosi. ff. ad leg. iul. de adult. & istud procedit etiam in quocunq; alio delicto. facit tex. in c. deus omnipotēs. n. q. i. & c. i. semper ead. causa. & q. Et in crimine læse maiestatis, qd veritas inquirenda sit per iudicē, est opti-

mus tex. in l. famosi, ibi, sed in veritate. ff. ad leg. iul. maiest. immo cum di-
 2 cūm crimen sit atrocissimum, † & saepe aliquibus ab eorum emulis & ini-
 micis falsae impingatur, ut fieri quandoq; vidi, præsertim de anno. 1551.
 contigit in civitate Venetiarum q; quidam scelestissimus presbyter Vero-
 nensis capitali odio prosequens magnificum Comitem Ioannem Paulum
 de Pompeis & fratres nobiles Veronenses, quorum progenitores & ipsi
 semper de Inclita Venetorum Republica optime meriti fuere, confictis
 quibusdā falsis literis, quæ videbantur scriptæ manu ipsius Comitis Ioan-
 nis Pauli, eundem apud Illustrissimos Præsides Decemuinalis Consilij, q;
 machinatus fuerit ciuitatem Veronæ alieno Dominio supponere, accusa-
 uit. Tandem huiusmodi accusationis falsitate cōperta accusatorem ipsum
 vidi ego ad geminas columnas laqueo suspensum: & sic tanti facinoris
 poenas luit. Præfatus vero Magnificus Comes Ioannes Paulus cum cæ-
 teris eius fratribus non solum absoluti fuere, verum etiam a præfato excuso
 Decemuinali Consilio muneribus ob sinceram eorum progenitorumque
 suorum erga Illustrissimum Dominium Venetum fidem donati. Ideo iu-
 dices, cum aliquis de dicto delicto accusatur, solliciti & diligentissimi esse
 3 debent ad inquirendam veritatē, iuxta tex. in d. l. famosi. † Quinimmo si
 iudici post sententiam condemnatoriam appareret de Innocentia Rei
 principi scribere debet, nec executioni mandare sententiam l. i. s. si quis ul-
 tro. ff. de questio. Ita voluit Bart. loco proxime allegat. quod reallummit
 Ioan. Igneus in sua disput. An Rex Franciæ recognoscat Imperatorem.
 4 nu. 124. & nu. 125. adducens tex. in l. diuus. ff. de re iudic. Quinimmo † si
 princeps mandaret contra aliquem fieri executionem alicuius sententiae
 capitalis non erit illoco parandum quando appareret de innocentia rei post
 sententiam, sed expectanda esset secunda iussio & principi rescribendum,
 facit text. in c. si quando de rescript. & in terminis text. in l. si vendicari. C.
 de poen. c. cum apud. vi. q. iij. & habetur per moder. in l. i. C. de summa tri-
 nit. & fide. catol. ad idem facit tex. cum glos. in. s. deinde. in au. &. de mand.
 princ. vbi glos. inuehit contra eos, qui non audent reclamare contra literas
 Imperatoris vel Papæ iniustas, ad idem est glos. in. s. si. in au. &. vt determi-
 sit nume. clericor. in verbo, contradicere. & late per ignetum. in d. sua dispu-
 tatione. nu. 125. & 126. vbi videtur impugnare dictum Cyni in l. rescri-
 pta. C. de praecibus. Imper. offerend. approbatum per Abbat. in c. quanto
 5 de iur. iuran. Nam dixit Cyn. in d. l. rescripta. † q; iudex si mandatum ha-
 bet a principe, q; aliquem etiam sine causæ cognitione morti tradat, illum
 mori faciendo, id iuste facit, & exequitur sine peccato: mouetur Cyn. du-
 pli ratione. Prima, quia † princeps est lex animata in terris. s. fin. in au.
 6 7 de consul. colla. iiiij. Secunda ratio est, quia † acta principis præsummun-
 tur

8 tur legitime facta. Tertiam rationem dicas esse, quia t̄ non est qui principi
 dicat, cur ita facis c. quamuis de poenitentia distinet. iij. Quarta ratio erit, quia
 9 t̄ principis error ius facit. l. iij. s. fin. ff. de adimen. legat. facit text. in. s. sed &
 q̄ principi, inst. de iure nat. genti. & ciuil. subdit tamen idem Igneus, q̄ tu-
 tius erit iudici exspectare secundam iussionem, per tex. in c. apud thessalo-
 nicam xi. q. iij. & d. c. si quando. de rescript. Nec iusto principi molestum
 erit, q̄ eius iussa, quae iudici, cui iniunguntur, non iusta videntur, executio
 10 ni missa non fuerint. facit, q̄ t̄ de Antiocho tertio Asiae rege scribitur. Is
 enim omnibus regni sui vrbibus scripsisse traditur, q̄ si quid in literis, quae
 eius nomine scriberentur, esset q̄ legibus aduersari videretur, crederent
 ignaro se eiusmodi literas scriptas fuisse, & propterea eis non parerent. fa-
 11 cit tex. in l. digna vox. C. de legi. sanum t̄ igitur erit consilium iudicis, cui
 aliquid simile, a principe demandatur, supersedere & rescribere expe-
 12 cito secundam iussionem, tum quia, (vt inquit iuuenialis) nulla vnquam de
 morte hominis cunctatio sera est. Tum quia, t̄ vbi maius est periculum
 ibi cautius est agendum c. vbi periculum. de electio. in vi. & praesertim quia
 hoc consilium rescribendi, quando mandatur quod iniustum nobis vide-
 13 tur, est introductum a sacris canonibus, vt in d. c. si quādo. de rescript. t̄ &
 licet ista conclusio q̄ iudex in casu præmisso supersedere debeat, procedat
 quando scribitur iudici qui habet causæ cognitionem: secus dicendum vi-
 detur in executore, qui sententiam superioris etiam iniustum exequi debet.
 c. pastoralis. s. quia vero. ff. de offi. legat. & c. si quando eod. titu. attamen
 14 id sane intelligendum est, t̄ nisi essemus in sententia criminali & corporis
 afflictiva, vt not. Abb. post Innoc. in d. s. quia vero. & maxime hoc proce-
 dit quando constaret de innocentia eius contra quem scribitur: nam tunc
 omnino esset supersedendum, vt not. Bald. in l. additos circa finē versi. dicit
 15 etiam Innoc. C. de episco. audien. vnum tamen scias, t̄ quod quando lite-
 ræ principis alicui scriptæ, vt aliquem morti traderet, essent scriptæ motu
 16 proprio, eo casu secunda iussio non esset expectanda: t̄ quia secunda ius-
 sio, & motus proprius equiparantur, vt not. Bald. in l. nec damnosa. C. de
 præcibus. Imper. offer. q̄ dictū pro singulari notat Roma. in l. si vero. in. s.
 de viro. ff. solut. matr. in 31. fallent. Alex. in l. i. in princ. ff. quod quisq; iur.
 refert & sequitur Deci. in d. c. si quando col. i. in fin. de rescript.

S V M M A R I V M.

Accusator in criminis laesæ maiestatis an cogatur prosequi suam accusationem.

1 Nemo iniuritus accusare compellitur.

2 Accusator suæ accusationi renuntiare potest.

Hierony. Gigas.

S

- 3 Accusator an et quāmodo possit desistere a sua accusatione impune.
 4 In crimine læse maiestatis iudex cogit accusatōrē da prosequendā suā accusationem.

Q VAE S T I O X V I I .



ECIMO SEPTIMO quero: an accusator in crimine læse maiestatis cogatur prosequi suā accusationem? vide
 1 tur dicendum q̄ non: quia † nemo inuitus agere vel ac-
 2 cusare compellitur.l. vnica.C. vt nem.inuit.agr. vel ac-
 3 cusar.cogat. † Et accusator suā accusationi renunciare po-
 test. Bar.in l.maritus.s. si negauerit.ff.de adulter. Salice,in
 l.si ea.C. qui accusar. non possunt.Bald. in l. transfigere.C. de transact.&
 3 Alex.in d.s. si negauerit.Et † an & quando accusator impune possit desis-
 stere a sua accusatione, late scribit Præposit.in c.i.col. ix.ij.q.viiij.vbi dixit,
 q̄ si, citato reo ad respondendum accusationi contra eum propositae, ipse
 non compareat, vel si reus nondum erat citatus, eo casu potest accusator
 impune desistere ab accusatione.l. queſitum, & ibi Bar.l. in Senatus.s. qui
 post.ff.ad turpil.l.Miles.s.socer.ff.de adulter. not.in c.licet. & in c.qualiter
 4 & quādo, el ij.de accusatio.prædicta tamen regulariter procedunt, † sed in
 crimine læse maiestatis securus est, nam in eo speciale est, q̄ iudex cogat ac-
 cusatorem ad prosequendā suam accusationem, vt voluit Ang. in l.accusa-
 tionis.C.de accusatio.idem voluit Mart. de laude in traſt.suō.de cri.læse
 maiest.q.44.Et pro ista cōclusione est tex.ad litterā in l.fallaciter.in.s. fi.C.
 de abolitio.ibi, vt inuiolata maiestate,aperte.n.ibi dicitur,abolitio criminis
 nō datur i criminē uiolatæ maiestatis,aut patriæ oppugnatæ,vel proditæ.

S V M M A R I V M .

- A**ccusatus,inquisitus,uel denuntiatus de crimine læse maiestatis citatus quod ueniat ad
 se defendendū, si non cōpareat in termino ei in citatorio affigato, an dñari debeat.
 1 Ex sola contumacia de iure conmuni quis non habetur pro confesso.
 2 Reus per legitimis probationes conuinci debet, uel per confessionem.
 3 Si iudici constet citationem non peruenisse ad notitiam citati, uel citatum fuisse legitime
 in peditum quo minus uenire potuerit, an possit tunc procedere contra tales ci-
 tatum non ualentem comparere. Et dicitur quod non, immo processus est ipso iure
 nullus.nu.6.
 4 Legitime impeditus quominus comparere possit contumax dici non potest.
 5 Ad hoc ut quis dicatur neglexisse comparere requiritur scientia citationis, et quod non
 fuerit legitime impeditus.

- 7 Si in termino citationis aliquis compareat ad excusandum citatum, ex dicat illum esse in longinquis partibus adeo quod impossibile esset comparere infra terminum citationis, uel dicat citatum legitime impeditum comparere non posse & offerat se pro baturum, iudex debet dare citato alium terminum habilem ad comparendum.
- 8 Iudex, qui terminum habilem ad comparendum absenti uel legitime impedito assignare neglexerit, facit ut processus sit nullus.

QV AESTIO XVIII.



ECIMO OCTAVO quero: accusatus, inquisitus, vel denunciatus, de crimine laesae maiestatis, citatus per nuntium, siue literas, vel per edictum, (iuxta tex. in extrauag. ad reprimen.) q[uod] veniat ad se defendendum, si non compareat in termino ei in citatorio assignato, an damnari, debeat: tex. in d. extrauagan. dicit q[uod] sic: Hoc terrible esse dixit Ioan. Igneus, in sua copiosa disputatione, an Rex Francie recognoscat Imperatorem. nu. 123. & 124. † cum ex sola contumacia de iure communi quis non habeatur pro confesso, vt per Bart. in l. lex Cornelia. s. fin. ff. ad syllen. & idem Bar. in d. extrauag. in ver. receptionem. Reus † enim per legitimas probationes conuinci debet l. fin. C. de probatio. c. Nos in quenquam. ij. q. i. siue per confessionem d. l. lex Cornelia. ff. ad syllen. & l. qui sententiam. in fin. C. de poen. l. inde neratius. s. fin. cum l. sequenti. ff. ad leg. Aquil. † Sed quid erit dicendū si iudici constet q[uod] citatio non perueniret ad notitiam citati, vel q[uod] citatus fuerit legitime impeditus quominus vere potuerit, vt puta quia citatus tempore citationis erat alibi detentus in carceribus pro debito siue delicto, & sic non fuit in eius potestate posse comparere: † Iste enim contumax dici non poterit. l. contumacia. s. contumacia. ff. de re. iudic. l. de vno quoque. s. i. eod. tit. Bar. in conf. 228. Catherina accusauit, in versi. Quinto q[uod] ipsa publicatio, an tunc iudex procedere possit contra tales citatum non valentem comparere? Et dicas q[uod] non per text. in d. extrauagan. ad reprimen. ibi, citatum neglexerit in termino personaliter. &c. nam † ad hoc vt quis dicitur neglexisse comparere requiritur scientia citationis, & q[uod] non fuerit legitime impeditus. Quinimmo, † si tali casu iudex procederer, processus esset ipso iure nullus, tali nanque casu citatus nec vere nec si. te negligit comparere, ita tenuit Bart. in praedicta extrauagan. ad reprim. in ver. neglexerit allegat not. per glos. in l. quæstum. ff. de re. iudic. verum, † si in termino citationis aliquis comparens, excusando citatum, dicat illum esse in longinquis partibus, adeo q[uod] impossibile esset comparere infra terminum in citatione contentum, puta octo dierum,

L I B E R P R I M V S . T R A C .

quia intra dictum terminum notitiam dictae citationis citatus habere non poterit, vel dicat citatum esse legitime impeditum & comparere non posse, quod excusator offerat se probaturum: eo casu citato dari deberet alius terminus habilis ad comparendum: qd multotiens seruari vidi in alma ciuitate Venetiarum, vbi aequitas quam maxime consideratur. Sin autem t terminum habilem iudex assignare contempserit: eo casu processus contratajem agitatus erit nullus, vt dixit Bar. in d. extrauagan, in ver. neglexerit.

S V M M A R I V M .

An in crimine lœsa maiestatis processus contra reum formatus publicari debeat.

- 1 Quod testium examinatio in criminalibus fiat in secreto est de iure naturali seu diuino.
- 2 Illa constitutio regni si quis per inquisitionem, quomodo procedat.
- 3 Reo accusato inquisito vel denunciato de crimen lœsa maiestatis processus publicari debet ut suas possit facere defensiones.
- 4 In crimine Hæresis testes publicantur.
- 5 Quid obseruetur in Ciuitate Venetiarum in causis criminalibus, circa publicationem processus.

Q V A E S T I O X I X .



E C I M O N O N O quæro: an in crimine lœsa maiestatis processus contra reum formatus publicari debeat? Bar. in extrauag. ad reprimen, in ver. figura iudicij. in versi. circa vero dicta testium. dicit, qd glos. in l. si quando. C. dete si. dicit, t qd per Danielem inductum fuit, qd testium examinatione in criminalibus fieret in secreto, vt legitur. Danie lis. capit. 14. & sic hoc est de iure naturali seu diuino: Ideo dicit Bar. qd ex hoc sequitur, qd publicatio testium fieri debeat: nam si secus fieret auferre tur reo defensio: cum processu non publicato opponere non posset contra testes & eorum dicta, quod iuri naturali repugnaret. Idem tenuit Math. de Affl. et. in c. i. in s. & bona committentium col. i. nu. 9. in tit. quæ sint regal. in vñibus feud. vbi dixit, qd Constitutio regni, quæ incipit, si quis per inquisitionem: quæ vult, qd in crimen lœsa maiestatis non detur copia testium parti inquisitæ nisi facta consultatione cum rege, & si rex rescriperit dandam dari debere, alias non: locum habet quando crimen lœsa maiestatis est commissum contra regem, videlicet contra ipsius regis personam: secus si esset commissum contra illius collaterales. Erit ergo conclusio, t qd processus publicari debet reo accusato, inquisito, vel denuntiatio de tali crimine: ad hoc ut suas possit facere defensiones. pro qua conclusione faciunt quæ scribit Præposi. in c. nominationis, in s. sententia. in versi.

publicatio autem vbi dixit, q[uod] publicatio processus sit ne ius partis laedatur ij. q. vi. facit etiam pro dicta conclusione tex. iuncta glof. in c. fin. de hæret.

4 in vi. vbi habetur, † q[uod] in criminè hæresis testes publicantur. ad idem est tex. in c. quoniam frequenter in s. sunt & alijs extra. vt lit. non contest. vbi expresse dicitur, q[uod] in causa inquisitionis testes publicari debent. Et de ista materia publicationis testimoniū in causa criminali, vide etiam per Angel. in tract. suo malefi. in verbo. quia iudex dictum processum publicauit. & ibi

5 August. de Arim. in sua addit. attamen † in alma Ciuitate Venetiarum se cus seruatur: nam in criminalibus causis, necq[ue] reis datur copia inditorum, necq[ue] ei publicantur attestations, necq[ue] testimoniū nomina, vt possint suas facere defensiones. Bene possunt ipsi rei in eorum constitutis dum examinatur dicere, si forte contra me examinati essent talis & talis, eis sic & sic oppono, quod probare intendo per tales & tales testes, eos nominando. & testes per ipsos reos nominati examinari debent demum. Sed formato toto processu tam ad offensam quam ad defensam publicatur reis processus, & facta publicatione non admittitur aliter reus ad opponendum contra personas testimoniū: nisi ad producendum scripturas publicas, ex quibus apparet reret q[uod] testes examinati contra ipsum essent condemnati vel banniti, siue infames effecti. qui stilus, licet videatur aliquantulū durus, tamen seruandus est. l. prospexit. ff. qui & a quibus.

S V M M A R I V M.

An crimen lœsa maiestatis simul cum poena morte rei extinguatur.

- 1 Generaliter quecumque crimina simul cum poena morte extinguntur, quod procedit etiam si post latam sententiam contra eum appellatione pendente reus mortuus fuerit.
- 2 Si reus ante sententiam mortuus fuerit, siue ipse mandauerit delictum fieri, siue ipse fecerit, eius bona suis reseruantur hæredibus.
- 3 Bona rei qui uiuens condemnatus fuit suis non reseruantur.
- 4 In criminè lœsa maiestatis proceditur, dato quod reus pendente iudicio uel eo nondum cepto mortuus fuerit.
- 5 Quomodo formari debeat libellus & contra quem, quando de criminè lœsa maiestatis post obitum rei proceditur.
- 6 Forma inquisitionis contra memoriam alicuius proditoris.

Q. V A E S T I O X X .



I G E S I M O quæro: clarū est in iure, † q[uod] generaliter quæcunq[ue] crimina simul cum poena morte extinguntur. l. i. & ij. C. si reus, vel accusat. mort. fuer. xxiiij. q. ij. c. in summa. quod etiā procedit si reus post latam contra eum sententiam pendente

- appellatione mortuus fuerit. l.fin.C.si reus.vel accusat.mort.fuerit.l.ij.C.
 2 si pendente.appel.reus mort.fuerit. † Et in istis casibus,sive Reus mandaue
 rit delictum fieri,sive ipse fecerit , eius bona eo mortuo suis reseruantur
 3 hæredibus,l.defunctis.C.si reus.vel accusat.mort.fuerit.fallit tamen † hoc
 quando quis viuens condemnatus fuisset, vt l.eorum.& ibi not.Bar,C.de
 iure fisc. Quid dicemus in criminis laesæ maiestatis ? Dicas in eo fecus esse,
 4 propter immanitatem ipsius criminis. Nam † in eo etiam post obitum im-
 putati de talis criminis si mortuus quis fuerit pendente iudicio, sive eo non-
 dum cæpto procedi super eo potest.l.penul.& vlti.C.ad leg.iul.maiest.l.
 fin.ff.ad leg.iul.maiest.s. Publica. insti.de public.iudic.ad idem est bonus
 tex,& ibi glos.in verbo, maiestatis.in l. ex iudiciorum.ff. de accusat.& est
 bona glos.in c. in summa. 24.q.ij. quæ enumerat omnes casus in quibus
 proceditur post obitum alicuius.ad idem glos. in c.accusatus. de hæret,in
 vi,iuncto ibi text.in verbo , post mortem. & not.in s.interdum. instit.de
 hæred. quæ ab intest.defe. Et isto casu non damnatur defunctus , sed eius
 memoria,vt in d.s.per contrarium.Inst.eod.titu.& l.ij.in fin.C.de testam.
 manum.& in d.l.fin.C.ad leg.iul.maiest. Roman.singul.431. incipit, de
 criminis laesæ maiestatis.& singul.778. incipiente, tu scis q in casibus in
 quibus,& habetur per Barthol.Cepol.in consi.17. visa commissione col.
 ij.nu.ij.idem tenuit Henrich.Boich.in c.si quis Episcopus.col.i. versi. su-
 per eo.extra.de hæret.q tamendicere in criminis perduellionis,
 idest, illius, qui hostili animo aduersus Rempublicā vel Principem anima-
 tus fuit.l.fin.ff.ad leg.iul.maiest.& ibidem connumerat alios casus in qui-
 bus post obitum proceditur.
 5 Sed videamus † qualiter formari debeat libellus, quando post obitum im-
 putati de criminis laesæ maiestatis proceditur , & contra quem fieri debeat
 processus. Dicas, q processus & inquisitio non formabitur contra ipsum
 mortuum, sed contra eius memoriam, quæ damnanda venit per confis-
 tionem bonorum : ita dixit Angel.Aret.in d.s.interdum.inst.hæred. quæ
 ab intest.defer.vbi bona glos.in ver. memoria,dicit,q defunctus non est
 damnandus cum iam sit mortuus , nec contra eum formandus est proce-
 ssus,cum mortuus citari non possit.l.de qua re.s.i.ff.de iudic. Sed hoc mo-
 6 do formanda erit inquisitio videlicet † Haec est quedam inquisitio. &c.
 quæ fit cōtra memoriam talis proditoris.&c.in eo,de eo, & super eo.&c.
 Idem dixit Angel.in tract.malefic.in verb. che hai tradito la tua patria.in
 versi.& bene aduertas.& idem Ang.in d.tract.in verb. qui iudex videns,
 & cognoscens.in versi.& p̄dicta procedunt. Vbi dixit, q in inquisitione
 quæ fit in tali casu debet peti eius memoriam dñari , & pronūciari eū cōtra
 Principē vel Rempublicā fecisse : & propter hoc eius bona in fiscū inferri.

An aliqui sint citandi cum proceditur contra defuncti memoriam in crimine læse maiestatis.

- 1 Citandi sunt filii cognati & successores defuncti ut ueniant ad contradicendum ne memoria defuncti damnetur.
- 2 Citandi sunt filii cognati & successores non solum quando post mortem ceptum fuit iudicium sed etiam quando in uita fuit accusatus & pendente appellatione decessit.
- 3 Reus quis non dicitur nisi porrecta accusatione cōtra eum & sequuta litis cōtestatione.
- 4 Litis contestatio fit per porreptionem libelli & subsequitam responcionem.
- 5 Reus in criminalibus proprie quis dicitur quando processus contra eum fuit formatus & citatus ut ueniat ad se defendendum.
- 6 Hæretici memoria post obitum damnatur.

Q V A E S T I O X X I.



- I** G E S I M O P R I M O quæro : an aliqui citandi sint cū proceditur contra defuncti memoriam in hoc crimine læse maiestatis? Dicas, tu qui citandi sunt filii, & alijs agnati, cognati, & successores defuncti, qui veniant ad contradicendum quicquid volunt et possunt, ne memoria,puta Titij, damnetur , virtute & occasione cuiusdā inquisitionis formatæ contra memoriam dicti Titij, ex eo, qui viuens crimen læse maiestatis contra principem commiserit. Ita voluit Ang. Aret. in s. interdum. col. n. in versic. in glos. in verbo damnato. inst. de hæred. quæ ab intest. defer. vbi dicit, qui non est mirum qui prædicti citari debeat : quia eorum interest l.i.ij. & iij. ff. de liberal. causa. & l. lege Cornelia in prin. ff. de iniur. ac etiam sua interest propter bona. vt l.i. & per totum. C. si reus. vel accusat. mor. fuer. ad idem Angel. in tract. de malef. in verb. che hai tradito la tua patr. in versi. Et bene aduertas. idem voluit Angel. in l.fin. C. ad leg. iul. maiest. & Ang. in s. publica. instit. de publ. iudic. Bald. in consil. lxiij. in iij. volum.
- 2 Ioan. Igneus. in l.i. versi. si sibi manus. n. 20 2. ff. ad sylleni. Et tu citandi sunt filii, & agnati defuncti, tam quando contra defuncti memoriam tale iudicium ceperit eo iam mortuo , qui quando defunctus fuit in vita accusatus & pendente accusatione decessit : pro primo casu est tex. in d.l.pen. & fin. C. ad leg. iul. maiest. pro secundo casu est tex. in l.fin. ff. eod. titu. nam text. in
 - 3 prædicta l.fin. loquitur de reo maiestatis : tu reus autem quis non dicitur, nisi porrecta accusatione cōtra eum, & sequuta litis contestatione. l. Adulteram. C. de adulter. litis tu autem contestatio fit per porreptionem libelli,

- 5 & subsequutam responsonem.l.i.in prin.C.de lit.cōtest. vel dicas rectius loquendo † in criminalibus proprie reum dicā aliquem formato processu contra eum super criminē,& eo citato ad se defendendum. vt per Pari.de Put.in tract.suo de re.mil.in.s.cum plerunq n. .& dicam infra q. 27.proxime sequent.in versic.in ista quæstione.& text.in d.l.fin.in iam accusato mortuo intelligunt doct.ibidē,& Luc.de pen.in l.quisquis.col.ij.in prin.C.de pet.bonor.sublat.lib.x.idem sentit Angel.in tract.suo malefi.in verbo,qui dominus iudex videns.versicu,& prædicta procedunt.nu.41.Et 6 idem † est in hæretico , cuius memoria post obitum damnatur.c. accusatus.s.in eo vero.de hæret.in vi.& Specul,in titu.de accusatore.s.i.in versi. Item q̄ reus est mortuus.

S V M M A R I V M.

- 1 Quando proceditur contra reum criminis læse maiestatis iam mortuum qualiter prouuntietur.
 2 Fiscus porrigere debet accusationem contra reum criminis læse maiestatis & declarari facere defunctum commississe crimen læse maiestatis , cunque talis declaratio in rem transuerit iudicatam fiscus boni ipsius defuncti apprehendet.
 3 Sententia in crimen læse maiestatis non debet ferri contra defunctū quia neque accusatio contra defunctū datur sed contra defuncti memoriam.

Q V AE S T I O X X I I.



- 1 G E S I M O S E C V N D O quero: qualis erit forma cōdemnationis fiendæ in tali casu? glos.not.ad hoc.in.s.per contrarium.instit.de hæred. quæ ab intest. defer. in verb. damnatam.sic pronunciandum esse dicit.Pronuncio contra Imperium Lucium Titium fecisse, & ideo eius bona in fiscum inferri.Nam per hoc defuncti memoria damnatur, & infamia quadam defunctus afficitur. quam glos. sequitur ibi Angel.& idem Angel.in tract.suo.de malefi.in verb. qui dominus iudex videns.in versi.Et prædicta procedunt.ad idem Cepol.in consil.xvij. visa commissione.in versic.quantum vero ad condemnationem.Et Bart.in l.quia latronibus.s.fin.ff.de test.Ioan. de Plat.in l.eorum patrimonia.col.fin.circa 2 princ.C.de iure fisci.libr.x.qui dixit,q̄ oportet q̄ † fiscus porrigat accusationem,& declarare faciat defunctum commississe crimen læse maiestatis: quo facto,postquam talis declaratio in rem transuerit iudicatam , fiscus bona eiusdem defuncti apprehender.Et notandum,q̄ tali casu sententia

tia † non fertur contra defunctum: quia neq; accusatio contra defunctum datur, nam nulliter ageretur, vt dixit glos. in l. si seruus in fine ff. de bonis auct. iudic. possiden. sed processus formabitur cōtra defuncti memoriam, & illa damnari petitur, vt habetur vltra alios per Guiliel. Maynerium in l. sicuti poena nu. 16. ff. de regul. iur.

S V M M A R I V M.

Quanto tempore duret ius accusandi memoriam defuncti post rei obitum?

- 1 Ius accusandi defuncti memoriam durat solum annis quinque.
- 2 Quærela inofficiosi testamenti intentari potest solum infra quinquennium.
- 3 Accusatio adulterij durat quinquennio.
- 4 Accusatio apostata status durat quinquennio post obitum apostatae.
- 5 Accusatio de criminis peculatus durat quinquennio.

Q V A E S T I O X X I I I .



IGESIMO TERTIO quæro quanto tempore duret huiusmodi ius accusandi memoriam defuncti post rei obitum? & videtur dicendum q; usque ad annos. xxx. superinde fieri possit accusatio, per tex. in l. omnes. C. de præscript. xxx. vel. xl. annorum, vel saltim annis. xx. faciunt dicta supra. q. xiiij. proxima præcedenti, vbi diximus q; infra. xx. annos inquiri potest de delicto vt in l. ait prætor. ff. ad leg. Aquil.

† Dicas tamen q; istud ius accusandi defuncti memoriam durat solum annis quinque, vt habetur in l. ij. C. de apost. & de hoc est glos. singularis, in l. Manicheos. C. de hæret. & habetur per glos. xxiiij. q. ij. in summa, & per Roma. in singul. 43. 1. Incipiente, de crimine læsæ maiestatis, idem voluit Angel. in tract. de malefi. in verb. & haic tradito la tua patria, in versi. & besie aduertas, in fin. vbi dixit, q; tali iuri damnandi memoriam defuncti delinquentis quinquennio præscribitur, argumento. l. ij. C. de apost. idem voluit Angel. in s. interdum col. ij. in versi. in glos. damnato in fin. inst. de hæred. quæ ab intest. defer. idem voluit Alberic. in l. fin. in finalibus verbis. ff. ad leg. iul. maiest. & Alexan. in apost. ad Bar. in d. l. fin. & ista est commun. op. Glosa tamen in c. accusatus. de hæreti. in vi. videtur tenere, q; istud ius duret annis xl. quam mentitenendam & singularē dicit August. de Arim. in addit. ad Ange. in tract. de malefi. in verb. & haic tradito la tua patria. nume. 17. dicens, q; licet illa glos. loquatur in hæretico, tamen locum habet in criminis læsæ maiestatis, & ita illam glos. intelligit Ioan. Andr. ibi in nouel. Hierony. Gigas.

T

- & ibidem Gemi. communis tamen opinio (vt dixi) est de quinquennio.
2. Et t eodem temporis spatio durat etiam quærela inoffitiosi testameti, quæ solum intentari potest intra quinquennium. l. si quis filium in fin. C. de in-
 3. offi. test. idem t in accusatione adulterij. l. adulter. C. ad leg. iul. de adulter.
 4. idem t in accusatione apostatus post obitum apostatæ. l. i. C. de apostat.
 5. & l. apostatarum. eod. tit. idem t in criminè peculatus. l. peculatus. ff. ad leg. iul. pecul. & in quibusdam alijs criminibus, de quibus vide glos. not. in l. quærela in verb. sicut cætera. & ibi docto. C. ad leg. Cornel. de fals. & ibi Odofred. in versicu. Or signori.

S V M M A R I V M.

- An in omni casu criminis læsæ maiestatis dñnetur defuncti memoria post eius obitum.
2. Bona defuncti auferuntur hæreditibus, in duobus tantum casibus, uidelicet quando defun-
ctus molitus est contra Imperatorem, & contra rempublicam.
 3. Commissio criminis læsæ maiestatis contra principem inferiorem, non habet locum dam-
natio memorie defuncti, nec pœna. l. quisquis. C. ad l. iul. maie. quo ad filios.
 4. Cum dicitur de republica, intelligitur romanorum.
 5. L. fin. ff. ad l. iul. maiest. dum de principe loquitur, intelligitur de summo principe ro-
manorum.
 - 5 Dispositio. d. l. fin. ff. ad l. iul. maiest. & l. penul. & fin. C. eod. tit. locum non habent in
Duce Mediolani qui ab Imperatore maiestatem habet.

Q. V AE S T I O XXIII.



IGESIMO QVARTO quero: an in omni casu cri-
minis læsæ maiestatis damnabitur defuncti memoria post
eius obitum? glos. in l. penul. C. ad leg. iul. maiest. in verb.
neminisse. dicit, qd non: sed solum id fieri contra illius me-
moriā, qui contra Imperatorem vel Rempublicam est
molitus. ad idem est text. in l. fin. ff. ad leg. iul. maiest. vbi

Vulpianus iureconsultus expresse dixit, qd non omnis, qui læsæ maiestatis
reus est, in eadem conditione est, vt contra eum post mortem procedi pos-
sit: sed tantum is, qui perduellionis reus est hostili animo aduersus Rem-
publicam vel principem animatus, cæterum si quis ex alia causa legis Iulie
maiestatis reus sit per mortem a pœna criminis liberabitur. ista sunt verba
■ Vulpiani in d. l. fi. ff. ad leg. iul. maiest. Erit t ergo in dictis duobus casibus
speciale, qd bona defuncti ab eius hæreditibus auferantur, ita voluit etiam
Azo, in summa, in titu, de crim. læsæ maiest. C. in. s. sunt autem, per text. in

d.l.fin.Odofre.in l.eorum patrimonia col.ijj.verſi. Secundo modo.nu. 15.
 C.de iure fisci.lib.x.& Bal.in consi.63. si quis commisit. in iiij.volū. idem
 voluit Alexan.in consi.xij.Consideratis his quæ in thæmate.col.ij.in vi.
 2 volū.vbi dixit, q̄ t̄ quando tale crimen est: commissum contra principem
 inferiorem, non habet locum damnatio memoriae defuncti, nec poena l.
 quisquis.C. ad leg.iul. maiest. quo ad filios. hoc etiam tenuit.Ioan.Igneus
 in sua disput. An Rex Franciæ subsit. Impera.nu. 108. idem voluit etiam
 Math.de Afflict. in c.i.in.s.& bona committentium,col.ij.nu. 15.in titul.
 quæ sint regal.in vſibus feud. & tradit post alios Franc.Lucanus in tract.
 suo de priuileg.fisci,in i.parte.nu. 11.& Angel.in consi. 223.col.i.in versi.
 Contrarium est verum.& est tex.in.s.publicorum versicu.publica autem.
 inst.de public.iudi.glos.in.s.per contrarium in verbo, post mortem.inſtit.
 de hæred.quæ ab intest.defer.& in d.s.publicorum in versicu.publica au-
 tem,in glos.in ver.memor.inſtit.de public.iudic.Et,dum dicitur t̄ de Re-
 publica,intelligitur Romanorum: Deci.in consil.410.in causa mota.colū.
 penul.verſi.Et ita ex omnibus.in iiij.volū.vbi dixit,q̄ non esset idem, si ta-
 le delictum committeretur contra Rempubli.Florentinorum: tunc enim
 defuncti memoria damnari non posset.adducit ad hoc Angel.in l.i.C.ne
 ex delict.defunct.col.i.in versic.glos.ibi ex duobus,& sequitur Cepol.in
 4 consi.xvij. vīsa commissione.colum.v.nu. 12. & nu. 13. Et t̄ d.l.fin.ff.ad
 leg.iul.maiest.dum de principe loquitur,intelligitur de summo principe ro-
 5 manorum: vnde Deci.in d.conſi.conſuluit,quod t̄ dispositio.d.l.fin.ff.ad
 leg.iul.maiest.& l.penulti.& fin.C.eod.titul.locum non habeant in Duce
 Mediolani,qui ab Imperatore maiestatem habet,quem recognoscit: quod
 probari dicit ex verbis.d.l.fin.ff.ad leg.iul. maiest. dum ibi dicitur, plane
 non quisquis maiestatis reus est,in eadem conditione est, vt eius memoria
 damnari debeat: Sed solum &c.Et prædictam conclusionem, q̄ quando
 quis commisit crimen læsæ maiestatis contra principes inferiores eius me-
 moria post eius obitū damnari non posset,tenuit etiam.D. Carolus Ruin.
 præceptor meus in consi.ijj.col.v.nu. 12. in v.volū. & ibidem concludit,
 q̄ cuiusdam, qui crimen læsæ maiestatis contra Ducem Mediolani com-
 misit,damnari non potuerit memoria:vt per eum in d.col.vi.Et istam esse
 communem opinionem , & veram attestatur Nicolaus Boerius in tract.
 de seditionis.in vi. præsupposito. nume. 20. quam procedere dixit etiam in
 non recognoscentibus superiorē de facto ex priuilegio vel consuetudi-
 nem præscripta: Allegat Socinum in consilio.375.in causa fratrī Andr.
 in secundo volumi. & ita seruari dicit in Regno Franciæ. In dominis &
 principiis ab ipso Rege inferioribus , & ipsum Regem recognoscen-
 tibus.

- Si fiat statutū in ciuitate quōd in crīmine lēsē maiestatis uel oppugnatē patriē damnari possit defuncti memoria & eius bona confiscarī post rei obitum in his casibus in quibus cessante dicto statuto id de iure alias fieri nō posset, an dictum statutum valebit;
- 1 Sententia confiscaſionis bonorum lata contra mortui memoriam non ex eo quōd mortuus machinatus esset contra Cēſarem aut Rem publicam, sed in alijs capitibus d.l. Iuliæ, est ipſo iure nulla.
 - 2 Sententia lata contra iuris dispositionem expressam est nulla.
 - 3 Sententia lata contra rationem legis etiam loquentis in alijs terminis est nulla.
 - 4 Sententia lata contra statutum est nulla.
 - 5 Sententia lata contra consuetudinem notoriam est nulla.

Q V A E S T I O X X V.



- IGESIMO QUINTO quāro: si fiat statutum in ciuitate, quæ ius statuendi habeat: q̄ in crīmine lēsē maiestatis vel oppugnatē patriē, damnari possit defuncti memoria, & eius bona confiscarī post rei obitum: in his casibus, in quibus cessante dicto statuto id de iure alias fieri nō posset, an dictum statutum valebit? Angel. in consil. 223, pro decisione consultationis. col. i. versic. Concludo igitur dicit, q̄ dictum statutum valebit: Cessante vero dicto statuto, si esset t̄ lata sententia, contra mortui memoriam confiscaſionis bonorum propter crīmen lēsē maiestatis, non ex eo q̄ mortuus machinatus esset contra Cēſarem aut Rem publicam romanorum, sed in alijs capitibus dictae legis iuliæ, de quibus la te dixi supra in Rubri. qualiter & a quibus crīmen lēsē maiest. committit. talis sententia esset ipſo iure nulla, nisi virtute alicuius statuti ciuitatis fieri potuerit, vt decidit Angel. in d. consil. 223. in i. col. versic. conclude igitur. & erit ratio: quia dicta sententia, cessante statuto, esset contra casum legis, quia deciſum est per legem, q̄ in alijs capitibus legis iuliæ maiestatis, præterquam in duobus supra specificatis, post rei obitum procedi non posse d.l. fin. ff. ad leg. iul. maiest. Sententia t̄ autem lata contra expressam iuris dispositionem nulla est c.i. vbi late ponunt doct. & maxime post alios Fe ly. de re iudi. t̄ q̄ etiam locum habet, quando sententia est lata contra rationem legis etiam loquentis in alijs terminis, vt per Ant. de But. & Abb. in d.c.i. & ibidem Fely. in princ. t̄ idem est, quando sententia fertur contra legem municipalem, Bar. & Angel. in l. cum prolatis ff. de re iudic. & Angel. in l.i. ff. de appell. idem erit, quando t̄ sententia lata esset contra con-

suetudinem notoriam, Fely. in d. c. i. col. ij. versi. amplia secundo. Quinimo dicas, q̄ fuit dubitatum apud veteres: an iudex, qui pronunciasset cōtra Imperatoris constitutionem, de crimen lœsæ maiestatis aecusari posset? & Imperator Alex. statuit, q̄ non, vt est text. in l. i. C. ad leg. iul. maiest.

S V M M A R I V M.

Si offendatur maiestas Reipublicæ Venetæ an damnabitur defuncti memoria.

- 1 Respublica Veneta superiorē non recognoscit et vim Imperatoris obtinet in toto suo dominio.
- 2 Respublica romanorum extincta et eius loco succedit Respublica Venetorum.

Q. V AE S T I O X X V I.

VIGESIMO SEXTO quæro: vidimus in proxima præcendi quæstio. q̄ in alijs casib⁹ præterquam in duobus expressis in l. fin. ff. ad leg. iul. maiest. & in l. penul. & fin. C. eod. titul. videlicet quando offenditur persona Imperatoris, vel Respublica Romana non damnatur defuncti memoria: quid dicendum erit, si offendatur Maiestas Reipublicæ Venetæ: proculdubio dicendum erit idem esse. † cum illa superiorē non recognoscat, & vim Imperatoris obtineat in toto suo Dominio, vt late dixi supra in prin. præsentis tract. in rubric. quotuplex sit maiest. Quinimmo, † cum iamdiu Romanorum Respublica extincta sit, eius loco succedit Respublica Venetorum, ut dixit Raphael. Fulgos. in consl. 62. colū. ij. vbi inquit, nouorem autem Romanam intelligo Rempublicam Venetorum, quæ in sui dictione suppositos nouioris Romæ prærogatiua lætatur. faciunt ad prædicta ea quæ supra dixi q. xi. in tit. qualiter crim. lœsæ maiest. contra Imperat. comit.

S V M M A R I V M.

- Quis teneatur probare an accusator uel fiscus crimen lœsæ maiestatis fuisse ab eo commisum cuius memoria vult damnari, an heredibus onus probandi innocentia defuncti.
- 1 Accusator uel fiscus tenetur probare defunctum commississe crimen lœsæ maiestatis ante quam bona ab heredibus auferantur.
 - 2 Heres tenetur defunctam innocentiam defendere sed fiscus probare debet, et nisi probet eo ipso heres dicatur probasse innocentiam. Et nu. 4.
 - 3 Iura iuribus declarantur.
 - 5 Reus quis dicatur? et nu. 6.
 - 7 L. fin. ff. ad leg. iul. maiest. loquitur in reo delato ante eius morten.

- 8 H̄eres defuncto reo, & citato, tenetur purgare indicia contra defunctum facientia.
 9 Verbum, instaurari, quid significet.

Q. V A E S T I O X X V I I .



I G E S I M O S E P T I M O quæro: dictum fuit supra q. xx. & alijs sequentibus sub hoc eod. titu. q̄ mortuo imputato vel accusato de criminē læsæ maiestatis post eius obitum damnatur eius memoria, & omnia eius bona fisco applicantur, & auferuntur hæredibus illius, per tex. in l. penul. & fin. C. ad leg. iul. maiest. & l. fin. ff. eodem titul.

- † Quis teneatur probare, an accusator, vel fiscus delictum esse ab eo commissum qui defunctus est, an hæredibus onus probandi innocentiam defuncti? Odofre, hanc quæstio, examinat in l. eorum patrimonia. C. de iure fisci, lib. x. vbi casum ponit, q̄ si is qui dicitur commississe crimen læsæ maiestatis antequam de hoc accusareretur mortuus fuerit, & fiscus ex tali imputatione velit illius bona apprehendere tanquam rei criminis prædicti, negantibus hæredibus defunctum tale crimen commississe, an fiscus dicta de negatione non obstante bona defuncti apprehendere possit? & dicit quod non: nam defunctus debet de hoc accusari, vel inquire, & conuinci, ita q̄ constet ipsum huiusmodi delictum commississe. allegat tex. in l. quisquis cū l. sequent. C. ad leg. iul. maiest. & l. res quæ in controværia. ff. eod. Ita conclusio aperte probatur per tex. in l. fi. C. eod. titu. ibi, conuictio mortuo memoria eius damnetur. Ergo patet † q̄ necesse est q̄ accusator vel fiscus probet defunctum tale crimen commississe antequam bona ab hæredibus auferantur. Huic tamen conclusioni duo iura obstat videtur: videlicet text. in l. fin. ff. ad leg. iul. maiest. ibi, nā nisi hoc crimen a successoribus purgetur hæreditas fisco vendicatur. Et text. in d. l. res quæ. ff. de iure fisci ibi, & defuncto maiestatis reo parato hærede purgare Innocētiā mortui &c. per quæ duo iura videtur, q̄ onus probandi innocentiam defuncti incumbat hæredi. quibus iuribus Odofr. in d. l. eorum patrimonia, respōdet dicēdo, q̄ verbum, purgent, in dictis iuribus positum intelligitur hoc est defendā: † tenetur enim hæres defuncti innocentia defendere: Sed fiscus probare debet, & nisi probet, eo ipso hæredes dicuntur probasse innocentiam defuncti, argumen. tex. in l. fin. ff. de bon. eorum qui ante sent. & l. conuictos C. qui test. facer. poss. & facit text. in d. l. eorum patrimonia. & indubitate leges prædictæ præsupponunt delictum esse probatum, vel saltim veherenter esse indiciatum: quia alias purgatio non requireretur, & ipsa duo iura ita intelligi debent, quia † iura iuribus declarantur. text. enim in d. l. fi.

C.ad leg.iul.maiest. requirit, q̄ mortuus sit conuictus ad hoc vt eius memoria damnari possit. Defunctus enim nisi contrarium probetur innocentia presumitur: nā dolum allegans illum probare debet, ideo fiscus probare tenet. l. fi. ff. de bon.eorum. Et ad tex.in d.l.iij.C. qui test.facer.poss. responderet Odo fr.in d.l.eorum patrimonia col.fin.nu. 27. q̄ eo ipso hæres probat innocentiam quādō delictum non probatur. & istam opinionem sentit etiam Alberi.in d.l.fin.ff.ad leg.iul.maiest.

In ista quæstione distinguendum esse sentio: q̄ aut quis in vita non fuit de isto crimine læsæ maiestatis accusatus, inquisitus, vel denunciatus, & contra ipsum processum non fuit: & isto casu locum habeat q̄ dicitur in l.fin. C.ad leg.iul.maiest. oportet enim tunc q̄ defunctus de crimine conuinatur vt bona ab eius hæredibus auferantur, & fisco applicentur, vt ibi dicit tex. Aut quis in vita accusatus, inquisitus, vel denunciatus fuit de tali criminis, & formato processu probatum contra eum fuerit, vel taliter inditium q̄ contra defunctum, si viueret ad torturam procedi potuisset: & isto casu locum habeant text.in d.l.fin.ff.ad leg.iul.maiest. & text. in d.l.res quæ. ff.de iure fisci. quod manifeste patet: nam tex.in d.l.res quæ.dicit, defuncto maiestatis reo parato hærede purgare &c. et sic loquitur de eo qui reus erat. Reus † autem quis non dicitur nisi formato processu cōtra eum, & postquam fuit citatus ad se defendendum, vt per Paridem de Put. in tract. de re milit.in s. cum pleruncq.nu. 5. Ant.de Butr. in c. cum inter. de except. nam † quando quis est citatus eius nomen dicitur inter reos receptrum, vt per Ange,in tract.malefi,in verb.ad quærelam Titij.versi.& ad de q̄ postquam: Bar.in l.is qui reus. ff.de publi.iudic. † tex. vero in d.l.fin. ff.ad leg.iul.maiest. similiter loquitur in eo, qui erat reus huius criminis. patet ibi, is qui in reatu &c. Et quia reus si viueret deberet purgare indicia cōtra eum laborantia, vel ex probationibus fiendis, vel medio torturæ, ideo non mirum si hoc onus purgationis eo defuncto in hæredes trāstertur, si defuncti bona non ad fiscum pertinere prætendunt sed eis remanere debere. Et ista est vera intelligentia illorum iurium. Nec placet q̄ dicitur, quod hæres ex sola susceptione defensionis dicatur purgare innocentiam defuncti si non est probatum, quia istud procederet quando post obitum eius cui tale crimen imputatur contra eius memoriam incohatur processus, vt loquitur, tex.in d.l.fin.C.ad leg.iul.maiest.sed † quando post formatione processus reus citatus moreretur, tunc necessaria erit purgatio hæredis, vt d.l.fin. ff.eod.titu.& d.l.res quæ.in princ. ff.de iure fisci. & in l.penul.C.ad leg.iul.maiest. ibi, nam post rei mortem crimen instaurari solere. loquitur enim de eo qui ante erat factus reus huiusmodi criminis per processum formatum contra eum verbum nancq instaurari, ibi positum id indicat.

9 † Instaurare enim nil aliud est, quam iam cœptum denuo prosequi. facit illud Vergiliū in viij. Æneid. Certatim instaurant epulas. idest denuo ponunt. & alibi idem dicit, Instaurati animi regis succurrite tectis.

S V M M A R I V . M .

- 1 Aduocatus an interuenire possit quando agitur de damnanda defuncti memoria.
- 2 Hæredes post obitum defuncti, de cuius memoria damnada agitur, possunt instare quod procedatur ad sententiam super defuncti innocentia, quoniam eorum interest.

Q V AE S T I O X X V I I I .

- 1 **I** G E S I M O O C T A V O quæro: an quando agitur de damnanda defuncti memoria imputati de crimine læsæ maiestatis interuenire possit Aduocatus ad defendēdam rei memoriam? Et videbatur dicendum q[uod] non: quia pro reo criminis læsæ maiestatis Aduocati interuenire non possunt, vt vidimus supra quæst. iiiij. Hanc quæstionem examinat Præposit. in c. si quando. col. iiij. versic. & per prædicta ij. q. vi. & ibi dixit, q[uod] in hoc casu, ex quo non agitur de imponenda pena ordinaria pro criminе isto, nec locum habeant rationes per quas alias in criminalibus defensor interuenire non possit, poterit defensor accedere pro defuncto qui se personaliter tueri non potest. adducit Baldi in l. reos. in fin. C. de accusatio. & Athuri. in l. seruum. s. publice. ff. de procurator. & in rubric. C. de hæret. qui attestatur, q[uod] ita seruatum fuit tempore Clementis Papæ v. quando Philippus Rex Franciæ volebat, q[uod] damnatur memoria Bonifacij viij. Pontif. maxi. tanquam hæretici. facit text. in l. iiij. s. fin. cum sequen. ff. de liberal. causa. & l. non tantum. de appella. Et plura ad hoc adducit Præposi. loco præallegato quæ videre poteris quia eius dicta transcribere potius esset laboriosum quam subtile. Confirmatur conclusio prædicta: quia cum tractetur post obitum defuncti solum de ause rendis defuncti bonis ab eius hæreditibus, illi citandi sunt, vt vidimus supra quæst. xx proxima præcedent. Ideo absurdum esset dicere quod tali casu defensor interuenire non posset pro eis, cum nullo iure id prohibitum inventatur: sicuti statutum est quando ad pœnam ordinariam contra viuentem pro hoc crimine proceditur. Sed quæro: † an hæredes post obitum defuncti, de cuius memoria damnanda agitur, instare possint, pro eorum interesse, pro purganda innocentia ipsius defuncti, q[uod] procedatur ad sententiam super rei innocentia iam defuncti? & dicas, q[uod] sic, ita voluit Ioan. de Plat. in l. eorum patrimonia colum. ii. nume. 3. C. de iure fisc. libro x. pro quo

quo dicit esse casum singularem in l. filio. s. seia. ff. de adimē. legat. facit text. in l. fin. ibi. nam nisi hoc crimen a successoribus purgetur & c. ff. ad leg. iul. maiest. Interest enim hæredum defuncti, q̄ ex quo accusata est defuncti memoria fiat absolutio.

S V M M A R I V M.

Quanto tempore duret ius accusandi in crimen l. l. e. maiestatis?

- 1 Ius accusandi in criminalibus durat annis xx.
- 2 Accusatio in crimen apostatus durat perpetuo dum uiuit apostata, & post eius obitum durat quinquennio.
- 3 In crimen suppositi partus perpetuo agi potest. Idem in crimen parricidij. nume. 4. Et in crimen l. l. e. maiestatis. nume. 5.
- 6 Accusatio peculatoris quinquennio tollitur.
- 7 Accusatio iniuriarum anno tollitur.
- 8 Si per statutum assignetur certum tempus ad accusandum, ultra illud tempus inquire non potest.

Q V A E S T I O X X I X.



IGESIMONONO quero: vidimus supra q. xiiij. hoc eod. tit. quanto tempore duret ius inquirendi de crimen, & fuit conclusum q̄ annis. xx. per text. in l. quærela. s. falsi. C. de falsi. & supra q. xxiiij. traſtauimus quanto tempore duret ius accusandi memoriam defuncti pro crimen l. l. e. maiestatis, & dictum fuit quod durat quinquennio, restat videre quanto tempore duret ius accusandi in hoc crimen? Breuiter dicas,

† q̄ ius accusandi in criminalibus durat annis. xx. hoc enim temporis spatium regulariter criminales actiones tolluntur. text. est in d. l. quærela: & in l. ait prætor. ff. ad leg. Aquil. Ita communiter tenent docto. in d. l. quærela: vbi Barto. Angel. & Salicet. & habetur per Ioannem Franciscum Balb. in tract. suo de præscript. in secunda parte iij. part. princip. in versicu. secundo quero, versicul. amplia istam. idem voluit in d. l. quærela Cyn. &

2 Odofred. ibidem in versicul. Or signori. Fallit ista conclusio † in crimen apostatus: quia dum uiuit apostata accusatio perpetuo durat. l. ij. & l. apostatarum. C. de apostat. post obitum vero apostate durat quinquennio tantum. Item fallit, † in crimen suppositi partus, de quo perpetuo agi potest l. qui fa sam. s. i. ff. ad leg. Cornel. de falsi. Item fallit, † in crimen parricidij l. fin. ff. de parricid. Et habetur per Bonifac. de Vitellin. in tract. suo Hierony. Gigas.

malefic. in rubric. de inquisitio & earum form. colum. fin. idem puto di-
 cendum t in crimine læse maiestatis, q̄ scilicet durante vita eius qui di-
 catum crimen commisit etiam ultra annos. xx. accusatio fieri possit propter
 criminis atrocitatem. faciunt dicta supra quæstio. xiiij. nec obstat text. in d.
 l. quærela ibi, sicut cætera quoq̄ fere crimina: quia crimen læse maiesta-
 tis de se requirit specialem mentionem. facit, quia statutum concedens ge-
 nerali abolitionem criminum, non comprehendit crimen læse maiesta-
 tis, de quo vide ea quæ scripsi infra quæst. viij. in rubric. de pluribus quæ-
 stionibus. Accusatio t vero peculatus quinquennio tollitur, ut not. in l. si.
 ff. de criminis pecul. Et t accusatio iniuriarum anno tollitur. instit. de iniur. in
 fin. & habetur per Odofre. in d.l. quærela. in fin. Alexand. in l. ita demum,
 ff. de procurato. & Petr. de Anch. in consilio. cxc. Et scias t quod si per
 statutum assignetur certum tempus ad accusandum, ultra illud tempus
 inquiri non poterit de delicto. Bar. in d.l. quærelam.

FINIS LIBER PRIMUS.

XIIII. Q I T A X I A
 TITULI ET NOMINA DICTORUM
 Coloniæ ab archiprete urbis eiusdem inquit scriptis. his
 fiducia balaustri et ceteri postulati. etiam per voluntatem
 et per quodcumque oportet cum iuris sui. lxx. et ceteri sibi. c.
 Et vellet etiam quecumque iuris non est. inveniri. balaustri
 et ceteri postulati. etiam per voluntatem
 et per quodcumque oportet cum iuris sui. lxx. et ceteri sibi. c.
 Et vellet etiam quecumque iuris non est. inveniri. balaustri
 et ceteri postulati. etiam per voluntatem
 et per quodcumque oportet cum iuris sui. lxx. et ceteri sibi. c.
 Et vellet etiam quecumque iuris non est. inveniri. balaustri
 et ceteri postulati. etiam per voluntatem
 et per quodcumque oportet cum iuris sui. lxx. et ceteri sibi. c.
 Et vellet etiam quecumque iuris non est. inveniri. balaustri
 et ceteri postulati. etiam per voluntatem
 et per quodcumque oportet cum iuris sui. lxx. et ceteri sibi. c.
 Et vellet etiam quecumque iuris non est. inveniri. balaustri
 et ceteri postulati. etiam per voluntatem
 et per quodcumque oportet cum iuris sui. lxx. et ceteri sibi. c.
 Et vellet etiam quecumque iuris non est. inveniri. balaustri
 et ceteri postulati. etiam per voluntatem
 et per quodcumque oportet cum iuris sui. lxx. et ceteri sibi. c.
 Et vellet etiam quecumque iuris non est. inveniri. balaustri
 et ceteri postulati. etiam per voluntatem
 et per quodcumque oportet cum iuris sui. lxx. et ceteri sibi. c.
 Et vellet etiam quecumque iuris non est. inveniri. balaustri
 et ceteri postulati. etiam per voluntatem
 et per quodcumque oportet cum iuris sui. lxx. et ceteri sibi. c.
 Et vellet etiam quecumque iuris non est. inveniri. balaustri
 et ceteri postulati. etiam per voluntatem
 et per quodcumque oportet cum iuris sui. lxx. et ceteri sibi. c.
 Et vellet etiam quecumque iuris non est. inveniri. balaustri
 et ceteri postulati. etiam per voluntatem
 et per quodcumque oportet cum iuris sui. lxx. et ceteri sibi. c.



HIERONYMI GIGANTIS

IVRISCONSULTI FORO-

SEMPRONIENSIS DE CRIMINE

LÆSÆ MAIESTATIS.

LIBER SECUNDVS.

QVI ACCVSARE POSSINT IN
CRIMINE LÆSÆ MAIESTATIS.

S V M M A R I V M .

An Forensis admittatur ad accusandum in crimen lœsæ maiestatis?

- 1 Forensis in crimen publico non admittitur ad accusandum.
- 2 Stante statuto q. quilibet accusare posſit, non admittetur forensis ad accusandum.
- 3 Si iniuria fiat sacerdoti quilibet de talem accusare poterit.
- 4 Forensis in crimen lœsæ maiestatis admittitur ad accusandum.

Q V A E S T I O I .



R I M O quæro: an forensis admittatur ad accusandum in crimen lœsæ maiestatis? videtur dicendum quod non, quia crimen lœsæ maiestatis est crimen publicum i.e. ff. de pub. iudic. facit tex. in c. ius publicū iuncta glos. i. distin. g. publica autem. instit. de public. iudic. forensis tamen in crimen publico non admittitur ad accusandum, vt tenet glos. in l. is qui, reus. ff. de pub. iudic. & Angel. in rubric. ff. de publi. iudic. quia, cum sit forensis, sua non interest etiam ratione patrize. facit pro ista opinione text. in l. in prouinciali. in. g. fin. ff. de oper. nou. nunciat. vbi Paul. de Castr. per illum tex. dixit, t. q. stante statuto, q. quilibet accusare posſit, q. forensis non admittetur ad accusandum. & Iaso. ibi ad hoc allegauit Bald. qui hanc opinionem tenuit in c. ex parte adæ de testibus. col. ii. vers. dicit. Bar. ad idem facit, t. quod voluit Bald. & Paul. de Cast. in l. i. g. huius studij. ff. de iusti. & iure. vbi dixerunt, q. si iniuria fiat sacerdoti quilibet de populo talem accusare poterit, dummodo sit de populo illius loci. quod sequitur etiam Præposit. in summa ii. q. vii. Contrarium tamen dicas te-

L I B E R S E C V N D V S . T R A C .

nuisse Imol.in l.i. ff. de publii.iudic. Immo & Angel.in l.si quis. ff. de priuat. delict. vbi in indiuiduo tenet , q forensis accusare poterit, & idem tenuit Angel.in tract.malefi.in verb.ad querelam Titij,in versi. in criminē au- tem publico.de quo tamen late tradit.idem Ang.in tract. malefi. in ver- bo,che haī tradito la tua patria,in versic.in crimine autem publico : & ibi
 4 in addit.Sed † quicquid dicant in hoc doct.in crimine læsæ maiestatis fo- rensem admitti ad accusandum censeo : nam in isto crimine omnes admit- tuntur ad accusandum etiam alias prohibiti,vt per Angel. in d. suo tract. de malefi.in d.verb.che haī tradito la tua patria.in versi. quæro quis pos- sit accusare.facit text,in l.famosi. ff.ad leg.iul.maiest. Quinimmo, ex quo hoc crimen publicum est, non solum ciuis, sed etiam forensis ad accusan- dum admitti debet,Bar.in d.l.is qui reus,& ibi Imol.super glos.fin.& An- gel.in d.tract,in verb.ad querelā Titij.in d.versi. in crimine autē publico.

S V M M A R I V M .

- An mulier admittatur ad accusandum in crimine læsæ maiestatis?
 1 Mulier ad accusandum non admittitur nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur re- gulariter.
 2 Mulier admittitur ad accusandum in crimine læsæ maiestatis.
 3 Fulvia mulier coniurationem Catilinæ detexit.
 4 Mulier admittitur ad accusandum in lege Iulia de anona.
 5 Mulier admittitur ad accusandum suspectum tutorem.
 6 Mulier admittitur ad accusandum eum , qui falsum commisit circa testamentum licet ad eam uel ad alios suos non pertineat.
 7 Mulier admittitur ad accusandum in crimine heresis.
 8 Mulier accusat sacrilegum.
 9 Mulier admittitur ad accusandum in crimine simonie.
 10 Mulier admittitur ad accusandum pastorem bona Ecclesiæ dilapidantem.
 11 Commater accusare potest occisorem compatrii sui.
 12 Mulier in casibus,in quibus potest accusare , tenetur de iure ciuili inscribere se ad po- nem talionis:secus hodie.

Q V AE S T I O I I .



E C V N D O quæro : an mulier admittatur ad accusan- dum in hoc crimine læsæ maiestatis ? videtur prima facie dicendum q nō, ratione fragilitatis sexus l. de crimine.C. qui accusar. non poss. † vbi, mulier ad accusandum non admittitur , nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur l. ij. ff. de accusatio, & habetur per Ang. in tract.suo,malefi.

in verbo, ad quærelam Titij in versi. Et licet in supradictis, & per Præpo.
 in c. prohibentur in princi. h. q. i. & ibidem Ioan. de Turre. Cremat. col. i. in
 versi. prohibentur, ad idem tex. in l. senatus. C. qui accusar. non poss. l. i. &
 ibi Ang. ff. de accusatio. prædicta tamen regulariter procedunt. Attamen
 ¶ secus est in crimine læsæ maiestatis, in quo mulier admittitur ad accusan-
 dum Specul. in tit. de accusat. s. i. versi. item q. est mulier. Hippoly. Marsil.
 præceptor meus in l. de minore, in princ. col. ij. versic. & subdit etiam ff. de
 quæstio. probatur ista conclusio in l. in quæstionibus. ff. de accusatio. & vi.
 q. i. c. nullus, & hoc tenuit etiam glof. in verb. prosequatur, in d. l. de crimi-
 ne, & ibi Bar. vbi glof. dixit, ¶ q. Fulvia mulier coniuratione Catilinæ de
 texit, facit tex. in l. in quæstionibus. ff. ad leg. iul. maiest. ad idem est glof. in
 l. ij. in verb. testamentaria ff. de accusatio. & tex. in c. certis de causis. s. in di-
 gestis. xv. q. ij. vbi tex. in versic. in quæstionibus, dixit, q. Iulia mulier con-
 iurationem Sergij Catilinæ detexit, & Marcum Tullium Consulem in iu-
 dicium eius instruxit, idem dicitur in d. l. in quæstionibus, vbi dicitur Ful-
 via non Iulia. & Petr. Andr. Gammarus in sua glof. supra Constit. Iulij ij.
 Pont. Maxi. de simoniaça Elle. et. Papæ. dicit illam fuisse Iuliam non Ful-
 uiam. Secundo ¶ fallit supradicta conclusio, q. mulier non admittitur ad
 accusandum in l. Iulia de annona in qua mulier ad accusandum admittitur.
 l. fin. in fin. ff. ad leg. ful. de Annon. Tertio ¶ fallit in accusatione suspecti tu-
 toris: nam ibi mulier admittitur. s. consequens. Instit. de suspe. et. tutor. l. i. s.
 6. consequens. ff. de suspe. et. tutor. Quarto ¶ fallit quādo mulier accusat eum
 qui falsum commiserit circa testamentum, licet ad eam vel. ad alios suos
 non pertineat: id enim spetiale est propter criminis immanitatem, vt dixit
 7 glof. in d. l. ij. in verb. testamentaria. ff. de accusat. Quinto ¶ fallit in crimen
 8 hæresis. l. Manicheos. C. de hæret. c. vergentis. de hæretic. Sexto ¶ fallit in
 9 crimen sacrilegij. l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cleri. & ij. q. i. c. in pri-
 mis. Septimo ¶ fallit in crimen simoniae. l. si quemquam. C. de episcop. &
 10 cleric. Octauo ¶ fallit quando Pastor Ecclesiæ bona Ecclesiæ dilapidat. c.
 licet heli. de simon. hos omnes casus enumerat Specul. in tit. de accusat. in
 11 fin. & Salic. in d. l. de crimen. C. qui accusar. non possunt. Nono ¶ fallit in
 Comatre, quæ accusare potest occisorem Compatrios sui, de quo Andr.
 Barba. in c. corā. col. vi. versi. Ego adduco. de offic. deleg. vbi approbat di-
 ctum Bal. hoc tenetis in l. i. C. qui accus. nō possunt. Et circa pdictos casus,
 q. mulier possit accusare, idē dixit Præpo. in c. phibetur. ij. q. i. col. ij. versi.
 vlti. quæro. & Ang. in tract. malefi. in verb. ad quærelā Titij. versi. & licet
 12 in supradictis. vbi Augus. et Hier. in additio. Mulier ¶ in casibus. in qui-
 bus ad accusadū admittit, inscribere se debet de iure ciuilis ad poenā taliōis,
 alias nō admitteretur. d. l. de crimen. C. qui accus. nō pos. Ang. in d. tract.

de maleſi. in prædicto verbo ad q̄relā Titij. in versic. & līcet in supradictis. Secus autē est de iure canonico, de quo habes glo. xv. q. iij. in c. de crimine. & ij. q. i. c. mulierem. idem tenuit glos. ij. q. viij. & glos. in c. super his. de accusatio. & Alberi. in d. l. de crimine. Sed (vt alias dixi) hodie poena talioris recessit ab Aula, nec seruatur de consuetudine.

S V M M A R I V M.

- An frater in crimenſe maieſtatis admittatur ad accusandum fratrem?
- 1 Regulariter fratri fratrem non permittitur accusare.
 - 2 Frater dicitur quaſi fere alter.
 - 3 Frater Naturalis tantum non admittitur ad accusandum fratrem.
 - 4 Frater, qui ſuam uel ſuorum iniuriā prosequitur, admittitur ad accusandum fratrem etiam in crimenſe capitali.
 - 5 Frater in crimenſe maieſtatis fratrem accusat.

Q VAE S T I O III.



ERTIO quero: an frater in hoc crimenſe maieſtatis admittatur ad accusandum fratrem? Dicas, † q̄ regulariter fratri fratrem non permittitur accusare. l. magnum, C. qui accus. non poss. & eſt ratio ſanguinis coniunctio, quæ immutabilis eſt l. ius ſanguinis. ff. de reg. iur. † dicitur enim frater quaſi fere alter. idem habetur per Io. de Anan. in c. accusasti. in versic. nunquid autem frater, de accusat. hoc tamen videatur locum habere in magnis delictis, ſecus in leuibus. l. ſororem. C. qui ac-
cus. non poss. † idem dicendum erit in fratre naturali tantum: vt not. Sa-
lic. in d. l. magnum, & ita voluit Angel. in tract. maleſi. in verbo ad quere
4 lam. versic. quinto repellitur. Fallit † tamē in fratre, qui ſuam vel ſuorum
iniuriā prosequitur: tunc enim frater ad accusandum fratrem admittitur
etiam in crimenſe capitali, ſicuti de matre dicitur in l. propter. & in l. ſi ſo-
rem. C. qui accus. non poss. Specul. in titu. de accusatore. s. i. versicu. Item
q̄ eſt frater. August. de Arim. in addit. ad tract. Angel. de maleſi. in addi-
tione ſuper d. versic. quinto repellitur. Corroboratur dicta conclusio, q̄
frater non admittatur ad accusandum fratrem in crimenſe capitali: nam vt
ſupra diximus ſecundum Aulum. Gel. lib. xiij. no. Et atticarum. frater dici-
tur quaſi fere alter. Et Salustius in Iugurta ſic inquit, quis autem amicior
quam frater fratri: aut quem alienum fidum inuenies, ſi tuis hostis fueris?
facit illud Pauli ad Hæbreos. c. xiij. Charitas fraternitatis in vobis maneat.

Dicas tamen secus esse in criminè læse maiestatis: nam in isto criminè frater fratrem accusat, ut voluit specul. in d. titu. de accusat. s. i. in d. versicu. Item q̄ est frater: allegat text. in l. penul. C. de accusatio. idem tenuit magnus criminalista. D. Hippolyt. Marsil. præceptor meus, in l. de minore. in princ. col. i. nume. 3. ff. de questio. & Placent. in tract. suo de aceusa. publi. iudic. titu. ij. nume. 7.

S V M M A R I V M.

An infamis admittatur ad accusandum in crimine læse maiestatis?

- 1 Infamis regulariter ab accusando repellitur.
- 2 Infamis admittitur ad accusandum in crimine læse maiestatis, etiam quod sit damnatus de crimen publico.
- 3 Infamis non potest accusare inimicum suum, etiam in crimine læse maiestatis.

Q. V AE S T I O . I I I I .



VARTO quero: quid dicendum de infami, an ad accusandum in hoc criminè admittatur? Dicas tamen infamem regulariter ab accusando repelliri. l. qui criminis. C. qui accus. non poss. Et ratio dicitur esse propter præsumptam calumniam. Regula. semel malus. de regu. iur. in vi. l. Casius. ff. de senat. Cyn. in d. l. qui criminis, aliam addit rationem: quia si is qui accusat non probat perdit famam l. fin. C. de accusat. sed infamis, cum iam famam ammiserit, eam amplius perdere non potest. l. cognitionum. s. i. ff. de var. & extraordi. crimin. l. ij. C. vt infra cert. temp. idem dicit Ioan. de Turre Crema. in c. in primis. col. iiij. versi. nam infames. 2 ij. q. i. Fallit tamen ista regula in crimine læse maiestatis, in quo infamis admittitur ad accusandum. Ange. in tract. de malefi. in verbo, & ad quærelam. versic. sexto ab hac accusatione. & tex. de hoc clarus in l. famosi, & ibi Bart. & omnes. ff. ad leg. iul. maiest. idem Bart. in l. in questionibus. ff. ad leg. iul. maiest. Et hoc procedit etiam in damnato de criminè publico. Angel. in prædicto tract. in verb. Che hai tradito la tua patria. in versicu. quero quis possit accusare. idem voluit Angel. in l. qui iudicio. ff. de accusatio. & vide August. de Arimino in addit. ad Angel. in d. tract. super d. versic. quero quis possit accusare. Erit ergo firma conclusio q̄ in hoc criminè læse maiestatis infamis admittitur ad accusandum. Istam tamen conclusionem limita tamen non procedere, quando infamis esset inimicus illius quem accusat; nam tunc non admitteretur ad accusandum, etiam in hoc

crimine, ita voluit Angel. in d.l. famosi. in princ. in versicū. in textu ibi. ff. ad leg. iul. maiest. inimicus enim repellitur ab accusando in isto crimine. ut infra q.vi. proxime sequent.

S V M M A R I V M.

An socius criminis admittatur ad accusandum in crimine læse maiestatis.

- 1 Socius criminis non admittitur ad accusandum regulariter.
- 2 Socius criminis admittitur ad accusandum in crimine læse maiestatis, in crimine simonie. nu. 3. & in crimine hæresis. nu. 4.
- 3 Socius criminis effectus inimicus nō admittitur ad accusandum in crimine læse maiestatis.

Q V A E S T I O V .



- VINTO quæro: iure cautum est, q̄ socius criminis non admittatur ad accusandum l. si filium. C. de liberal. causa. xv. q. iij. c. nemini. Gandi. in tract. suo de malefi. in rubric. qui poss. accusar. in vers. item q̄ est socius. Specul. in tit. de accusat. s. i. versi. item repellitur qui fuit socius. Bald. in rubric. C. qui accus. Ange. in tract. malefi. & ibi August. in addit. in ver. ad quærelam Titij. versicu. Decimonono repellitur. Alex. in consl. i 27. in iiiij. volum. Ista conclusio regulariter procedit: Fallit † tamen in crimine læse maiestatis, vt voluit Ioan. de Turr. Cremat. in c. si quis ij. col. versi. respondeo. distinc. lxxix. ad idem est tex. in c. veniens, el i. & ibi glos. de test. & not. in l. fin. C. de accusat. Alberi. in l. famosi. ff. ad leg. iul. maiest. & ibi Angel. tex. in c. quæro ergo. s. verum. vi. q. i. & in c. i. de conf. & c. si quis Papa. & ibi glos. lxxix. Distinc. idē voluit August. in tract. malefi. Ange. in sua addit. versi. prædicti. Decimonono. idem tenuit etiam Ioan. Igneus. in sua disputatione, an Rex Franciæ recogn. Imper. nu. i 20.
- 4 Secundo † fallit in crimine simonie vt voluit Turre Cremat. in d.c. si quis, & est expressum in Constit. Iulij ij. de simoniac. Ellect. Pontifi. Ter-
 - 5 mat. loco præallegato. Istam conclusionem † limitarem non procedere, quando socius criminis esset effectus inimicus accusati, per ea quæ dixi supra q. iiiij. proxi. præcedenti in fin. & quæ dicuntur in q. vi. proxi. sequen-

S V M M A R I V M.

An inimicus admittatur ad accusandum in crimine læse maiestatis?

- 2 Inimicus regulariter ad accusandum non admittitur.

- 2 Crimina per testes non per accusatorem probantur.
- 3 Inimicus in crimen læse maiestatis repellitur ab accusando.
- 4 Idem in criminibus exceptuatis, ac in notorijs.nu.6.
- 5 Inimicus repellitur ab obijcendo crimen per uiam exceptionis.
- 6 Inimicus, qui prohibetur accusare, an denunciare poscit.
- 7 Inimicitia ad repellendum accusatorem qualis esse debeat.
- 8 Vbi agitur de repellendo, a præmio sufficit quælibet odiositas qualitercumq; concepta.
- 9 Inimicitia capitalis, quot, & quibus modis dicatur.
- 10 Inimici amicus, repellitur ab accusando : & quomodo intelligatur.
- 11 Complices dicuntur qui sunt consotij ad malum non ad bonum.
- 12 Inimicus admittitur ad accusandum de hæresi, stricto modo sumpta.
- 13 Quod committitur in diuinam religionem in omnium infertur iniuriam.

Q V A E S T I O V I .



E X T O quæro : an inimicus accusare possit ? Dicas, quod videtur dicendum prima facie q; sic : quia admittitur infamis, qui alias repellitur, vt dixi supra q; iij. proxima prædente . Item admittitur ad accusandum in hoc crimen socius criminis, vt vidimus in proxima præcedenti q; contra rium dicas : † quia inimicus regulariter ad accusandū non admittitur.c. per tuas.de simon.s. si vero quis odiosus.In au&t. de test. Inst. de excusat.tuto.s.inimicitæ.iij.q.v.c.accusatores.Ioan.de Turre.Cremat. in c.in primis.col.iij.nu.8.i.j.q.i.Abb. tamen.in c.licet heli.colum.i.j.versic. vlti.collige.de simon.dixit,in iure ciuili non reperiri inimicum accusare nō posse.& videtur tenere , q; inimicus accusare possit, & rationem assignat,

2 quia † crimina per testes non per accusatorem probantur, ideo facilius admittitur accusator quam testis.Idem tenuit Abb. in c.i.in versic. circa tertiam & vltimam.de accusatio.Imol.in l.is qui reus ff. de publi.iudic. tenet opinionem Abbatis de iure ciuili, secus dicit esse de iure canonico. idem dicit Fely.in c.i.col.i.j.versicu.vtrum inimicus.de accusatio.allegat.c.meminitus.& c.cum oporteat.eod.titu.ad idem est tex.in c.accusatores.el.i.iij. q.v.ad idem tex.in c.cum P.Manconella.de accusatio.Bal. tamen & Angel.in d.l.is qui reus,tenent inimicum repelli ab accusatione.Et idem tenuit Angel.in tract.malefi.in verb.ad quærelam Titij.versi. vigesimo repellitur, & ibi August.in addit.Dicas † q; in crimen læse maiestatis non est dubium inimicum ab accusando repelli, ita tenuit Specul. in tit.de accusatio. in i.s.versic.fin.in fine per tex.in c.per tuas.de simon.idem in titu.de accusatio.in iij.parte.in s.i.j.in versic.i.Angel.in l.qui accusare.ff.de accusat. ini-

Hierony. Gigas,

micus enim capitalis non accusat. Præposit, in c. episcopis, in versicu. in ea
 glos. ibi. iij. q. i. & idem in c. in primis. s. quia ergo, col. i. in versicu. Nota q.
 inimicus. ij. q. i. ad idem facit tex. in c. accusatores. el i. iij. q. v. Et q. inimicus
 non admittatur ad accusandum in hoc criminе tenuit etiam Alberic. in l.
 famosi, in versicu. conspiratores tamen. ff. ad leg. iul. de adulter. & ibidem
 4 Angel. in princ. vbi dixit, q. t. in criminibus exceptuatis inimici ad accu-
 sandum non admittuntur, per tex. in c. per tuas, extra de simon. idem te-
 nuit August. de Arim. in addit. suis ad tract. Ange. de malefi. in verbo, ad
 querelam Titij. in addit. quæ incipit, tu autem in hac materia: versic. tene-
 , tamen menti. Quinimmo t. inimicus repellitur etiam ab obiciendo crimine
 per viā exceptionis, vt est tex. in d. c. meminimus. de accusat. Talis. n. volu-
 taria obiectio accusationē sapit, vt not. in c. exhibita de iudic. & per Innoc.
 in c. Dudū. de elec. ita dixit Præpo. in c. accusatorib. in i. not. ij. q. v. idē vo-
 luit Archid. in d. c. accusatores. d. i. iij. q. v. et Spec. in tit. de accusat. in verbi.
 6 itē cū inimico. t. Amplia p̄dicitā cōclusionē, q. inimicus ab accusādo repel-
 latur, vt procedat etiam in notorijs, secundū Roma. in consi. 3:4. in p̄posi-
 ta consultatione, & Alex. in consi. 3:5. visa inquisitione formata, col. fin.
 7 in fi. in iij. volu. ad idem est text. in c. nulli episcoporum ij. q. v. Sed t. quid
 dicemus de inimico qui accusare prohibetur, an saltim poterit denuncia-
 re. Decisio huius dubij penderet ab illa quæstione, vtrum prohibitus accu-
 sare possit denunciare: in qua lo. Andr. & Archid. in c. indemnitatis. s.
 i. de elec. in vi. dixerunt q. sic. & idem voluit Bal. in l. i. C. si tut. nō geller.
 per illum tex. ad q. facit q. tradit Ang. in l. quæstum. ff. de in iul. vocand.
 illum articulum examinat seriose Præposit. in c. i. ij. q. viij. col. 5:2. in versi.
 an prohibitus accusare. nu. 149. vbi facit longam distinctionem, vide ibi
 8 per eum. Qualis t. autem debeat esse inimicitia ad repellendū accusatorem
 tradunt docto. in d. c. accusatores. & vide per Angel. in tract. de malefic.
 in d. verbo ad querelam. In versic. vigesimo repellitur inimicus, & ibi Au-
 gusti. in addit. in quibus locis concludunt, ex inimicitia capitali repellere quem
 ab accusando: allegat Angel. loco præalleg. not. in l. labeo. ff. de arbitr. &
 in l. inimicitia. ff. de his. quib. vt indign. & l. iij. s. fi. & ibi Bar. ff. de adimen.
 legat. idem voluit loan. de Anna. in c. repellatur, versi. Vtrum autem quæ
 libet inimicitia, de accusatio. vbi refert opin. Vincentij, q. sola capitalis ini-
 micitia repellat accusantem: quod dicit verum esse vbi agitur. de repel-
 9 do inimicum, a iure communi, vt in l. licet ff. de arbitr. sed t. vbi agitur de
 repellendo a præmio, sufficit quælibet odiositas qualitercumq. concepta;
 allegat tex. in l. testamento centurio. ff. de manu. testam. & l. lutius. ff. de le-
 10 gat. ij. Quot t. autē, & quibus modis dicatur capitalis inimicitia: vide Fely.
 in c. cum opotreat col. iij. de accusat. vbi etiam ponit quid dicendum de ini-

mico reconciliato, de quo etiam habetur proptere*s* in c. accusatoribus. iij. q. v.
 11 Et non solum inimicus repellitur ab accusando, sed tamen etiam amicus inimi-
 cit: ita dixit Ioan. de Anna. in d.c. repellantur in princ. allegat quod habetur in
 c. accedens el. iij. vt lit. non contest. vbi probatur, quod inimicitia extenditur
 ad tertiam personam, subdens quod regulariter ista materia non est multum
 extendenda, vt not. Innoc. in c. insinuatae, de off. deleg. & istud quod dictum
 est de amico inimici, intellige de cohabitan*t*e cum inimico cohabitatione
 continua: secus si modico tempore, pro id quod habetur in l. licet. s. in factum
 actio. ff. Naut. caup. stabul. ita dixit Ioan. de Anna. loco proxime allegato,
 vide Præposit. in d.c. accusatores. in fin. iij. q. v. Fely. autem in c. cum opor-
 teat col. iij. in versi. Nota sexto. dicit, quod eo ipso quod quis conuersatur cum
 inimico meo, inimicus meus præsummitur: ideo dicit, quod non solum coha-
 bitantes cum inimico meo, vt in d.c. repellantur admitti non debet ad ac-
 cusandum, sed etiam conuersantes, & etiam complices. Subdens, quod tamen com-
 plices dicuntur qui sunt consociati ad malum, & non ad bonum. Conclusio-
 nem tamen supradictam, quod inimicus ab accusando repellatur, limita non proce-
 dere in hæresi stricto modo sumpta: quia tunc dicitur prosequi sua vel suorum in-
 iuriā tamen quod non conmittitur in diuinā religionē in omniū infertur iniuriā l. mani-
 cheos. C. de hære. itavoluit Fracis. Eps Squillacensis in trac. quod fide cato. c. 51.

S V M M A R I V M.

- 1 An pupillus admittatur ad accusandum in crimen lese maiestatis?
 2 Pupillus regulariter non admittitur ad accusandum.
 3 Pupillus cum autoritate tutoris admittitur ad accusandum in crimen lese maiestatis.
 3 In crimen lese maiestatis omnes admittuntur ad accusandū, qui alias accusare prohibentur.

Q V AE S T I O VII.

- 1  E P T I M O quod: an pupillus accusare poterit? Dicas, quod regu-
 lariter non admittitur ad accusandū. l. i. & iij. ff. de accusat. c. pro-
 hibetur. iij. q. i. l. i. C. de fals. monet. iij. q. iij. c. inuiti. et per Bar. in
 d. l. iij. s. pupillus. ff. de accusatio. Ang. in trac. malefi. in verb. &
 ad quarelā Titij. in versi. Duodecimo prohibetur Pupillus, ide voluit Io.
 de Turr. Cremat. in c. prohibetur. col. i. in versi. prohibentnr. iij. q. i. & est ra-
 tio propter fragilitatē ætatis, et carētiā intellectus, vt dixit Ang. in d. tract.
 2 malefi. in proleg. vers. in prin. Dicas, tamen quod in crim. lese. maie. pupillus ad accu-
 sandū admittitur cum autoritate tutoris: ita voluit Specu. in tit. de accusat. s.
 i. in vers. ite excipitur, quod est Pupillus, allegat tex. in l. clarum. C. de auctor.
 prestand. ide dixit Gadi. in suo tract. malefi. in rubr. qui accusare possunt.
 3 col. i. in versicu. item in criminē lese maiestatis, facit, quia tamen in isto crimine

omnes admittuntur ad accusandum, qui alias accusare prohibiti sunt, ut voluit Angel. in d. tract. de maleficiis. in verbo, che hai tradito la tua patria. in versicu. quæro quis possit accusare, in princ. ad idem facit text. in l. famosi. ff. ad leg. iul. maiest. ubi Angel. in princip. dixit, quod etiam prohibiti accusare de crimine publico admittuntur ad accusandum in crimine læse maiestatis.

S V M M A R I V M.

- A**n filius admittatur ad accusandum patrem in crimine læse maiestatis?
- 1 Pater a filio accusari non potest.
 - 2 Filios castigatores esse parentum suorum lex erubescit.
 - 3 Filius admittitur ad accusandum patrem in crimine læse maiestatis propter criminis immanitatem.
 - 4 Filius tenet indicare patrem contra imperium uel Republicam machinantem.
 - 5 Castrorum disciplina est antiquior quam liberorum charitas.
 - 6 Pro patria pater in filium, & filius in patrem, insurgere debet.
 - 7 Filius accusans patrem de crimine læse maiestatis (si cu[m] ueritate procedat accusatio) ingratuus non dicitur.
 - 8 Vasallus sciens patrem suum uelle grauiter delinquere contra dominum suum, contra quem non committitur crimen læse maiestatis, & non reuellans eum non perdit secundum: securus si aliis præter patrem.
 - 9 Maior est fidelitas quam filius præstare domino feudi tenetur, quam patri.
 - 10 Obligatio filij erga patrem est de iure naturali & diuino.
 - 11 Obligatio feudatarij erga dominum feudi est de iure ciuili.

Q V A E S T I O V I I I .

CTAVO quæro: an filius admittatur ad accusandum patrem in hoc crimine læse maiestatis? Et dicendum videatur q[uod] non: quia + pater a filio accusari non potest. l. ini. quum. C. qui accus. non poss. l. qui accusare. ff. de accusatio. + Erubescit enim lex filios castigatores esse parentum suorum. s. sed quod sanctum in auct. de nupt. col. iiiij. l. cum oportet. C. de bon. quæ liber. præsertim ne videatur filij sanguinem suum tradere, quem excusare tenentur. l. i. ff. de bon. eorum. qui ante sent. mort. sibi consciuer. & l. fin. ff. de popul. actio. facit tex. in c. xvij. Lexit. ubi dicitur, turpitudinem patris tui & matris tuæ non discooperies. Dicas tamen, + q[uod] tantæ immanitatis est hoc læse maiestatis crimen, q[uod] filius ad accusan-



dum patrem admittitur. Ita tenuit Ioan. Igneus. in sua disputatione. an Rex Franciae recognoscat Imperatorem: allegat text in l. famosi. ff. ad leg. iul. maiest. & l. hi quos. ff. de accusatio. l. vix certis. ff. de iudic. l. fi. C. ad leg. iul. maiest. & hanc suam conclusionem comprobat hac etiam ratione: quia si hoc casu licitum est filio patrem occidere, (de quo inferius loco suo dicā) a fortiori licebit filio patrem accusare, & sic via iuris contra eum vti. facit pro ista opinione id † quod voluit Andr. de Iser. in c. i. s. præterea in princ. in tit. quæ fuit prima caus. benefi. amittend. in vſib. feud. vbi dixit, q̄ filius tenetur indicare patrem contra Imperium vel Rēpublicam machinantem, allegat Tulium libr. iiij. de offic. vbi dixit, q̄ † castrorum disciplina est antiquior quam liberorum charitas. l. postliminium. s. filius. ff. de capt. & postlim. reuers. ad idem dicas facere, q̄ iursus dicit idem Cicero in eodem lib. iiij. officiorum. cuius hæc sunt verba: Quid si Tyrannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater, silebit ne filius? Inimo vero obsecrabit patrem ne id faciat: si nil proficiet, accusabit: minabitur etiam ad extre-
 mū: si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet salu-
 ti patris. facit ad hoc glos. in c. i. in verb. & Christiani. de conuers. infidelis.
 6 quæ dixit, † q̄ pro patria pater in filium & filius in patrem insurgere debet. † Nec propterea filius de hoc criminе patrem accusans ingratus dice-
 tur, si cum veritate procedat accusatio, ita dixit noranter Matth. de Afflict. in c. i. in s. & bona committentium col. iiij. versi. & scias q̄ tanta. nu. 41. in
 tit. quæ fuit regal. in vſibus feud. de quo dicit esse glos. in consti. regni. quæ
 incipit Inconfutabilem. de hæret. in verb. flamarum. Vnum tamen not. di-
 gnun non omittam, † q̄ si vasallus sciuit patrem suum velle grauiter de-
 linquere contra dominum suum, contra quem non committitur crimen
 læsæ maiestatis, si hoc non reuellet domino feudi non debet propterea feu-
 dum perdere: sed si alius præter patrem volebat dominum suum interficere, vel contra eum grauiter delinquere, tenetur id domino suo reuellare:
 & ita intelligi debet text. in c. i. s. præterea si uassallus. in titul. quæ fuit pri-
 ma caus. benefi. amittend. In hoc tamen videtur dissentire Matth. de Af-
 flict. in d. s. præterea. Ea ratione: quod † maior sit fidelitas quam filius præ-
 stare domino feudi tenetur, quam patri: dicit tamen cogitandum. At di-
 10 xerim ego secus esse. nam † obligatio, quam filius erga patrem habet, est
 nedum de iure naturali sed etiam diuino: præcepit enim Deus parentes
 honorari. Deuterono. cap. 5. Matth. cap. 15. Exod. cap. 20. Leuitic. cap. 20.
 11 Prouer. cap. 20. Obligatio † vero feudatarij erga dominum feudi est de-
 iure ciuili. Ciuilis autem ratio naturalia iura perimere non potest. l. iura
 sanguinis. ff. de regul. iur. & in. s. minus. institu. de hæred. quæ ab inte-
 sta. defer.

L I B E R I S E C V N D V S . T R A C .
S V M M A R I V M .

- An pater filium de crimine lœfæ maiestatis accusare poterit?
- 1 Carnem suam nemo odio habere tenetur.
 - 2 Pater longe plus filium amat, quam filius patrem.
 - 3 Pater sciens filium contra regem machinare, non tenetur illum regi reuellare.
 - 4 Pater filium in crimine lœfæ maiestatis accusat.
 - 5 Pater in filium, & filius in patrem, pro patria insurgere debet.
 - 6 Romani filios contra patriam machinantes non solum denunciabant, sed ipsimet puniebant.
 - 7 Exempla de Lutio Bruto primo Consule: & de Casio. nu. 8.
 - 9 Si filius patrem, uel pater filium accusat, uel denuntiat, mitius accusatus puniri debet.

Q V A E S T I O I X .

- O N O quæro: an pater filium de crimine lœfæ maiestatis accusare poterit? videtur prima facie dicendum q̄ non: quia t̄ nemo carnem suam odio habere tenetur c. dilecto. de præbend. xxij. q. ij. c. cum extimemus. Et licet filius patrē accuset in hoc criminе, vt vidimus supra proxima præcedent. quæstion. Tamen t̄ pater longe plus filium amat,
- 3 quam filius patrem: vt testatur Aristo. lib. viij. Ethicorum, facit t̄ quia si pater sciuit filium machinare contra regem, non tenetur illum regi reuellare, per tex. in l. milites agrum. s. desertorem. ff. de re milit. ita dixit Ioan. de Anna, in c. fin. de his qui fil. occid. idem tenet Fely. in c. i. col. ij. versi. limita non habere locum in patre. de offi. deleg. vbi per tex. in d. l. milites agrum. & tex. in l. vtrum. ff. de parricid. dixit, q̄ pater filium quem scit cōtra principem machinari denuntiare non tenetur. Dicas tamen t̄ contrariam partem veriorem esse, q̄ immo pater filium accusat in hoc criminе. Ita tenuit Ioan. Igneus in sua disput. an Rex Franciæ recognosc. Imper. vbi dixit, q̄ immo pater filium contra Imperatorem machinantem tenetur illi offerre: allegat tex. in l. qui cum vno. s. qui filium. ff. de re milit. ibi, vel a patre postea exhibitus. quem tex. Barth. Cepol. Veronē. ad hoc notat in prima sua Cautela, facit glos. in c. i. de conuersi. infideli. in verb. Christiani. quæ dixit, t̄ q̄ pater in filium, & filius in patrem pro patria insurgere debet. ad idem facit quod voluit Math. de Afflict. in c. i. in. s. præterea si vasallus. colū. ij. versi. sed iuxta hoc quæro, nu. 20. in tit. quæ sit prima caus. benefi. amittē. vbi reprobat opinionem Ioan. de Anna. supra relatam. Et, q̄ pater filium denunciare teneatur in criminе lœfæ maiestatis, late tradit Math. de Af-

flict. in c. Imperiale. s. insuper. de prohibit. feud. alien. per Federi. & habetur per eundem in sua glos. super Conſti. Regni, in titu. ne filius pro patre.
 6 in princ. Quinimmo † Antiqui Romani filios contra patriam machinates non ſolum denunciabant, ſed ipfime puniebant: de quo poſſent plura
 7 adduci exempla, ſed duobus tantum contentus ero. † Lucius Brutus, filios ſuos Tarquinij dominationem a ſe expulſam reducentes, ſummu m Imperium Romæ obtinenſ, comprehenſos, proq; tribunali virgis cæſos, & ad Palum religatos ſecuri percuti iuſſit. exuit nanc; patrem ut conſulem ageret, orbusq; viuere quam publicæ vindictæ deelle maluit: ut teſtatur Valerius Maxi. lib. v. c. viij. in tit. de parentum feueritate aduersus liberos,
 8 in primo exemplo. † Lucio Bruto Æmulatus Caſſius, filium, qui dum Tribunus Plebis eſſet Agrariā legem primus tulerat, ac multis alij rebus populariter hominum animos amore ſui deuictos tenebat, poſtquam po- testatem illam filius depositus, Caſſius propinquorū & amicorū adhibi- to Conſilio Affectati Regni crime domi dānauit, ac verberibus affectū necari iuſſit, illiusq; Peculium Cereri consecrauit: Teſte Vale. Maxi. eodē
 9 loco, in ſecundo exemplo. Scias tamen, † q; quando filius patrem, vel pa- ter filium accuſat, vel denuncia, mitius accuſatus puniri debet. d.l. milites agrum in fin. ff. de re milit. de quo vide Barth. Cepol. in d.i. ſua cautela: & infra latius dicam. q.vi. in tit. de varijs quæſtionib;.

S V M M A R I V M.

An miles in crime leſe maiestatis accuſare poterit?

- 1 Miles prohibetur accuſare: & qua sit ratio nu. 2. & quomodo intelligatur nu. 6.
- 2 Miles in crime leſe maiestatis admittitur ad accuſandum.
- 3 Miles qui ſuam uel ſuorum iniuriam prosequitur potest accuſare.
- 4 Item pro anona fraudanda.
- 5 Milites hodie, cum non ſubijcant ſe ſacramento, accuſare poterunt.

Q V A E S T I O X.

BCIMO quæro: certum eſt, quod † miles prohibetur accuſare, c. prohiberi ij. quæſtio. i.l. qui accuſare, ff. de accuſatio. l. non prohibentur. C. qui accuſar. non poſſ. & ratio eſt, quia militaribus exercitijs operam dare debent, ut l. milites. C. de procurat. idem tenuit Angel. in traſt. maleſic. in verbo, ad quærelam Titij. in verſicul. Undeci- mo prohibetur. Et Gandhi. in ſuo traſt. maleſic. in rubric.



- qui accus. poss. in versic. Item milites prohibentur accusare. idem dixit Bal.
- 2 in rubr. C. qui accusar. non poss. in i. col. vbi dicit, + q̄ milites ideo accusare prohibentur, quia debent suos ciues defendere, & in castris insistere, & non versari circa lites, nec inferioribus esse terribiles. Quod miles accusare non possit, voluit etiam Specul. in tit. de accusa. in versic. item excipitur q̄ est miles. vbi dicit, q̄ miles propter sacramentum accusare non potest, q̄. q̄.
 - 3 i. c. prohiberi. Quid dicendum in criminis læsæ maiestatis? Dicas, + q̄ fallit prædicta conclusio in d. criminis, in quo miles admittitur ad accusandum: ita dixit Specul. in præallegato versi. item q̄ est miles: per text. in l. nullus. C. ad leg. iul. maiest. idem voluit D. Hippoly. de Marfil. præceptor meus in l. de minore in princ. col. ij. versi. & subdit etiam ff. de quæstio. idem
 - 4 teuuerunt Cyn. Odo fr. & alij in d. l. nullus. Secundo + fallit prædicta conclusio in milite, qui suam vel suorum iniuriam prosequitur, nam tunc accusare potest. l. non prohibentur, & ibi Ange. & alij. C. qui accus. non pos. & l. si crimen. eod. titu. ita dixit etiam Specul. in prædicto versicul. item q̄ est miles, in titu. de accusat. & Gandi. in tract. malefi. in d. rubr. qui accusa. poss. præallegat. versic. item milites prohibentur, idem voluit Marti. de lau.
 - 5 de in tract. de milit. q. xlij. Tertio + fallit pro Annona fraudanda l. mulierem. ff. de accusatio. & hoc ideo est: ne, a susceptis signis auocetur, arg. C. locat. l. fin. & l. milites. & xvi. q. i. c. generaliter, ita voluit Specul. in præal.
 - 6 leg. versicul. item q̄ est miles, vbi dixit, + q̄ prædicta procedunt in milite qui iurat se mortem non evitaturum pro republica. ff. ex quibus caus. maior. l. penul. & ff. de his qui not. infam. l. ij. non autem procedunt prædicta in milite qui stat in domo propria, qui modo prædicto non iurat nec stipendium meretur. l. qui stipendia. C. de procurat. & in d. l. qui accus. idem dixit August. de Arim. in addi. ad Angel. in tract. de malefi. in d. verbo, et ad quærelam Titij. in additio. super versicu. vnde decimo prohibetur. vbi dicit, + q̄ cum hodie milites non subjiciant se sacramento prædicto q̄ accusare poterunt. alleg. tex. iuncta glos. mag. in d. l. qui accusare. ff. de accusatio. Et q̄ milites nostri temporis accusare non prohibeantur tenuit etiam Salic. in d. l. non prohibentur C. qui accusar. non poss. idem tenuit Angel. in tract. de malefic. in d. verbo, ad quærelam Titij. præallega. versicul. vnde decimo prohibetur.

S V M M A R I V M.

An seruus dominum accusare poterit in criminis læsæ maiestatis?

- 2 Seruus dominum non accusat regu' ariter.
- 3 Seruus in criminis læsæ maiestatis admittitur ad accusandum dominum.

3 Serui

- 3 Serui in occultis regulariter, maxime quando per alios melius detegi non potest q̄ Domini sit admittuntur ad accusandum.
- 4 Et in lege Iulia de Ambitu.
- 5 Item in lege Iulia de Annona.
- 6 Seruus accusat illum qui tabulas testamenti subtraxit, in quo sibi libertas relicta erat.
- 7 Seruus admittitur ad accusandum de nece domini.
- 8 Seruitus quo tempore cœperit, & nu. 9.

Q V A E S T I O X I.



1 N D E C I M O quero; regulariter seruus dominum nō accusat l. qui accusare ff. de accusatio l. seruus C. de iudic. & per Gandin. in tract. de malefi. sub rubr. qui accus. pos. vel non in prin. vbi dixit, q̄ serui accusare prohibetur: quia quantum attinet ad ius ciuale serui pro nihilo habent l. quod attinet, & l. seruitutem ff. de reg. iur. Quid dicendum in criminis lē
 2 s̄e maiest? Dicas † q̄ admittitur ad accusandum l. meminisse C. ad leg. iul. maiest. l. vix certis de iudic. l. famosi ff. ad l. iul. maiest. l. penul. C. qui accus. non poss. Bar. in l. i. C. de præci. imperat. offerend. rationem dicit esse Io. igneus in sua disput. an Rex Franciæ recognoscatur Imper. nu. 118. quia hu-
 3 iusmodi crimen occulte fit, & nemini pāditur: & ideo † in istis occultis etiā in aliis criminibus regulariter serui admittuntur in defectum, & maxime quando per alios melius detegi non potest quid domi sit l. consensu. s. su-
 4 per plagiis C. de repud. l. fin. s. licentia C. de iur. delib. s. si vero absunt, in auct. de hæred. & falcid. s. distrahitur in auct. de nupt. & not. in aut. si dica-
 5 tur C. de testa.
 6 Secundo † fallit supradicta conclusio, q̄ seruus non admittatur, ad accu-
 7 sandū in l. Iulia de ambitu, vbi admittitur seruus. Tertio † fallit, in l. Iulia
 8 de Annona l. i. ff. ad leg. l. de Anno. Quarto † fallit, quia seruus quādōq̄ accusat illum qui tabulas testamenti subtraxit, in quo sibi libertas relicta erat l. nullos. ff. ad leg. Cornel. de fals. Istas fallentias ponit Gandi. in d. tract. de malefi. sub rubr. qui accusar. possunt in princ. adde tu † Quintam fallen-
 9 tiā, q̄ seruus admittitur ad accusandum de nece domini, vt per Bar. in l. i. nu. 1. & 3. C. de precib. Imper. offer. de quo est tex expressus in d. l. i. Nō erit fortasse inutile scire † quo tempore cœperit seruitus. dicas, q̄ seruitus cœpit sub Rege Faraone in Ægypto quando famis totam terram oppræserat annis septem: nam tunc homines, ne fame perirent, se ipsos in seruitutem regiam dabant, vt habeatur Genes. c. lvij. & † ex ebrietate videtur orum habuisse seruitutem. manebat autem, antequam vinum inueniretur, omnibus inconcussa libertas, nec esset hodie seruitus si ebrietas non fuisset

Hierony. Gigas.

Y

dicit tex. in c. sexto die, in s. manebat autem, xxxv. distinct. glos. in c. ius g̃e
tium in verb. seruitutes, Distinct. i.

S V M M A R I V M.

An vasallus accusare poterit dominum de crimine l̃esē maiestatis?

- 1 Vasallus delator uel accusator domini sui feudum perdit.
- 2 Vasallus dominum accusat in criminē l̃esē maiestatis.

Q V A E S T I O X I I .



VODECIMO quæro: an vasallus accusare poterit do-
mīnum de crīmīne l̃esē maiestatis? videtur p̃ima facie di-
cendum q̃ non † Nam vasallus, qui fuit delator vel accu-
sator domini sui, feudum perdit, vt habetur in c.i.s. item si
delator, & ibi glos. in verb. perdit in tit. quæ fuit i.cau.be-
neſi. amittend. in vſibus feudor. Dicas tamen † q̃ vasallus
domīnum accusat in crīmīne l̃esē maiestatis, vt voluit glos. in d.s. item si
delator; & ibidem Math. de Afflīt. nu. 3. idem voluit Specul. in tit. de ac-
cusat. s.i. in vers. item q̃ est libertus, allegat tex. in l. penul. C.ad leg. iul. ma-
iest. faciunt ad hoc quæ dixi supra in rub. qualiter & per quos crim. l̃esē
maiest. comittatur. q. xxv.

S V M M A R I V M.

An libertus dominum accusare posse de crimine l̃esē maiestatis?

- 1 Libertus regulariter dominum suum accusare non potest.
- 2 Libertus dominum alere tenetur, & si non dicit potest in seruitutem reuocari. nu. 3.
- 3 Liberti, & eorum filii, & familiares prohibentur accusare patronos propter reveren-
tiam, nisi suam uel suorum iniuriam prosequantur.
- 4 Libertus in crīmīne l̃esē maiestatis dominum accusat.
- 5 Libertus non admittitur contra dominum in accusatione famosa.
- 6 Libertus in crīmīne Annonē admittitur ad accusandum dominum.
- 7 Item in crīmīne falsē monetē.

Q V A E S T I O X I I I .



ERTIODECIMO videamus de liberto: an dominū
suum accusare possit? & regulariter dicendū est q̃ non: vt
per Specul. in tit. de accusat. s.i. vers. item q̃ est libertus vbi
dixit, q̃ libertus dominum accusare non potest, sicuti nec
seruus, facit † quia libertus dominum alere tenetur, glos. in
l.i. C. de oper. liber. not. in l. si quis a libertis. s. si quis liber-

3. ris. ff. de liber. agnoscend. quini immo † si libertus dominū non alit potest in seruitutē reuocari. Specu. in tit. qui fil. sint legit. vers. & not. vide ad hoc, q̄ libertus teneatur patronum alere qui non habet vnde se alat, quæ scribit Paul. de Cittad. in tract. suo de iure patro. in v. parte in vi. artic. col. ij. in vers. quinto alitur a liberto patronus, idem dixit Gandi. in trac. de malefi. in rub. qui accusar. possunt vel non col. i. in fin. in vers. item prohibentur liberti
 4. vbi dixit, † q̄ liberti & eorum filij & familiares prohibentur accusare patronos propter reuerentiam, quam eis debent: nisi suam vel suorum iniuriam prosequantur l. qui accusare. ff. de accusatio. l. hi tamen. s. i. C. qui accus. non poss. l. iniquum. & l. si quis ex familia. & l. similem. C. eod. tit. Dicas ta-
 men † q̄ in crimine læsæ maiestatis libertus dominum accusat, vt dixit Spe-
 cul. in d. tit. de accusatore. s. i. in d. vers. item q̄ est libertus circa finem: per tex. in l. penul. C. ad leg. iul. maiest. faciunt dicta supra q. viij. vbi vidimus,
 q̄ filius patrem accusat in hoc criminе: & etiam seruus dominum, vt in q.
 6. xi. prox. præced. & † q̄ libertus non admittatur contra dominū in accusa-
 tione famosa, habetur in l. adoptiui. s. patronum. ff. de in ius. vocand. cum se-
 quent. & in l. honori. & in l. liberto. de obseq. a libert. præstand. præterquā
 in crimine læsæ maiestatis, tenuit etiam Paul. de Cittadi. in suo tract. de iu-
 re patro in v. parte in vi. artic. in vers. secundo debetur honor. Erit ergo ex
 prædictis conclusio, q̄ libertus patronum nō accuseret. fallit pluribus modis.
 Primo, quando libertus suam vel suorum iniuriam prosequitur vt dictum
 fuit supra. Secundo fallit in crimine læsæ maiestatis de quo dictum fuit su-
 pra. Tertio † fallit, in crimine annonæ in quo admittuntur personæ alias
 7. prohibite ad accusandum. l. mulier. ff. de accusatio. Quarto † fallit in crimi-
 ne falsæ monetæ l. ij. C. quibus ex caus. serui pro præmio liber. & prædictos
 casus ponit Paul. de Cittadi. loco supra alleg. vers. ij. debetur in i. col.

S V M M A R I V M.

An alimentatus alimentatorem suum accusare possit de crimine læsæ maiestatis?
 1. Alimentatus in domo alicuius regulariter alimentatorem suum accusare non poterit.
 2. Alimentatus in crimine læsæ maiestatis admittetur ad accusandum alimentatorem suum
 3. Familiaris regulariter non admittitur ad accusandum dominum suum: fallit in crimine
 læsæ maiestatis.

Q V A E S T I O X I I I .



VARTO DE CIMO quæro: quid dicendum de eo,
 qui a tenera ætate est alimentatus in domo alicuius, an ali-
 mentatorem suum accusare poterit? Dicas, q̄ non; potest
 tamen contra eum agere ciuiliter, vt est text. in l. iniquum.

Y ij

L I B E R S E C V N D V S . T R A C .

- C. de his qui accus. non poss. Specul. in tit. de accusato. s. i. in versi. item q.
 2 est libertus. ista regulariter procedunt: t in criminē autem lœfœ maiestatis
 admittetur, vt voluit idem Spec. loco præalleg. in fin. dicti versiculi. Idem
 3 t dicendum erit de familiari, qui aliás accusare prohibetur dominū suum,
 nam admittetur ad accusandum cum in hoc criminē. tex. est apertus in
 l. si quis ex familiaribus. C. qui accusar. non poss. & habetur per Specul.
 in d. versi. item q. est libertus, in fin. & Gaudi. in tract. malefi. in titu. qui
 accus. poss. in versi. item prohibentur liberti.

S V M M A R I V M .

- An maritus, & uxor inuicem se accusare possint de crimine lœfœ maiestatis?
 1 Qui non potest esse testis contra aliquem, non potest eundem accusare.
 2 Uxor non potest esse testis contra maritum cui reuerentiam debet.
 3 Pater pro patria in filium, & filius in patrem, & maritus in uxorem insurgere debent.
 4 Vir licite dimittere potest uxorem suā machinantē cōtra imperiū: et ecōtra uxor uirū.
 5 Omnis potest accusare de crimine lœfœ maiestatis, etiam ille qui aliás est prohibitus.
 6 Uxor non tenetur denuntiare seu accusare uirum de crimine lœfœ maiestatis.
 7 Non est amor, qui coniugalem uincat.
 8 Uxor sciens uirum uelle committere crimen lœfœ maiestatis, licet illum accusare non debeat, debet tamen illum dissuadere.
 9 Uxor obligatio erga maritum maior est quam filij erga patrem, & econtra.
 10 Matrimonium est de iure diuino: et fuit a Deo institutum in Paradiso Terrestri nu. 11.
 & est sacramentum. nu. 12.
 11 Uxor si accusaret uirum pruditionem committeret, & fidem coniugalem frangeret,

Q V A E S T I O X V .



- VINTO DECIMO quero: quid dicendum de marito & vxore, an alter alterum accusare possit in crimine lœfœ maiestatis? & videtur dicendum q. non: nam scriptum est, & erunt duo in carne una. Matth. cap. 19. Pauli ad Ephes. cap. v. Marc. cap. 10. Genes. cap. 2. facit quia, t qui non potest esse testis, non potest accusare, vt per Spec. in tit. de accusatore. s. i. versi. itē quia non potest esse testis. t vxor autem testis esse non potest contra maritum, cui subiecta est & reuerentia debet, vt voluit Cyn. in l. iij. C. de testibus. Abb. in c. in literis in fin. extra. de testibus. Immo etiam marito volente, uxor contra ipsum testificare nō potest, ita notanter dixit Ioan. Andr. in addit. Spec. in tit. de teste. s. i. versi.

sed quid de vxore.in addit.quæ incipit , vbi subest sola ratio, & habetur
 per D.Hipollit. Marsil. præceptorem meum in cons.xxij. gratia domini
 non me deserat.col.ij.nu.5.vol.i.Pro contraria parte,qd maritus vxorem,
 & vxor maritum accusare possit in criminis læsæ maiestatis , facit glos. in
 3 c i.in verb.& Christiani.de conuersi.infidel.qd dicit, + qd pro patria pater in
 filium,& filius in patrem,& maritus in vxorem insurgere debent.ad idem
 4 facit,quia + vir licite dimittere potest vxorem suam machinantem contra
 imperium,& econtra vxor virum.tex.est in l.consensu in prin.& in s.vir
 5 quoq.C.de repud.comprobatur prædicta conclusio + ex doctrina An-
 gelii in tract.de malefi.in verbo,che hai tradito la tua patria, in versi.quæ-
 ro quis possit accusare,in princ.vbi dixit,qd omnis potest acusare de crimi-
 ne læsæ maiestatis etiam ille qui alias est prohibitus.facit tex.in l.famosi.&
 ibi not.doct.& in l.in quæstionibus.ff.ad leg.iul.maiest. Nec obstat qd re-
 gulariter vxor testis esse non possit contra maritum : quia filius contra pa-
 trem testimonium non dicit , & tamen admittitur in criminis læsæ maiestatis
 ad accusandum patrem,vt vidimus supra q.viiij.proxima præceden-
 te.Hanc quæstionem tagit Math.de Afflict. in c.i.s.præterea col.ijj. in fin.
 versic.sed iterum queritur,in titul.quæ fuit prima cauf. benef. amittend.
 nu.22.Et idem in tit.de pac.tenen.& eius violat.in c.i.s.si quis hominem.
 in versi.vndeclimo nota,col.ijj.nu.26.& utrobicq se remittit ad ea quæ cir-
 ca hoc dixit Andr.de Iser.in constitutione incipiente poenam.in tit.de vxo-
 ribus foriudicatorum,& parentibus.in constituti.regni.vbi Andreas tener,
 6 + qd vxor non teneatur denunciare seu accusare virum de tali delicto. di-
 cens,qd in iure non inuenitur,qd coniunx maritum denunciare teneatur,vt
 dicitur de patre & filio.Nam licet dicatur qd nullus amor vincat paternum.
 l.si pater.C.de sponsal.& in l.istí quidem.ff.qd met.cauf.attamen Christus
 7 dicit,+ qd non est amor qui coniugalem vincat: quia scriptum est Marci.
 cap.10.& Genes.2.Dimittet homo patrem & matrem,& adhæredit vxo-
 ri,& erunt duo in carne una.facit.c.debitum.de bigam.c.gaudemus.de di-
 uor.& Matth.cap.19.& Paul.ad Ephes.5.& dicit idem Iler.loco præalle-
 8 gato,+ qd vxor sciens virum velle committere crimen læsæ maiestatis, li-
 cet illum denunciare non debeat,tamen illum in quantum potest dissuade-
 re & retrahere debet ne id crimen perpetret.Et tenendo istam opinionem
 9 non obstat qd dictum est de filio qui patrem accusat,& econtra: quia + ma-
 ior est obligatio vxoris erga maritum, quam filij erga patrem,& econtra,
 vt supra dictum fuit:quia vir relinquere debet patrem & matrem & vxo-
 ri adhædere.Nec obstat istud qd dicitur,qd vir licite dimittit vxorem suam
 machinantem contra imperium et econtra,per tex.in d.l.consensu in princ.
 & in s.vir quoq.C.de repud. quia dispositio illa procedit de iure ciuili qd

locum non habet in matrimonio, sed in eo seruatur ius canonicum, secundum quod statutum est, quod quos Deus coniunxit, homo non separet, præterea excepta causa fornicationis ex nullo crimine uxorem dimittere quis potest. c. in coniugio. xxxiiij. q. i. c. omnes accusationes, ead. caus. q. viij. confirmatur maturus prædicta conclusio, quia matrimonium est de iure diuino. c. i. de voto, in vi. c. sunt qui dicunt. xxvij. q. ij. & not. Abb. in c. cum ad monasterium, in final. col. extra. de stat. monach. Tuit enim in Terrestri Paradi so, a Deo institutum. Genel. cap. i. & habetur per Corne. in consil. viij. col. fin. nu. 4. in iiiij. volu. Et matrimonium est sacramentum c. gaudemus. de diuort. in prin. c. omne. xxvij. q. ij. & fides unum est ex bonis matrimonij, ut dicit ille tex. Ergo concluditur, quod obligatio, quam uxor habet erga virum, & econtra est de iure diuino: & sic longe anterior obligationi quam quis erga patriam vel Imperatorem habet, tuit. Et propterea dicendum non est uxorem posse aut debere accusare virum de criminis laesæ maiestatis: Id enim si faceret proditionem committeret, ut dixit Andr. de Iser. in d. consitu. poena carere, col. ij. de uxorib. for. iudicat. & fidem coniugalem frangeret, quæ etiam hosti seruanda est. xxiij. q. i. c. noli, & cum ista opin. ut de iure veriore transeo.

S V M M A R I V M.

- A**n ille, qui erat in coniuratione contra principem vel Rempublicam, si reuellet coniurationem impunitatem mereatur?
- 2. Reuellans tractatum de morte Papæ liberari, & præmiari debet.
 - 2. Præmium, quod datur reuellantibus, licet non detur participi reuelanti, tamen secus est in criminis laesæ maiestatis.

Q. VAE S T I O X VI.



ECIMOS EXTO quæro: quid dicendum de eo, qui erat in coniuratione contra principem vel Rempublicam? Dicas, tuit quod si, a principio coniurationem reuelauit, non solum impunitarem, sed etiam præmium meretur. Si vero non a principio sed post aliquod tempus antequam delictum fiat id reuelet, nulla tamen prius de eo habita notitia per principem, tunc impunitatem tantum non autem præmium consequitur: tex est ad hoc notab. in l. quisquis. s. sane si quis. C. ad leg. iul. maiest. c. si quis, & ibi Præposit. vi. q. i. Tuit idem dicas in reuelante tractatum, qui fieret de morte pontificis: quia, etiam si particeps esset, liberatur & præmiari debet. c. si quis Papa in fin. lxxvij. Distinct. &

ex hoc limita doctrinam Bar. in l. iij. ff. de condit. ob turp. causam. vbi dicitur; tamen quod præmium quod datur reuelantibus non datur participi reuelanti: ut eius doctrina non procedat in reuelante crimine læsæ maiestatis modo prædicto: quia reuelans dictum crimen, a principio præmium consequitur, iuribus prædictis.

S V M M A R I V M.

- An laicus clericum accusare posse de crimine læsæ maiestatis?
- 1 Laici non admittuntur ad accusandum clericos vel episcopos.
 - 2 Laici clericos in crimine læsæ maiestatis accusant.
 - 3 Laici suorum vel suorum iniuriam prosequentes clericos accusant.
 - 4 Laici clericos accusant in criminis heresies:
 - 5 Item in criminis simonie.
 - 6 Item in criminis sacrilegij.
 - 7 Item in criminis dilapidationis.
 - 8 Laicus accusans clericum bonae uitæ, & ipse debet esse bonæ uitæ.
 - 9 Laici ignoti, vel suspecti de falsitate, seu inimici, non admittuntur ad accusandum clericos in casibus suprascriptis.

Q V A E S T I O X V I I .



- ECIMO SEPTIMO quero: an laycus clericum accusare possit in crimine læsæ maiestatis? & videtur dicendum quod non: quia tamen layci non admittuntur ad accusandum clericos vel episcopos: text. est in c. i. ij. q. viij. & in c. nullus. & in c. layco. ead. cauf. & q. c. clericum cuiuslibet. xi. q. i. c. cum P. de accusatio. & habetur per Ioan. de Turr.
- 2 Cremat. in d. c. i. col. i. Ista conclusio fallit tamen primo in crimine læsæ maiestatis. c. sane. xv. q. iij. idem voluit glos. in ver. quod vero. ij. q. viij. in summa. & ibidem Præposit. & Archid. & Egid. Bellemera, ita tenuit etiam Turr.
 - 3 Cremat. in d. c. i. col. i. versi. secundus casus. Secundo fallit, tamen quando laycus suam vel suorum iniuriam prosequitur iij. q. vi. c. omnibus. c. de cætero. de testi. glos. in d. verbo. quod vero. ij. q. viij. & ibi Præposit. Archid. tamen dicit hoc solum procedere, quando ciuiliter agitur. sed Hostien. in d. c. de cætero de testi. contrarium tenuit: quod immo quando suam vel suorum iniuriam prosequitur etiam laycus clericum criminaliter accusat. pro cuius opere. Præp. in c. quod vero. ij. q. viij. col. i. in princ. allegat text. in c. Maximianus. lxxxxi. distinctionet. Tertio fallit tamen in crimine heresies. c. sacerdotes. c.

- 5 oues. ij. q. viij. Quarto fallit † in crimine simoniæ. c. tanta. de simon. Quinto fallit † in criminis sacrilegij. xvij. q. iiij. s. qui autem. Sexto fallit † in criminis dilapidationis. viij. q. ij. c. non liceat. prædictas fallentias ponit etiam glos. præalleg. in d. ver. quod vero. ij. q. viij. Dicit tamen Io. de Turr. Creemat. loco præalleg. q̄ in his criminibus admittitur laycus ad accusandum clericum duobus concurrentibus: primo, q̄ laycus bono zelo denunciet crimen. extra de simon. c. licet heli. Secundo, q̄ clericus accusatus talis vitæ fuerit suspectus. vt in c. in primis. ij. q. i. si autem † clericus esset bona vitæ admireretur tantum laycus bona vitæ. c. per tuas. de simoni. idem dixit glos. præalleg. in summa. in d. ver. q̄ vero. quæ voluit. q̄ si clericus qui accusatur sit malæ vitæ, admittetur ad accusandum eum in casibus prædictis etiam laycus malæ vitæ: per tex. in d. c. per tuas. de simon.
- 9 Vnum tamen non omitto: † q̄ in casibus in quibus layci admittuntur ad accusandum clericos, ignoti vel suspecti de falsitate seu inimici non admittuntur. iiiij. q. v. c. accusatoribus. & c. canonica. & c. accusatores. nisi prius inquiratur. de vita. & fide. & intentione eius. ij. q. viij. c. si qui. & c. querendum. vel nisi habeat aliquas literas testimoniales de persona sua: vel saltem testimonium populi. ij. q. viij. c. terminaciones. ita per iura prædicta dixit Egid. Bellem. in d. c. de cætero. col. fin. prope finem. de test. alleg. Joan. Andr. & Archid. in d. c. querendum. & Innoc. in c. cum P. de accusat. in glos. i. in fin. prædicta sane intellige, quando agitur de crimen criminaliter: alias secus secundum opin. Collectarij recitatam per Bellem eram in d. c. de cætero. in fin.

S V M M A R I V M.

An sacerdos teneatur reuelare si audiuit aliquem in confessione, qui ei dixit quod crimen lese maiestatis contra principem committere uolebat?

- 2 Confessio sacramentalis est de iure diuino: & ita eius celatio.
- 2 Confessio sacramentalis reuelator est uiolator sacramenti:
- 3 Confessio sacramentalis ad impediendum malum non debet reuelari.
- 4 Sacerdos licite iurat se nihil scire, licet quid sciat in confessione.
- 5 Sacerdos non potest confessionem sacramentalem reuelare, etiam ex licentia & praepro superioris, etiam si Papa id mandaret sub poena excommunicationis. & n. 7.
- 6 Sacerdos in actu confessionis uices ueri dei gerit.
- 8 Sacerdos an posset de licentia confitentis reuelare confessionem sacramentalem.
- 9 Confessio sacramentalis est de peccato commisso non committendo.
- 10 Confitens quod uult delictum aliquod committere, & quod abstinere non potest, sacerdos debet quanto cautius potest reuelare ut peccatum impediatur. non tamen pro parando

lando personam quoquo modo nu. 12.

¶ Peccatum commissum dicitur detegi in poenitentia, non committendum.

Q V A E S T I O X V I I I .

DECIMO OCTAVO quærō: utrum sacerdos, qui aliquid in confessione audiuit, a quo intellexit quod volebat crimen læsa maiestatis committere in principem vel Rem publicam, siue quod tale crimen commisit, an hoc reuelare tenetur? Hæc est ardua quæstio: circa quam Angel. in tracto suo de maleficiis in verbis, che ha tradito la tua patria. in versi. quærō an sacerdos, dicit, quod salua opinione Canonistarum & Theologorum cui se submittit, ipse tenet quod talis sacerdos non teneatur reuelare huiusmodi confessionē. per tex. in c. omnis utriusque sexus. in versic. Caveant autem. de poenit. & remissio. & ibi not. per Innoc. & Ant. de Butr. Demū idem Angel. sic distinguit: quod aut aliquis confessus est sacerdoti crimen læsa maiestatis iam commissum, ut puta confessus est quod ipse inferuerit in tracto contra principem vel Rem publicam, & tunc huiusmodi crimen per sacerdotem propalarū non potest: quia eo ipso quod illi poenitentiam iniunxit & peccatum iam commissum est & perfectum, princeps vel respublica laedi non potest ex illius non propallatione, ideo sacerdos id reuelare non debet. c. sacerdos. c. nemo. c. significasti. de poenit. & remissio. Et idem dicit esse, quando quis confessus est quod est in tractatu contra principem, & cum poenit. & præteritiae voluntatis sibi poenitentiam iniungit petat, quæ sibi iniuncta fuit: Nam etiam hoc casu id sacerdos propallare non debet. c. cum quidam. de poenit. & remissio. Quando vero quis confiteretur sacerdoti, & ei diceret, quod habuit habetque tractatum, & quotidie illum exercet contra principem vel rem publicam, & quod huiusmodi tentationi non potest resistere & quod omnia exequetur cum alijs, hoc casu dicit Angel. se credere, quod si sacerdos manifester illis quibus prodesse non obesse potest non accusando personam, & illis dicendo caueatis quia tali die & tali loco tumultus fieri debet, vel aliud scandalum in populo: id iuste faceret. c. hoc videtur. xxx. distinct. quod tamen verum esse dicit si confitens tantummodo de se dixit: Si vero nominasset socios in specie, vel dixerit quod sunt plures alij, & isto casu siue etiam illum poenituerit de suo malo proposito, & poenitentiam petat, dicit se credere, quod sacerdos non male faceret notificare illis quibus obesse & non prodesse posset, quod est tractatus in ciuitate contra principem vel rem publicam ipsum confitentem, aliter nec etiam alios nominando qui confessi non sunt, sed sibi a confitente nominati. c. nemo, de simon. subdens Angel. hæc dicta per se corrigenda, ut iuris est.

Hierony. Gigas.

Z

- Tu autem in hac materia considera, † q̄ sicuti confessio sacramentalis est de iure diuino, ita pariter dicendum est de eius celatione, quæ pariter de iure diuino censenda est: vt dixit Ioan. de Turr. Cremat. Cardinal. in c. sacerdos. col. ij. versi. Tertio ratione necessitatibus: de poenit. distinc. vi. & rationem assignat quare sacerdos teneatur confessionem celare: quia in sacramentis id quod exterius geritur signum est eius q̄ geritur interius, ideo si-
cut Deus homini confitenti tegit peccatum interius, ita & sacerdos exte-
rius celare deberet, & hinc est, † q̄ tanquam violator sacramenti est reuelator confessionis, & multas alias rationes adducit in d. c. sacerdos. quas breuitatis causa non referro: eum videre poteris. cōferunt ad prædicta ea quæ scribit Archiepiscopus Florentinus in ij. parte suæ summæ, in tit. xvij. c.
• 22. in princ. vbi dixit, † q̄ ad impediendum malum non debet reuelari confessio, vt puta ad proditionem detegendam: subdens, q̄ tenentes con-
trarium falsum dicunt. subiungit tamen q̄ confessor debet monere confi-
tentes vt desistant, & principi vel prælato dicere q̄ vigilet circa suum gre-
gem sine alia reuelatione. adducit Thomā in iiij. sent. distinc. xxi. Quinim-
mo † si iudex deferret iuramentum sacerdoti de veritate dicenda, talia ca-
su sacerdos licite iurat se nihil scire: quia quod scit non scit vt homo, sed vt
Deus. ita dixit Guliel. quem refert, & sequitur præfatus Archiepiscopus
• Florentinus loco præalleg. Nec † etiam per licentiam aut superioris pre-
ceptum, etiam si Papa id mandaret sub pena excommunicationis, tene-
tur, nec posset sacerdos confessionem reuelare: quia sigillum confessionis
(vt dictum est supra) est de iure diuino, & de necessitate sacramenti, secun-
dum Petrum de Pallude in iiij. distinc. xxi. Demū dicas † q̄ sacerdos in
actu confessionis vices veri dei gerit, vt est tex. iuncta glos. in c. dilectus. de
exces. prælat. & habetur in c. sacerdos. de off. ordin. & in hoc est maior Pa-
pa, qui vices puri & veri dei, haud hominis, representat. c. quāto. de trans-
lat. episcopi. hinc est, q̄ non potest compelli a Papa tanquam ab inferiore
in illo actu, & minus, a quocunq; alio ordinario, vt confessionem reuellet,
seu ea quæ a confitente habuit in actu confessionis. ita dixit solennis Do-
ctor præceptor & promotor meus ad gradum iuris canonici in almo Bo-
noniensi Gymnasio D. Augustin. Berous in suis quæstion. familiar. q. xij.
• nu. 2, 3. An † autem de licentia confitentis reuelatio fieri possit? vide eun-
dem Archiepiscopum loco supra allegato. & Ioan. de Turre Cremat. in
d. c. sacerdos. & late per doct. in d. c. omnis vtriusq; sexus. de poenit. &
re-
mis. Egid. Bellum. in d. c. sacerdos. de poenit. distinc. vi. dixit, q̄ quādo quis
dicit suo confessori, q̄ vult aliquem interficere, & q̄ non potest tentationi
huiusmodi resistere, vel quid simile, q̄ ista non est proprie confessio: quia
• † confessio est de peccato commissio non committendo: & propterea q̄ ta

li casu sacerdos nō tenetur omnino celare, sed id tali personæ reuelare posset cui posset prodesse & non obesse. xxij. q. v. c. hoc videtur. non tamen propalando confitentem. Idem videtur tenere Iac. Zocchus Ferrariē. qui fuit preceptor Felyn. in d. c. omnis vtriusq; sexus. in versi. in ordine sequitur xx. q. de poenit. & remissio. dū recitat opinionem Ioan. Andr. ibi. qui dixit se credere q; sacerdos qnicquid poterit circa hoc facere ut peccatum impediatur. quando aliquis est cōfessus se velle homicidium cōmittere. facere debet. ut occurratur delicto sine prodītione personæ. hoc idem voluit Innoc. in d. c. omnis vtriusq; sexus. dicēs. † q; qn̄ aliquis dicit cōfessori q; vult delictū cōmittere & q; abstinere nō pōt. hoc peccatū nō dicitur cōfessori dērectū in poenitētia: ideo sacerdos debet quanto cautiōs potest revealare ut peccatū impediatur. subdēs tenēdū semper menti. † q; peccatū cōmissū nō cōmittendū dicitur detegi in poenitentia. et hoc sequitur Abb. in d. c. omnis vtriusq; sexus. col. fi. circa mediū. vbi dixit. hoc procedere qn̄ peccator dicit se omnino facturū delictū. secus si eum poeniteret de p̄dicta voluntate: nā tūc esset peccatū cōmissū saltim respectu voluntatis. idē voluit Cardin. Zabarel. in d. c. omnis vtriusq; sexus col. vlt. in versi. in s. Cauēat. & ibidē Ant. de Butr. col. viii. vers. secūdo q̄ro. Est igitur cōmun. opin. ca nonistarū. q; qn̄ quis cōfiteretur. si dicat cōfessori. q; vult cōmittere homicidū in personā talis & q; nō pōt resistere huic tētationi. q; eo casu pro obuiādo ne tale delictū sequatur. sacerdos eo cautiōs modo quo facere poterit id reuelet ei cui prodesse nō obesse potest. nō tñ nominādo aut propalādo psonā quoquo modo: aliaś ei denegatur quantumcunq; malum exinde sequi posset. Et vide post alios Adrianum Florentinum. qui postmodum fuit Papa. & eius nominis sextus: in suo lib. in iiii. senten. in tit. de confession. in s. circa materiam confessionis. col. xij. & xij. fol. 141.

S V M M A R I V M .

- An socius criminis lēsē maiestatis si socium accuset. & non probet. saltim excusat̄ a crīmīne pr̄a sumpt̄a calumnia?
- 1 Calumniator pr̄a summitur qui non probat quōd impinxit.
 - 2 Concius criminis lēsē maiestatis si accusat socium & non probet. excusat̄ a p̄oena pr̄a sumpt̄a calumnia.
 - 3 Accusator in crīmīne falsē monet̄. si non probet. non punitur de calumnia.
 - 4 Falsans monetā Principis incidit in crimen lēsē maiestatis.

Q V A E S T I O X I X .



E C I M O N O N O quero: vidimus supra q. xv. proxima pr̄ecedente de eo qui erat in coniuratione criminis lēsē maiestatis qualiter reuelando modo pr̄a mīum modo impunitatem consequatur: Quid dicendum de socio criminis pr̄edi-

- Et qui socium accusat & non probat, an saltem excusat, a poena præsumpta calumniae? & dicendum videtur quod non: sed puniri debeat, per not. per Doct. & ibidem Cyn. in l. qui crimen. C. qui accusare non possunt l. vltim. C. de accusatio. l. i. ff. ad Turpillia, t̄ præsummittur enim calumniator eo ipso quod non probat quod impinxit, not. in c. i. de elect. in vi. c. ij. de calum. l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expens, & ista opin. communiter teneri testatur Io. de Fantu. in c. qui non probauerit. ij. q. iii. & hanc opin. tenuit Hostiens. in rub. de Dolo, & contum. in summa in c. quæ poena s. sed si petatur, in vers. alij vero dicunt, & istam partem tenet etiam Præpos. in d. c. qui non probauerit & in c. quemquam. col. i. in fin. in vers. in ea Glos. ibi iustus dolor. d. ij. q. iiij. Dicas sane, q̄ p̄dicta re
- 2 gulariter procedunt, Attamen t̄ in criminis læse maiestatis securus est, in quo conscientius criminis læse maiestatis si accusat si non probet excusat, a poena præsumpta calumniae: ita dixit Ioan. Igneus, in sua disput. An Rex Franciæ recognos. Imper. nu. 121. Allegat Cyn. post Petr. in l. i. C. de fals. monet. Cyn. tamen ibi nil dicit de criminis læse maiestatis, sed ibidem in
- 3 vers. secundo oppono. dicit, q̄ t̄ accusator in criminis falsæ monetæ si non probet non punitur de calumnia: quod sp̄iale esse dicit in eo criminis. Ad ducit similiter Igneus ad probandam p̄dictam conclusionem Specul. in tit. de libel. concept. in s. nunc autem dicendum. vers. xvi. vbi Specul. dicit, q̄ in accusatione falsæ monetæ accusator habet immunitatem poenæ, per tex. in l. i. C. de fals. monet. & ibi glos. in verbo immunitatem. licet non probet, dicens. d. glos. q̄ si sunt scoti non puniuntur. allegat tex. in l. quis. quis. in fin. C. ad leg. Iul. maiest. & sic allegata per Igneum, cum non loquatur in criminis læse maiestatis, non videntur probare supradictam conclusionem, dicas saluando Igneum, t̄ q̄ falsans monetam Principis incidit in criminis læse maiestatis. l. ij. vbi de hoc est tex. expressus. C. de fals. monet. & dixi supra late. q. 51. sub rubri. qualiter, & a quibus crimen læse maiestatis committatur. Ergo quæ dicta sunt de accusatore non probante in criminis falsæ monetæ procedunt in accusante in criminis læse maiestatis, per p̄dicta.
- 4

S V M M A R I V M.

- An quilibet Principis proditorem manifestare teneatur?
1. Malefactorem quis indicare non tenetur regulariter de iure ciuili, securus de iure canonico.
2. Proditorem Principi manifestare quilibet tenetur: dum modo sit subditus. nu. 3.
4. Vxor non tenetur manifestare maritum in criminis læse maiestatis.



IGESIMO quæro: an quilibet Principis proditorem manifestare teneatur? dicendum q̄t regulariter de iure ci-
uili quis malefactorem indicare non tenetur. l. civile. C. de
fuit. de iure autē canonico secus est. c. qui eum furem. extr.
de furt. Attamen dicas, t̄ q̄ sic: per tex. in l. Methodorum.
ff. de pen. & ita dixit Marti. de laud. in tract. de crim. læ-
sæ maiest. q. liij. & idem in tract. de Princip. q. 558. Andr. de Iser. in c. i. s.
pterea, in princ. in vers. quāuis regulariter in tit. quæ fuit prima cau. benefi.
amitt. Prædicta tamen conclusio t̄ pcedit in subdito. Angel. in l. ii. C. de Pa-
rīcīd. glōs. in Clem. pastoralis. in verbo non sufficit, de re iudic. quæ dixit,
q̄ crimen læsæ maiestatis non committitur per non subditum, quod ex-
clamat Bal. in l. nihil. C. de manumiss. Oldrad. in conf. 44. Fely. in c. i. col.
ii. vers. fallit tertio & vers. confirma hoc, de off. delegat, de quo late dixi su-
pra q. lvij. sub rub. qualit. & a quib. crim. læsæ maiest. cōmit. Secundo fallit
t̄ in vxore quæ non tenetur accusare, nec manifestare virum suum in cri-
mine læsæ maiestatis, ut diximus supra q. xv. prox. præced.

QVOMODO ET PER QVOS CRI- MEN LÆSÆ MAIESTATIS PROBETVR.

S V M M A R I V M.

- 1 An ex confessione rei probetur crimen?
- 2 Confessio dicitur legitima probatio.
- 3 Nulla est maior probatio quam oris proprij confessio, dum modo spontanea & iuditia-
lis sit. nu. 3. Et de Delicto contest. nu. 5.
- 4 Reus confessus sine alia probatione est damnandus.
- 5 Confessio spontanea Rei est tante potentia, q̄ licet alias index inordinate processerit
contra Reum, attamen confessus non poterit dicere de nullitate processus.
- 6 Confessio ficta scilicet q̄n ex forma statuti quis habetur pro confessu, est alterius naturæ.
- 7 Ex confessione uera licet quis ex inordinato processu condemnari posset: tamen secus
est inficta.
- 8 Si reus ficte confessus condemnatur ex inordinato processu sententia est ipso iure nulla.
- 9 Confessio ficta uere delictum non probat.
- 10 Notarius ex uera confessione, uel quia convictus, condemnatus de falso, nuncquam ulte-
rius instrumenta confiscare poterit.

- Secus si effet damnatus ex ficta confessione propter contumaciam.
 2 Sententia lata contra sponte & uere confessum uel conuictum facit illum infamem quo ad omnes.
 3 Secus si ex ficta confessione quia non est inhabilitatus nisi quo ad illam personam tan-
tum ad cuius instantiam fuit condemnatus.
 4 Quae possint opponi contra confessionem sponte per reum in iuditio factam.
 5 Confessio rei in crimen notorio post tempus datum & limitatum per statutum ad accu-
sandum non ualeat nec ei nocet.
 6 Confessio rei facta extra iuditium non inducit probationem delicti, sed solum iuditium
ad torturam.
 7 Confessio rei facta in tormentis an probet delictum. & nu. 18. & 19.
 8 Reus quando dicatur perseverare in confessione.
 9 Confessus in tormentis sub promissione gratiae a iudice sibi promissæ si persevereret in sua
confessione illa sibi non nocet.
 10 Confessus in tormentis non præcedentibus indicijs, si persevereret in sua confessione il-
la sibi non præjudicat.
 11 Iudex a tormentis incipere non debet.
 12 Tortura data reo sine indicijs tanquam contra leges factum non ualeat.
3. Diuus in. ij. col. ff. de quæstio. De † iure vero ciuili mulier in causa criminali poterit esse testis, vt voluit Specul. in tit. de teste. s. i. in vers. item q̄ est mulier. Abb. in c. quoniam, ext. de test. vbi per Fely. late per totum, & est glos. in c. forus. de verbo signifi. & in c. ex eo. xv. q. ij. & ita comun. tenet doct. vt dicit Fely. in d. c. quoniam, & D. Ioa. Crot. præceptor meus in tract. suo, de teste. nu. 57. & p̄ ista comun. op̄i. est tex. in l. iii. s. lege Iulia. ff. de test. vbi mulier in accusatione legis Iulie de vi repellitur: quia sui corporis quæstū fecit. Ergo a contrario si mulier non laborasset tali vītio admitteretur in similibus causis, ad idem facit tex. a contrario sensu in l. ex. co. ff. de testi. Quare † autem mulier repellatur in causa testamenti a testimonio, rationem assūgnat præfatus Dominus meus in præalleg. tract. de test. nu. 57. & Fely. in d. c. quoniam. ij. col. In † criminē vero maiestatis non erit dubium q̄ mulier in testem admittatur: quia si de iure ciuili admittitur regulariter in criminalibus, vt proxime dictum fuit, a fortiori admittetur in crimine læse maiestatis, in quo infames etiam, & criminosi admittuntur, qui in alijs criminalibus repelluntur: vt in l. famosi. ff. ad leg. Iul. maiesta. & dixi supra. q. ij. & q. iiiij. proxime præcedentibus. Quinimo, † in crimine læse maiestatis admittitur mulier etiam si sit infamis: & hoc est q̄ probat tex. in l. in quæstionibus in verb. etiam. ff. ad leg. Iul. maiest. qui loquitur de muliere infami, vt patet per exemplum quod ponit, & ita sentit ibi Bar. & ita illum tex. intelligit Fely. in d. c. quoniam col. ij. de test. & sequitur Crot. Dominus meus in d. tract. de test. nume. 57. vbi dixit, quod Iulia, (de qua in d. l. in quæstionibus) quæ coniurationem Catilinæ detexit, fuit mere-trix. Ex quo notabis, q̄ tenentes q̄ spetiale sit in crimine læse maiestatis, quod mulier in testem admittatur per illum tex. videntur non recte loqui: sed bene ex eo probatur, q̄ mulier etiam infamis admittitur, in d. criminē, & hoc spetiale est. Et q̄ mulier admittatur in testem in crimine læse maiestatis, tenuit etiam Alberi, in d. l. famosi. Et Marti. de Laud. in tract. suo de crimine læse maiestatis. q. xxvij.

S V M M A R I V M.

An so ius criminis admittatur ad testificandum in crimine læse maiestatis?

1. Socus criminis regulariter non admittitur contra socium,

- 2 Secius criminis contra socium admittitur in testem in crimine læse maiestatis.
- 3 Etiam si iurasset non reuellare, ac etiam si pretium pro hoc accepisset.
- 4 Duno ex qualitate testimoniantis, & persone contra quem deponit uerisimile sit eum non mentiri.
- 5 Sola depositio socij criminis ad torturam non sufficit, nisi cum ea sit alia presumptio uel aliud indicium.
- 6 Socius criminis etiam in crimine læse maiestatis, non admittitur ad testificandum si est inimicus.
- 7 Et etiam si aliis esset criminosus uel infamis ex alio delicto.
- 8 Statutum quod accusatori credatur de dāno dato, uel alio crimen non comprehendit infamem, infamia facta.
- 9 Statutum q. libris mercatorum plena fides adhibetur proscriptente, non comprehendit mercatorem infamem uel suspecte uitæ.
- 10 Duo spēcialia circa idem concurrere non possunt.
- 11 Instrumentum q. sit de nouo repertum statutu iuramento producentis.
- 12 Nisi producens esset alias periurus.
- 13 In quibus casibus socius criminis admittatur in testem, uel de socijs interrogari possit remissione.

Q V A E S T I O V I I .



EP TIMO quærō: quid sit dicendum de sotio criminis: ad admittatur ad testificandum in crimine læse maiestatis: Dicas, † q. regulariter non admittitur contra socium. l. fin. C.de accusat. c.j. ext. de confes. l. quoniā. C.de test. c. veniens & c. personas. de test. Dicas tamen, † secus esse in crimine læse maiestatis, in quo socius criminis cōtra socium in testem admittitur: ut voluit Alberic. in l. famosi. ff. ad leg. Iul. maiest. doct. & max. Salyc. in d. l. quoniā. C.de testibus Mart. de laud. in tract. de crīm. læse maiest. allegat Bal. in l. quoniā liberi. C.de test. idem voluit Dominus Hippol. Marsil. Dominus meus, in l. de minore in princ. col. i. nu. 3. ff. de quæstio. idem probat tex. in c. quærō ergo. 5. verum. vi. q. i. 7 9. Distinct. c. si quis Papa & ibi glos. Alex. in cons. 1 3. col. iiij. vers. octauo præsuppono. in. vi. vo. lu. vbi dixit, † q. ad probandam conspirationem factam contra Principem admitti possunt testes etiam participes criminis, & qui iurassent non reuella re, etiā quando pretium pro hoc accepissent allegat. tex. in c. fin. de test. co- gend. & glos. in c. veniens el. i. de test. ad idem Marsil. in cons. i. in. i. volu. nu. 3 2. & in cons. 1 0 9. nu. 1 1. in. ij. uol. & Ioan. Crotus. Dominus meus, in tract. de test. nu. 9 2. Prædictam conclusionem sane intellige secundū Are- ti. in. c. cum P. mancunella col. viii, de accusat. q. † ad hoc ut socio criminis credatur

eredatur etiam in criminibus exceptis, ultra alia adminicula & coniecturas
 requiritur, q̄ ex numero testium, vel ex qualitate deponentium, vel eorum personis contra quos deponit verisimile sit eos non mentiri. allegat ad hoc tex. in c. in fidei. s. final. de haeret. in vi. idem voluit Marsil. Dominus meus in consl. 74. nu. 13. in i. volu. Math. de Afflict. in c. i. in. s. & bona committentium. col. iij. nu. 27. in tit. quae sint regal. in vslibus feudor. vbi dixit,
 † q̄ sola depositio socij criminis ad torturam, non sufficeret, nisi cum ea esset alia præsumptio, vel aliud indicium: allegat Alex. consl. 89. in iij. vol. Abb. in c. i. de confel. & Franc. Brūn. in tra. &. de quæstio. q. v. ad idem Grāmat. consl. 35. in causa Magnifici Antonij. in fin. nu. 49. Prædictam conclusionem, † q̄ socius criminis admittatur ad testificandum in criminis læsæ maiestatis, limita non procedere quando esset inimicus eius contra quæ deponit, tunc enim nullatenus esset admittendus. ita voluit Alex. in consl. 126. est tamen consilium D. Vincentij Palesti. doctoris Bononien. quem refert & sequitur Thom. Grammat. in consl. 38. formata inquisitione, col. iij. in princ. nu. 3. faciunt dicta supra q. ij. proxima præced. vbi vidimus, q̄ inimicus in testem non admittitur in hoc criminis læsæ maiestatis. Limita
 † secundo prædictam conclusionem ut procedat, nisi alias socius criminis esset criminosus vel infamis ex alio delicto. ita dixit idem Grāmat. in consil. 35. in causa Magnifici Antonij Barna. col. iij. nu. 27. alleg. Angel. in l. qui in iudicio. ff. de accusat. vbi dixit, q̄ † si ex forma statuti accusatori est credendum de damno dato vel alio crimen, ei non crederetur si esset infamis infamia facti. idem voluit Dominus meus Marsil. in consl. 74. col. iij. in i. volu. Corset. singul. suo in verb. integer. & hanc opin. corroborat Grammat. in d. consil. ex eo q̄ dixit Bal. in sua repet. l. cunctos populos. col. xv.
 versic. Quintum exemplum. C. de sum. trinit. & fide cathol. vbi dixit, † q̄ stante statuto, q̄ libris mercatorum plena fides adhibetur pro scribente, id sane intelligi debet, nisi alia mercator esset infamis vel suspectæ virtæ. idem voluit Iaf. in l. admonendi. ff. de iur. iurand. tu adde aliam rationem, quare socius criminis alia infamis non sit admittendus in testem in criminis læsæ maiestatis: quia, q̄ socius criminis admittatur in criminis læsæ maiestatis, hoc est speciale in d. criminis, quia regulariter non admittitur in alijs criminibus. ut dixit Math. de Afflict. in d. s. & bona committentium, loco præallegat. quando autem socius criminis esset infamis concurrerent duæ specialitatem, vna q̄ tanquam socius criminis admitteretur, alia q̄ tanquam infamis, q̄ esse non debet, † quia duo specialia circa idem concurrere non possunt l. i. vbiglos. Bar. & do. & C. de. dot. promissio. Oldrad. in consl. 79. facit etiam illud, q̄ duo vincula magis stringunt quam vnum. s. affinitatis. inst. de nupt. au. et. ita q̄. & ibi Bar. C. commu. de succelsio. facit etiam, quia † q̄

instrumentum sit de novo repertum statur iuramento producentis. Bar. & doct. in l. admonendi. ff. de iure iurandi. habetur in c. pastoralis. de except. 1. Hoc tamen non procedit, si producens instrumentum de novo reper- 2. tum esset alias per iurus, ut dixit Roma. in d.l. admonendi. Et in quibus alij casibus socius criminis in testem admittatur, vel de socijs interrogari possit, vide quae magistraliter & copiose ponit. D. Io. Crotus Dns meus in præalleg. tract. suo de test. in versic. Octauo principaliter. nume. 91.

S V M M A R I V M.

An testes singulares probent in crimine læse maiestatis?

1. *Testes singulares in crimine læse maiestatis admittuntur.*
2. *Iura loquentia de singularitate testimoniis, quomodo sint intelligenda.*
3. *Testes singulares in crimine heresim admittuntur, cum distinctione tamen ut ibi.*
4. *Ad probandum aliquid in genere an testes singulares sufficientes?*

Q V A E S T I O VIII.



C T A V O quæritur: quid dicendum de testimoniis singula-
ribus: an probent in crimine læse maiestatis, cum alias nul-
lo modo probent. l. iuris iurandi. C. de testi. c. licet causam.
de probatio: Dicas, qd in d. crimine admittuntur; ita not.
dixit Petr. de Ancha. in consil. 440. Ex prædicta facti nar-
ratione. in ij. dubio. vbi notabiliter dixit, t aduertendum
esse in materia singularitatis testimoniis: Nam quandoq; deducitur unum fa-
ctum qd perficitur uno loco & tempore, ut puta homicidium, vel adulte-
rium, aut vna obligatio ex consensu descendens, & isto casu quando te-
stes deponunt, de diuersis locis & temporibus, vti singulares non probant
identitatem facti, & hoc modo intelligendum est exemplum de Susanna
& iura loquentia de singularitate. Aliquando vero deducitur aliquod fa-
ctum quod momento temporis essentiam non capit, aut in uno loco tan-
tum, veluti est conspiratio, coniuratio, & tractatus, qui contra principem
funt: & isto casu dicit, qd singularitas testimoniis non infringit probationem,
quin immo probat. qd comprobatur per iura & rationes de quibus per eum
ibi. & hoc tenet etiam Crot. Dominus meus in tract. de test. in versic. No-
na sit conclusio. nu. 325. idem tenuit Math. de Afflict. in c. i. in s. & bona
committentium. col. ij. nu. 29. in xij. Speciali. in tit. quae sint: regal. in vñ-
bus feud. Et Marsil. Dominus meus in consil. i. col. iiiij. vers. quia respondeo.
in i. volum. Io. de Anna. in c. licet hæli. col. iiiij. de simon. idem tenet Nicol.

Bellon.in confi. 23.nu.3.& † idem est in probanda hæresi: vt per Bal.in l.
actor.col.ij.C.de probatio.Fely.autem in c.licet.el ij.col.v.de testi.In hæ-
resi distinguit:q; aut testes inducuntur ad probandum hæresim in genere,
& isto casu dicit procedere opinionem Bald.in d.l.actor. Aut tractatur de
probanda hæresi in specie,& eo casu dicit testes singulares non probare,vt
ibidem late per eum. † An autem verum sit , q; ybi agitur de probando
aliquid in genere testes singulares sufficiant,vide eundem D.Ioan.Crot.in
d.tra &. suo.de testi.in versi.septima sit conclusio.sub nu. 324.vbi adducit
tenentes & negatiuam,& affirmatiuam partem circa hoc: & tandem ipse
videtur residere in parte negatiua, videlicet q; etiam quando tractatur de
probando aliquid in genere testes singulares non admittantur. vide dicta
per eum ibi.

S V M M A R I V M.

An frater contra fratrem in crimine lœse maiestatis testificari cogatur?

- 1 Attinentes usque ad septimum gradum testificare non coguntur, regulariter, tam in ci-
uilibus quam in criminalibus. Possunt tamen si uolunt testificari.
- 2 Iudex, attinentibus sponte deponentibus, debet facere scribi in actis, q; uolentes deponit.
- 3 Frater contra fratrem in maioribus criminibus & exceptis testificari cogitur.
- 4 In defectum tamen aliarum probationum.
- 5 Crimen lœse maiestatis est de exceptis.
- 6 Frater ad fratri defensam an testificari posset?
- 7 Frater uel consanguineus si sit multum nota fidei, & integræ uitæ, in causa fratris uel
consanguinei probat.
- 8 Fratres & consanguinei in criminalibus ad meram defensionem & probationem in-
nocentiae admittuntur. Secus ad reprobationem testium.

Q V A E S T I O N I X.



ONO quero: an frater contra fratrem in hoc crimine lœ-
se maiestatis testificari cogatur? Dicas, † q; regulariter atti-
nentes vscq; ad septimum gradum testificare non cogun-
tur, vt habetur in l.lege Iulia.ss. de testi.vbi glos.in verb.
denuncietur, dixit, hoc esse verum tam in ciuilibus quam
in criminalibus.ad idem glos.in l. foemina.in verb.injuria.
C.ad turpil.lo.de Imol.in c.dilectionem.de testi.cogend. possunt tamen si
volunt testificari: sed eo casu † quando volunt examinari, tunc cautus sit
iudex, quod in actis describi faciat, quod volentes deponunt. ita notant.

dixit Bar. in au. t. presbyteros. in iij. not. C. de epis. & cler. & ibidem Cyn.
 2 fallit tamen regula praedicta t in maioribus criminibus, in quibus frater
 contra fratrem testificari cogitur: vt per Specul. in tit. de test. in s. de testiū
 compulsione. versicul. sed nunquid frater cogitur. vbi dixit, qd idem est in
 criminibus exceptis allegat tex. in c. literas. de præsumpt. vbi frater contra
 4 fratrem in crimen hæresis deponit. t hoc tamen sane intelligendum est in
 defectum aliarum probationum, vt dicit idem Specul. loco præalleg. alle-
 gat tex. in l. quoniam. in fine. C. de hæret. & in c. quanquam. xiiij. q. n. Con-
 5 stat t autem crimen læse maiestatis esse de criminibus exceptis: Ergo in
 criminis læse maiestatis frater contra fratrem testificari cogetur. facit, quia
 in hoc criminis frater fratrem accusat, vt vidimus, supra in rubri. qui accus.
 6 poss. q. iij. An t autem frater ad fratribus defensam testificari possit? Videlut
 dicendum, qd si frater vel consanguineus esset vir integræ vitæ & magnæ
 sanctimonie, in quo cessaret verisimiliter suspicio qd mentiretur, pro fra-
 tre vel coniuncto, talis admitteretur ad probandum Innocentiam fratribus
 vel consanguinei in criminalibus. facit qd dixerunt Ioan. Andr. & Ioan. de
 7 Imol. in c. cum R. Canonicus. extra de offi. delegat. vbi volunt, t qd si fra-
 ter vel consanguineus producatur in testem in causa fratris vel consanguini-
 nei, eius fides non diminuitur, si sit multum notæ fidei, & integræ vitæ. quo-
 rum dictum sequitur Crot. Dominus meus in præalleg. tract. de testi. nu-
 me. 85. & 86. vbi pro ista opinione allegat tex. in c. in literis in fin. extra de
 8 test. Dicas, t qd consanguinei etiam fratres admittuntur in criminalibus ad
 defensam. per text. in l. parentes. ff. de testib. & in c. literas. de præsumpt. Id
 tamen locum habere dicas vbi ad meram defensionem & probationem in-
 nocentie inducuntur: secus si ad reprobationem testium essent produci.
 vt scribunt Bal. & Saly. in l. parentes. C. de testib. & sequitur Alexand. in
 consi. 5. in iij. col. in i. volu. & Grāmat. consi. 52. in causa mora. col. ij. n. 12.

S V M M A R I V M.

- An iudeus poterit esse testis in crimen læse maiestatis?
 1 Iudeus regulariter contra Christianum in testem non admittitur.
 2 Iudeus contra Christianum in multis partibus in testem admittitur.
 3 Iudeus in causa matrimoniali uertente inter Christianos quando ab alijs uocatur in con-
 testem potest testificari. Et ita consuluit auctor cum celeberrimis doctoribus Padua-
 legentibus.
 4 Iudeus in crimen læse maiestatis, & hæresis, contra Christianum testis esse potest.
 5 Maior est prohibitiō in hæretico quam in iudeo.
 6 Crimen hæresis & læse maiestatis equiparantur. Et de uno ad aliud arguitur.

- 7 Iudeus in alijs causis quando admittatur in testem remissive.
 8 Iudeus testificando iurare debet super suam legem.
 9 Iudeo in qua forma iudex deferre debeat iuramentum remissive.
 10 Iudeus iurans secundum suam legem si deieret de falso punitur.
 11 Iudeus nuper ad fidem conversus non potest esse testis contra Christianum in casibus in quibus cum erat iudeus non poterat.
 12 Per iuris etiam post peractam poenitentiam testis esse non poterit.
 13 Stante statuto quod percutiens Antianum puniatur in duplum, an percutiens eum qui de proximo fuit Antianus puniatur poena dicti statuti?

Q V A E S T I O X.



ECIMO quæro: quid dicendum de Iudeo, an poterit esse testis in criminis læse maiestatis? Dicas, tu quod regulariter Iudeus contra Christianum in testem non admittitur. c. Iudei extra de Iudeo. ij. q. viij. c. alicui. l. quoniā. C. de hæret. l. ij. in fin. C. de summa trinit. & fid. cathol. c. i. de test. c. licet vniuersis. eod. tit. c. placuit. iiij. q. iiij. Speculat. in titu. de teste. s. i. versic. Item quod est Iudeus. Alex. consi. 70. viso processu inquisitio-
 nis. in i. volu. V eruntamen tu in multis partibus Iudei contra Christianum in testes admittuntur, vt testatur Specul. in tract. de mod. general. concil. congregand. rubric. lxi. nu. 30. Et tu ego consului alias in Civitate Venetiarum in causa matrimoniali quæ inter Nobiles vertebarur, quod quidam ma-
 gister Lazarus Hebræus Medicus, qui fuerat præsens contractui matrimo-
 niij, & ab alijs testibus examinatis uocabatur in contestem, examinari pos-
 set super contractu matrimonij, & Consi. meo Celeberrimi Doctores tunc
 Paduae legentes, D. Petrus Paulus Parisius, qui postmodum fuit Cardina-
 lis, D. Marianus Socinus Nepos. D. Ant. Francisc. de doctoribus Patauus,
 & D. Bernardinus Gamarus Bononiensis, se subscrivere. Dicas, tu quod in cri-
 mine læse maiestatis Iudeus testis esse poterit: sicuti contra Christianum
 in crimine hæretis admittitur. c. contra Christianos, de hæret. in vi. c. si hæ-
 reticus. ij. q. viij. c. in fidei fauorem. de hæret. in vi. quæ iura quamuis in hæ-
 retico loquantur, attamen intelliguntur etiam in Iudeo: quia tu maior est
 prohibitio in hæretico, quam in Iudeo, secundum glos. in c. pagani. ij. q. viij.
 pro qua facit text. in c. i. de hæret. in vi. Et quod Iudeus admittatur in testem
 in hoc crimeniæ læse maiestatis, videtur sentire Fely. in d. c. Iudei. de test. in
 vi. fallentia. vbi ponit regulam, quod Iudei non admittuntur in testes contra
 Christianos: Demum dicit, quod d. regula fallit in criminibus exceptis. idem
 dixit Gondisal. de villa Diego, in suo tract. de hæret. q. xij. versi. Est tamen

6 speciale in hoc criminе. nu. 10. facit, quia † crimen hæresis & læse maiestatis æquiparantur. c. vergentis. de hæret. vbi glos. in verb. exheredato. & in l. manicheos. C. de hæret. & de vno ad aliud arguitur. glos. in l. nutū. ff. de acquirend. hæred. & glos. in d. l. manicheos. in verbo debet. glos. ij. in c. i. de testi. in vi. quam ad hoc pro singulari allegat Alex. in l. si quis filio. s. hi au-
 7 tem. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. Quando † autem Iudæus admittatur in testem in alijs causis, vide per D. Ioan. Crotum præceptorem meum, in tract. suo. de test. in versi. Nono quæritur. nu. 136. & per Felyn. in d. c. Iu-
 8 dæi. de testi. & ibi per omnes. Et † quando Iudæus admittitur in testem iu-
 9 rare debet super suam legem non super Euangelia, vt per Ioan. de Imol. in
 10 clem. i. de testi. Ant. de Butr. in proemio Gregoriano. & † in qua forma iu-
 11 dex deferre debeat iuramentum Hebræo, vide Specul. in titul. de iuram.
 12 calum. in. s. restat. versic. penult. Et † si Iudæus iurans secundum suam le-
 13 gem deierat, de falso puniri potest: quia statur eius sacramento quando iu-
 rat per suam legem. Ita dixit Andr. de Iser. in constit. regni. quæ incipit, si
 14 quis posterum. in rubr. de defens. imposit. nu. 31. Vnum non omitto, † q̄
 15 in casibus in quibus Iudæus testis esse non potest contra Christianum, in
 eisdem iudæus nuper ad fidem conuersus contra Christianum testis esse
 non poterit. facit ad hoc glos. in l. qui cum uno. s. ignominia. ff. de re milit.
 16 quæ voluit † q̄ periurus etiam post peractam poenitentiam testis esse nō
 possit. ita dixit. D. Hippol. Dominus meus in l. i. s. præterea. col. ij. versicul.
 pro quibus etiam facit. nu. 5. ff. de quæstio. allegat in argu. tex. in l. filij. s. vi
 dua. ff. ad municipal. & in c. is qui. in fin. de sepult. in vi. Et pro ista opin. vi
 de eundem. D. meum in singul. suo nu. 179. incip. viget communiter. vbi
 17 examinat illam quæstionem: An † stante statuto q̄ percutiens Antianum
 siue priorem puniatur in duplum, percutiēs eum qui de proximo fuit An-
 tianus siue prior puniatur poena dicti statuti: & tandem adductis do-
 rum in hoc discrepantium opiniones, ipse sequitur opinionem Alberici,
 qui tenuit partem affirmatiuam: pro qua opinione multa adducit pro con-
 clusione supradicta, facit iudicio meo mirabiliter tex. in c. accusatores. & q̄
 ibi not. Ioan. de Turr. Cremat, et Præposit. ij. q. v. vbi habetur q̄ inimicus
 nouiter reconciliatus non admittitur in testem, de quo dixi supra q. ij. pro
 xima præcedenti sub hac eadem rubric. in versi. sexto decimo testis.

S V M M A R I V M.

- An periurus in criminе læse maiestatis admittatur in testem?
 1 Periurus non admittitur in testem, etiam si emendatus sit.
 2 Periurus in criminе læse maiestatis admittitur in testem. Et quibus concurrenti-

- bus. numero 8.
- 3 Periurus in crimen hæresis quando admittatur in testem.
 - 4 Et quando in criminis simoniæ.
 - 5 Crimen hæresis est maius crimen læse maiestatis.
 - 6 Idem etiam dicitur de criminis simoniæ, quando hæresim sapit.
 - 7 Respectu simoniache hæresis cetera crimina quasi pro nihilo reputantur.
 - 8 Seruus, uilis persona, uel liber & criminosis, ac infamis, obscurus, uel ignotus, sine tortura non admittuntur in testes.

Q V A E S T I O XI.



N D E C I M O quæro: certum est q[uod] periurus non admittitur in testem, etiam si emendatus esset, nam perdit perpetuo fidem aliquid probandi per suum iuramentum. glos. est ad hoc communiter approbata in c. per tuas. in versicu. adulterij. de simoni. & in c. testimonium. de testi. facit text. in c. parvuli. xxij. q. v. Notant do st. vbi Alexand. & Ias. in l. j. s. quod diximus. ff. si quis. cautio. Felyn. in c. ex parte. de testi. sed quid dicemus t[em]p[or]e in criminis læse maiestatis: an periurus in testem admittendus sit? Teneo q[uod] sic, cum temperamento tamen, de quo infra dicam. Moueor quia t[em]p[or]e periurus admittitur in testem in crimen hæresis, tex. est in c. accusatus, s[ed] licet vero periurus, de haeretic. in vi. quod tamen procedit, quando quis fuit periurus ex eo, quod coram iudice tam de se quam de alijs in facto hæresis veritatem dicere iurauit, & tamen eam celando deierauit, & postmodum dictum suum corrigeretur, tam contra se quam contra alios suos complices deponendo: nam si ex manifestis indicis appareat talem non animi levitate aut odio somite seu corruptione pecuniae, sed zelo fidei Christianæ dictum suum velle corrigerere, ac ea quæ iure iurando tacuerat reuelare ad fidei fauorem, nisi aliud obster eius stari deberet depositioni tam contra se, quam contra alios, ut ad literam dicit tex. in d. s. licet. Et per illum tex. ita dixit in crimen hæresis Gondisal. V illadiego Hispan. in tract. suo de haeretic. q. xiij. colum. ii. nume. 12. vbi dixit, q[uod] admittuntur in testes periuri in crimen hæresis, & ita deinde eorum dictis fides adhibetur, si ex verisimilibus coniecturis, & ex numero testium, & ex qualitate tam deponentium quam eorum contra quos deponunt, ac alijs circumstantijs, sic testificantes falsum dicere non presumuntur: ut dicitur in dict. capitul. in fidei fauorem. de haeretic. in vi. vbi habetur, quod excommunicati, & participes ac socij criminis admittuntur in crimen Hæresis in Testes, concurrentibus tamen supradictis.

Nec obstat prædictis glos. in d.c. per tuas. el i. in verbo adulterij supra alle
 4 gata, de simon. quæ voluit, † q[uod] in criminis simonis perius non admittatur: & tamen crimen simonis & haeresis parificantur. Nam dicere possu-
 mus, quod idem erit in criminis simonis q[uod] in criminis haeresis, quando co-
 currunt ea de quibus supra. & dictum glos. in d.c. per tuas. Regulariter pro-
 5 cedit, sed secus erit cum dicto temperamento de quo in d.c. in fidei. Et † li-
 cet crimen haeresis maius videatur criminis laesæ maiestatis: cum plus sit di-
 uinam quam temporalem offendere maiestatem, ut dixit tex. in c. vergen-
 6 tis. de haeret. Et sit † etiam crimen simonis (quando tamen haeresim sapit)
 maius criminis laesæ maiestatis humanæ: ut dicit text. in d.c. per tuas. in s.
 7 hæc omnia. vbi dixit, q[uod] † simoniaca haeresis est tantæ immanitatis q[uod] ad
 eius comparationem cætera crimina quasi pro nihilo reputantur. Nihilo-
 8 minus † quando apparet q[uod] zelo iustitiae perius deponeretur in criminis lae-
 sæ maiestatis, concurrentibus supradictis, indubie teneo ipsum admitten-
 dum esse, argu. tex. in d.c. per tuas. in versic. præterea. de simon. Prædictis
 tamen non concurrentibus dicerem perius non admittendū sine qua-
 9 stionibus: per glos. in c. in summa xv. q. vi. quæ dixit, q[uod] † seruus, vilis per-
 sona, vel liber, & criminatus, ac infamis, obscurus, vel ignotus sine tortu-
 ra non admittuntur.

S V M M A R I V M.

An minor in criminis laesæ maiestatis testis esse posse?

- 1 Regulariter in criminalibus non admittitur in testem qui non sit maior annis viiginti.
- 2 Nisi quando crimen non posset per alios probari.
- 3 Et multo minus minor quatuordecim annis. Qui non potest torqueri, sed ferula cedebat, vel minis terreri ad veritatem dicendam.
- 4 Minor in criminis laesæ maiestatis examinatur, & torquetur.

Q VAE S T I O X I I .



VO D E C I M O quæro: an minor testis esse poterit in criminis laesæ maiestatis? Dicas, † q[uod] regulariter in criminalibus nisi quis sit maior annis. xx. in testem non admittitur. I. testimonium, & ibi glos. ff. de test. Hoc tamen fallit, † quādo crimen non posset per alios probari: Tunc enim minoris testimonium in subsidium admittitur, secundum Ioan. Andr. in tit. de testi. s. i. versic. Item excipiunt quod est impubes, in ad-
 dit. Specul. idem dixit Alex. in consi. 24. Animaduersis. in ij. volu. Crotus
 Dominus

3 Dominus meus in tract. suo de testi. nu. 71. Nec t̄ etiam & multo minus
testificare poterint in criminalibus minores annis xiiij. torqueri enim non
possunt, sed ferula cædi debent, vel minis terrori ad veritatem dicēdam.l.
de minore. ff. de quæstio. in princ. & l. ex libero. q. de minore. ff. eod. titul. l.
i. s. impuberis. ff. ad syllen. & habetur per Bonifac. de Vitelli. in tract. suo
malefi. in tit. de quæstio. & tormen. & quæ personæ ab eis excusent. & l.
4 inuiti. ff. de testi. Attamē t̄ in criminē læfæ maiestatis minor in testem ex-
aminatur, & etiam torqueatur, propter criminis atrocitatem. text. in l. de mi-
niore. in princ. ff. de quæstio. & ibi doct. idem dixit Alberic. in tract. de te-
sti. in rubric. quando repellantur testes ratione personæ. in versic. præterea
inquit. versic. repellitur etiā testis. nu. 10. ad idem Ant. Capitius in suis De-
cisiō. Neapolit. Decis. 130. n. 55. In isto enim criminē multa conceduntur
contra regulas iuris, vt patet ex his quæ dixi supra in pluribus quæstionib-
us. in rubric. qui accus. poss. & longe plura adducit Math. de Afflīt. inti-
tul. quæ sint regal. in c. i. in. s. & bona committentium, vbi enumerat om-
nia specialia quæ sunt in hoc criminē læfæ maiestatis, idē facit Ant. Capit.
in præallegata Decis. 130. nu. 54. & D. Hippol. de Marsil. Dominus meus
in l. de minore. in princ. in i. & ij. col. ff. de quæstio. facit ad prædicta, q̄ pū-
pillus & impubes cum autoritate tutoris admittuntur ad accusandum in
hoc criminē, qui in alijs repelluntur, vt habetur per Specul. in titul. de accu-
satore. s. i. versicul. item excipitur q̄ est pupillus. & dixi supra in rubric. qui
accusar. possunt. q. viij.

S V M M A R I V M.

An meretrix poterit esse testis in criminē læfæ maiestatis?

- 1 Meretrix regulariter repellitur a testimonio.
- 2 Meretrix in criminē læfæ maiestatis admittitur ad testificandum.
- 3 Tamen eius dictum alijs non concurrentibus, indicium non facit ad torturam.
- 4 Meretrix publica quæ dicatur.
- 5 Meretricum publicarum usus a Solone institutus fuit.

Q V A E S T I O XIII.



ER T I O D E C I M O quid dicemus de meretrice: an
poterit esse testis in criminē læfæ maiestatis? Dicas, t̄ q̄ re-
gulariter meretrix repellitur a testimonio: quia infamis.
Infamis enim repellitur regulariter a testimonio in crimi-
nalibus. l. sciant. C. de probatio. & habetur in c. testimo-
nium. de testi. & dixi supra. q. ij. sub hac eadem rubr. Et q̄
Hierony. Gigas.

DD

- Meretrix tanquam persona infamis repellatur, a testimonio in criminalibus, tenuit Alexand. in consil. xi. circa primum. col. i. versic. & dicit Bart. in
- 2 i. volu. Dicas tamen, † q̄ secus erit in hoc criminе, in quo infames ad testimonium admittuntur, vt vidimus supra proxime in d. q. iiij. Et ita dixit Alexand. in d. consil. xi. col. i. in princ. & probatur hoc per rex. in l. in quæ stionibus. ff. ad leg. iul. maiest. vbi Iulia. quæ meretrix fuit, detexit coniurationem Catilinæ. faciunt ad hoc quæ dixi. supra q. vi. proxima præc-
 - 3 denti. in versi. in criminе vero. Dicas tamen, † q̄ eius dictum tanquam nō integræ testis per se solum alijs non concurrentibus indicium non ficeret ad torturam: quia testis non integræ opinionis & famæ indicium non facit ad torturam, vt dixit Bal. in c sacramentum. de cōsuet. recti. feud. Bar. in l. admonendī col. xij. ff. de iure iuran. Alex. in consil. supra allegato. qui in meretrice loquitur, idem dixit Marsil. Dominus meus in consil. 10 l. in
 - 4 præmissa causa col. ij. nu. 18. in ij. volu. Publica † autem meretrix ea dicitur, quæ publice & palam prostituitur. l. palā. ff. de rit. nupt. mulieres enim quæ sui corporis quæstum faciunt (vt supra dictum est,) a testimonio regulariter repelluntur, ad quod ultra superius allegata est bonus tex. in l. ij. s. lege Iulia. ff. de testi. vbi mulier, in accusatione legis Iuliæ de vi repellitur: quia sui corporis quæstum fecerat. † Meretricum publicarum usula Solone institutum Philemon scribit, vt ea Venere contenti iuuenes a pudicis solicitandis abstinerent, vt testatur Andr. Alciat. in l. massuritus scribit. ff. de verbis. significat.

S V M M A R I V M.

- An clericus contra laicum admittatur in testimoniū in criminē lēse maiestatis?
- 1 Clericus ubi poena sanguinis ingeritur non admittitur in testimoniū.
 - 2 Clericus testificari potest contra laicum in criminē Ecclesiastico, coram iudice Ecclesiastico.
 - 3 Clericus in iudicio seculari admittitur in testimoniū quando ueritas aliter haberi nō potest.
 - 4 Clericus ubi agitur ciuiliter de criminē potest esse testis.
 - 5 Secus si criminaliter.
 - 6 Clericus contra laicum in causa criminali ubi poena sanguinis nō ingeritur in utroque foro testificari potest.
 - 7 Clericus in criminē lēse maiestatis contra laicum non cogitur testificari.
 - 8 Secus post obitum inculpati quando agitur de damnanda eius memoria, quia tunc cogitur a suo iudice Ecclesiastico.
 - 9 Inabilitas clerici scilicet quod non posset testificari in causa ubi ingeritur poena sanguinis procedit ratione ordinis clericalis.

Q V A E S T I O X I I I .



- V A R T O D E C I M O quæro : an Clericus contra Laicūm in testem admittatur in crimine lœsæ maiestatis ? Di-
cas, † q[uod] clericus, vbi poena sanguinis ingeritur , in testem
non admittitur. glos. in c. testimonium. xi. q. i. per text. in
c. de cætero. de testi. ad idem text. in d. c. testimonium. &
per Felyn. in d. c. de cætero. in princip. & ibi Abb. & do-
ctor. & glos. in c. i. liij. Distinct. in verb. sacerdotes. Crotus Dominus meus
in tract. de testi. nume. 69. Limita prædictam conclusionem, † vt non pro-
cedat si laicus accusaretur de crimine Ecclesiastico, coram Ecclesiastico Iu-
dice : vt voluit Abb. in d. c. de cætero. & ibi Felyn. colum. i. in princip. de
testi. & Archid. in d. c. testimonium. vbi Præposit. in princ. adducit. vi. q.
i. c. i. Et idem tenuit Io. de Turr. Cremat. in d. c. testimonium.
- Limita n. † quando in iudicio seculari veritas aliter haberi non posset: ve
per Abba. in dict. c. de cætero. per tex. in c. quanquam. xiiij. q. ij. Anton. de
Butr. in c. dilectorum. col. vlti. de testi. cogend. idem tenuit Præposit. in d.
c. testimonium. & ibidem Turre Cremata xi. q. i. Fely. autem in d. c. de cæ-
tero. colum. i. versic. fallit ij. dicit, † in hoc bene considerandum : quia si lo-
quimur vbi non agitur criminaliter Clericus admittitur, vt not. Archid. in
clemen. testimonium. de testi. vbi dixit, q[uod] vbi de crimine agitur ciuiliter
clericus posset esse testis, nec ei noceret si postea iudex laicum sanguine pu-
niret. idem dixit Turre Cremata. in dict. capitul. testimonium. xi. q. i. Sin-
autem † loquimur in causa criminali criminaliter mota , secus dicit Felyn.
esse dicendum : Nam eo casu clericus testis esse non poterit; alleg. not. per
Specul. in titul. de legat. s. iuxta. versicul. Item litigiosus. & glos. in cap. i. li.
Distinct. subdens, quod in hoc non valeret protestatio, de qua in capit. ij.
de homicid. in vi. quia esset contraria facto , cum nihil ciuiliter ageret. fa-
cit quod dixit Thom. secunda secundæ quæst. lxx. Articul. primo. in fin.
vbi dixit, q[uod] ministri altaris cogendi non sunt testificare in causa sanguinis.
- Poteſt † tamen Clericus contra Laicum in causa criminali vbi non inge-
ritur poena sanguinis , ſive coram laico ſive coram Ecclesiastico cauſa aga-
tur, teſtificari. c. quandoq[ue] xiiij. q. ij. Abb. & Aret. in d. c. de cætero. de teſti.
Immo tali cauſa clericus cogi poterit , vt voluit Anton. de Butr. in c. di-
lectus. extra de testi. cogend. & Crotus Dominus meus. in tract. de testi.
nume. 69. versicul. secunda conclusio.
- Ex præmissis colligo, † quod clericus in criminē lœsæ maiestatis (in quo
ingeritur poena sanguinis, vt in l. quisquis. C. ad leg. iul. maieſt.) contra lai-
cum non cogetur teſtificari, per præmissa.

- 3 Fallit tamen prædicta conclusio, † quando agitur de crimine læse maiest. post obitum rei ad damnandam eius memoriam: quia cum tunc non agatur amplius de poena sanguinis, cum mortuus sit inculpatus de tali crine, sed solum agatur de confiscatione bonorum defuncti. l. penul. & final. C. ad leg. iul. maiest. l. fin. ff. eod. clericus contra talem cogetur testificari, a suo iudice Ecclesiastico tamen, per prædicta. Erit ergo conclusio, qd in crimine læse maiestatis quando tractatur de poena sanguinis clericus contra laycum in testem non admittetur, & † ista inhabilitas in clero procedit ratione ordinis clericalis, non defectu personæ: vt dicimus de infame criminoso vel similibus, qui ex quo alia repelluntur a testimonio, tamen in crimen læse maiestatis admittuntur, vt in l. famosi. ff. ad leg. iul. maiest.

S V M M A R I V M.

- A*n* laicus admittatur ad testificandum contra clericum in crimine læse maiestatis?
- 1 *L*aicus regulariter non admittitur in testem contra clericum in criminali causa.
Etiam si clericus sit tantum prime tonsure.
 - 2 *L*aici clericis sunt infesti.
 - 3 *L*aicus gradu & conuersatione non est par clericis.
 - 4 Clerici dei legatione funguntur.
 - 5 *L*aicus in crimine læse maiestatis admittitur in testem contra clericum. & sub nu. 7.
 - 6 Crimina excepta que sint?
 - 7 *L*aici contra clericos in criminibus exceptis admittuntur in testes.
 - 8 *L*aici in quibus casibus admittantur in testes contra clericos. remissione.

Q V A E S T I O X V .

- E**CIMO QVINTO quero: quid dicendum econtra an laicus admittatur in testem contra clericum accusatum de crimine læse maiestatis? Et videtur dicendum qd non: quia † regulariter laicus non admittitur in testem contra clericum in criminali causa. tex. est. in c. de cætero. de test. & procedit hoc etiam in clero primæ tonsuræ, vt dixit Fely. in d. c. de cætero. in prin. & Dominic. in c. sicut sacerdotes. ij. q. viij. & probatur per tex. in d. c. de cætero. in verbo, clericum. iuncto c. cleris. & ibi glos. in verb. psalmistas. xxi. distin&t. Huius decisionis duplex ratio redipotest, secundum D. lo. Crot. præceptorem meum in tract. suo. de test.
- 2 nu. 59. Prima † quia laici clericis sunt infesti. c. laici. & c. laicus. ij. q. viij. Se-
 - 3 cunda ratio est secundum Aretin. in d. c. de cætero: quia † laicus gradu



non est par clericō, neq; etiam conuersatione, & hēc ratio reuerentiam te
 spicit qualaīcus clericū debet prosequi, quoniam t̄ clerici Dei legationē
 funguntur. c. accusati. in fin. ij. q. viij. facit tex. in c. quis dubitat. & in c. duo
 sunt. 96. distinc. prædicta regulariter procedunt, sed t̄ in crīmīne lēsē mā
 iestatis secus dicendum arbitror: Constat enim crīmen lēsē māiestatis esse
 crīmen exceptum, vt tenet Alberic. in l. famosi. ff. ad leg. iul. māiest. vbi di-
 xit, t̄ q̄ crīmina excepta sunt, māiestatis, simoniæ, hāresis, fraudati cen-
 sus, fraudatæ Annonæ, & crīmen dilapidationis. t̄ In crīminibus autem
 exceptis laici contra clericos admittuntur. c. tanta. de simon. glos. in d. c. de
 cātero. & ibi doct. maxime Fely. col. ij. in fin. versi. limita sexto. de testi. Et
 hoc in crīmīne lēsē māiestatis firmat Alberic. in d. l. famosi. vbi dixit, q̄ in
 crīmīne lēsē māiestatis recipiuntur in testes fēminæ, laici, & crīminosi, cō
 tra clericos, & q̄ laicus contra clericū in crīmīne lēsē māiestatis testifi-
 cari possit, tenuit etiam glos. in c. cum P. Māconella. de accusa. & ibi doct.
 & Boer. in tract. de sedit. in vi. & vltim. præsupposito. nu. 5. in fin. & vide
 ad hoc Specul. in titu. de accusator. in versic. in summa nota. vbi etiam enu-
 merat crīmina excepta. In t̄ quib; autem alijs casib; laici contra clericū
 admittantur, vide per doct. late in d. c. de cātero. vbi Fely. & per dī-
 cūm D. meum in tract. de testi. nu. 59. cum sequen.

S V M M A R I V M.

- An serui, crīminosi, & infames, admittantur in testes contra clericos in crīmīne lēsē
 māiestatis?
- 1 Serui, crīminosi, & infames, in crīmīne lēsē māiestatis contra clericū male uocis, &
 fame, in testes admittuntur, sicuti contra laicos.
 - 2 Secus si est bone uocis conditionis & fame.
 - 3 Ex uita præterita præsens præsuminitur.

Q V A E S T I O. XVI.



E C I M O S E X T O quāero clarum est, q̄ serui, crī-
 minosi, & infames, admittuntur in testes in crīmīne lēsē
 māiestatis contra Dominos, vt vidimus supra q̄ ij. de
 infami, & crīminoso. q. iiij. & viij. xi. & xiiij. proxime præ-
 cedentibus, & de seruis habetur in l. famosi. ff. ad leg. iul.
 māiest. An huiusmodi personæ admittentur in huiusmo-
 di crīmīne contra clericos? Distingue q̄ t̄ aut clericū accusati, inquisiti, vel
 denunciati de crīmīne lēsē māiestatis sunt male uocis & fame, ita vt ye-

risimiliter credere possumus eos huiusmodi delictum commisisse, & eo casu infames, criminosi, & serui contra eos ad accusandum, & testificandum admitterentur, sicuti admituntur contra laicos. ita probat text. in c. in primis. in §. de persona. in versicul. quod autem dicatur a seruis. ij. qđ. i.
 Aut tales clerici accusati, inquisiti, vel denunciati haſtenus fuerunt bona vocis, conditionis, & famae, vt non videatur verisimile eos talia commisisse, & eo casu serui, infames, & criminosi laici contra eos non reciperen-
 tur: nam ex eorum vita præterita præsens præsummitur. xxvij. Di-
 stinct. c. quia sunt, & distinc. lxi. c. miramur. Distinct. xl. c. multis. Ioan. de
 Turre Cremat, in d. c. in primis. colum. vltim. versicul. non enim serui. nu-
 mero 12. Idem sentit Præposit. in §. de persona. colum. viij. in fin. in versic.
 Nota qđ Episcopus.

S V M M A R I V M.

- An serui, criminosi, infames, & alias inhabiles admittantur ad excusandum reum inculpatum de crimine læſe maiestatis?
- 1 Actor & reus non debent ad imparia iudicari.
 - 2 In criminibus exceptis ad excusationem imputati testes non admittuntur, nisi sint idonei.
 - 3 Domestici & familiares, qui alias admittuntur ad probandum ea quæ domi fiunt, non admittuntur ad excusandum inculpatum de crimine læſe maiestatis.

Q V A E S T I O XVII.



E CIMO SEPTIMO, vidimus supra qualiter eriminoſi, infames, & alias inhabiles admittuntur contra inculpatum de crimine læſe maiestatis propter dicti criminis atrocitatem: Nunc autem quero, an similliter testes prædictæ qualitatibus admittantur ad excusandum reum inculpatum de tali crimine: & videtur dicendum quod

- 1 sic: quia † Actor & reus non debent ad imparia iudicari. l. fin. c. de fruct.
- 2 & lit. expens. Contrarium tamen dicas, qđ immo in criminibus exceptis ad excusationem imputati testes non admittuntur, nisi sint idonei:
- 3 ideo † Domestici, & familiares, qui alias admittuntur ad probandum ea quæ Domi fiunt. l. consensu. §. super plagi. C. de repud. Isto casu non admitterentur. casus est nota. quē ad hoc ponderat ibi Areti. in d. c. fi. de testi. refert & sequitur D. Io. Crot. Dominus meus in tract. de testi. nu. 104.

S V M M A R I V M.

- 1 An crimen læſe maiestatis per duellum probari possit.

- 2 Duellum in crimen læse maiestatis equiparatur tortura.
- 3 Et eius loco succedit.
- 4 Duellum permittitur in crimen læse maiestatis.
- 5 Qualia, & quæ inditia esse debeant ut duellari possit in crimen læse maiestatis, relinquitur arbitrio iudicis.
- 6 Duello locus non est quando crimen testibus uel alijs probationibus, probari potest.
- 7 Duello ut sit locus in crimen læse maiestatis que requirantur.
- 8 Si Duellantes per totam diem statutam pugnassent, nec appareret quis esset uictor, an sequenti die sit pugnandum?
- 9 Imputatus de crimen læse maiestatis uictus in duello an habeatur pro confesso. & sub nu. 10.
- 10 Quotiens ex indicijs etiam indubitatis reus condemnatur, nunquam imponitur sibi uera pena delicti sed mitior.
- 11 Duellum licet sit species probationis, tamen est irregularis probatio.
- 12 Comprobatur exemplo quatuor Nobilium Florentinorum qui pugnarunt duo pro parte super quadam querela, & unus pro parte occisi fuere.

Q V A E S T I O X V I I I .



E C I M O O C T A V O quero : an crimen læse maiestatis per duellum probari possit ? Dicendum breuiter † quod sic, vt not. glos. in l. fin. ff. ad leg. iul. maiest. Et hinc est, quod hoc crimen Perduellionis vocatur: vt dixit Math. de Afflict. in c. i. s. & bona committentium. colum. iij. num. 3. 4. in xvij. speciali in tit. quæ sint regal. in vñib. feudo. ad idem Calcan. in consi. ij. Quod autem. col. vi. versi. item dicit. no. 1. & Marian. Socin. junior in consi. 122. Nolebam profecto. col. ij. n. 2. in ij. volu. Scien dum tamen est, † quod duellū in hoc casu torturæ æquiparatur, quæ indicijs non præcedentibus inferri non debet : vt in l. maritus. ff. de quæstio. ita dixit Bal. in c. i. s. si quis hominem. in tit. de pace tenend. in vñib. feudo. quem refert & sequitur idem Afflict. n. 60. Et idem Math. in sua glos. super constitu. regni. in tit. in quibus causis pugna locum habeat. super constitu. incipiente. monarchia. nu. 4. & Paris de Put. in tract. de re milit. in s. An prouocans ad duellum. quinimmo † loco torturæ succedit, vt per Calcan. in praealleg. consi. ij. col. vi. versi. & istud etiam probari potest. † Er, quod duellū permittatur in crim. læse maiest. tenuit etiam lo. de Ligna. in tract. de duello, in versi. circa quintū. allegat ad hoc tex. in Longobardia, de public. crimi. in l. si quis. idē tenuit Bald. in l. qua actione. s. si quis. ff. ad leg. falcid. idē voluit Paris de Pute, in tract. de re milit. in c. An pugna & Duella singularium

personarum : & Calcā.in præallegat.consil.ij.col.v.& col.vi.Contrariam tamen partem videtur sensisse Bal.in l.cum filius.s.fin.ff. de legat.ij. & ibi glos. cuius opinionem sequitur Iacob. de Costillo Hispan. in tract.suo de duello. colum.v.num. 33. in versicu.aliqui etiam prædictis annumerant.

- 5 Qualia † autem,& quæ inditia esse debeant, vt duellari possit in hoc cri
mine, relinquendum est iudicis arbitrio, vt inquit Bald.in d.c.i.s.si quis ho
minem. Quando vero † tale crimen testibus probari posset , vel per alias
manifestas probationes,duello locus non esset. vt probat tex.in d.s.si quis hominem.dicitur enim in illo text.q si delictum potest manifeste probari probatio per duellum locum non habet. Ergo a contrario sensu, quando manifeste probari non possit,admittetur probatio per duellum,et ille tex.
probat supradictam conclusionem , q duello probari possit crimen læsæ
maiestatis, ex quo patet q opinio Bal.in d.l.cum filius.s.fin. & Iac.de Ca
stillo,contrarium tenentium non est uera, Nisi distinguas,q prima opinio
procedit quando tale crimen probari non potest. Secunda vero, videlicet
Bald.& Iac.de Castillo, procedat quando crimen potest aliter probari. &
7 sic concordabis hanc discrepantiam. † Non omitto q Bald.in d.l. cum fi
lius.s. fin. dicit se audiuisse ab Imperatore , q multa sunt necessaria in isto
duello: Primo,q ille qui prouocatur de hoc crimine sit diffamatus. Secun
do, q crimen probari non possit per veram probationem . Tertio, quod
ille qui prouocat sit maior vel par,nam minori maiorem prouocare non li
ceret: Quarto,q agatur de poena personali: nam si ageretur de bonis tan
tum,duellum fieri non deberet: Quinto requiritur, q primo sit electa via
armorum,nō iudicialis,nam si esset electa via iudicialis esset renunciatum
8 Duello . Sed quero de notabili dubitatione , † si die statuta ad pugnam
duellantur per totam illam diem pugnassent, nec posset apparere quis esset
victor vel vietus, an sequenti die sit pugnandum: Bal.in d.s. si quis homi
nem.mouet hoc dubium & dicit, q sequenti die non erit pugnandum, sed
victus dicetur qui se obtulit per duellum probare certa die & non proba
uit.adducit in argu.text.in l.si uiam.s.fin.ff. q vi aut clam.dicens, q in pu
gna,in qua vnuus alium superare habet,non dabitur noua dilatio, arg.tex.
in l.in executione.s.fin.ff.de verb. obligat.refert & sequitur Afflict.in d.c.
9 i.in.s.si quis hominem , in titu.de pac.tenend,in fin. Sed † quid erit, si im
putatus de crimine læsæ maiestatis remansit victus in duello, an ex eo ha
beatur pro confessore Dicas, q regulariter vietus in duello non habetur ac
si per omnia esset confessus delictum : Nam dicitur præsumptione confes
sus : ideo ex tali præsumptione non posset ad mortem condemnari, sicut
ipso posset is qui vere esset confessus, vt voluit Math.de Alflift. in consti.re
gni.in tit.de sacrament.præstant,in constitutione incipiente,summo peri
culo

culo.nu.4.allegat tex.in c.afferte, de præsumptio. & Bal.in c.i.s. si quis ho
 10 minē.de pac.tenen.& eius violat.in v̄sibus feudo.per gloſ.ibi.facit, † quia
 quotiens ex non veris probationibus, sed ex indicijs & præsumptionibus
 etiam indubitat̄ reus condemnatur,nunquam sibi imponi potest aut de-
 bet vera poena delicti, sed mitior: vt notanter dixit Inno.in c.quia verissimi
 le,de præsumptio.quod dictum extollunt Doct.ibi. & in d.c.afferte.& in
 alijs locis,maxime summus criminalista D.Hippo. præceptor meus in con-
 fil.vij.nu.36,in i.volū. V eruntamen in casu nostro Math.de Afflit, loco
 præallegato nu.9.tenuit, q̄ in criminē læſe maiestatis vīctus in duello ha-
 beatur ac si vere esset confessus & cōuictus:& propterea q̄ vltimo suppli-
 cito puniri debeat:& sic tenet q̄ vera poena delicti puniri debeat.cuius opi-
 nio mihi nimis rigida videtur: quia † licet duellum sit species probationis,
 attamen est irregularis probatio,vt voluit Paris de Put.in tract.de re milit.
 in Rubrica,q̄ pugna est species probationis.vbi dixit, q̄ Ideo reus vīctus
 in duello poena confensi punitur,licet mitius agatur cum eo quam cum cō-
 fesso:quia est cōuictus ex præsumptionibus , quo casu quis mitius puni-
 tur.alleg.gloſ.& Bal.in tit.de pac.tenen.in d.s.si quis hominem, facit q̄ vo-
 luit Abb. in c.i.de torneam. vbi dixit, q̄ aliqui agunt duellum vt Deus
 ostendat Miraculum:quia credunt q̄ habens iustitiam vincat Deo operan-
 te,quæ ratio est fallax: quia,vt plurimū,minus fortis succumbit,cum sem-
 per non reperiantur duo pugnantes paris fortitudinis.c.i.de cleric.pugnā.
 12 in duel.& c.i.de purga.vulgar.comprobatur hoc † per exemplum illo-
 rum quatuor Nobilium Florētinornm,qui,de anno, 1530,pugnarunt in
 Castris sub Florentiam existentibus,quorum duo erant in ciuitate,videli-
 cet Dantes Castellionus statura satis grādi,& Lodouicus Martellus statu-
 ra potius parua quam mediocritati duo pro patria pugnātes dixerant Ioā-
 nem Bandinum,& Bertinum Aldobrandi,quorum Ioannes erat statura
 maior,esse rebelles patriæ,ex quo adhreibat Illustri familiæ Medicæ,et su-
 per ista querela statuta die pugnarunt,& tādē duo statura minores,vnus
 pro parte,singulari duello occisi fuere: Nam Dantes Castellionus Berti-
 num Aldobrandi,& Ioannes Bandinus Lodouicum Martelli occisit.Itaq;
 apparer duellum non esse veram & indubitatam probationem delicti.

S V M M A R I V M .

An standum sit assertioni principis dicentis aliquem commisſe crimen læſe maiestatis
 contra ſe?

1 Non creditur regi nec principi, si per suas literas attestetur quod talis fuit eius prodi-
 tor, & q̄ propterea feudum amifit q̄ a ſe tenebat.

Hierony. Gigas.

EE

- 2 Quod procedit etiam in Papa.
- 3 Ex cuius narratione quis non potest iure suo priuari.
- 4 Limitatio ad clemen. pri. de probatio.
- 5 Principis dicto non statur in crimen læse maiestatis, quia in eius facultate esset aliquem priuare iure suo sine causa.

Q VAE S T I O XIX.



ECIMONONO quæro: an standum sit assertioni principis discentis aliquem commississe crimen læse maiestatis contra se? Et dicas q̄ non: quia agitur de suo interesse ratione confiscationis bonorum. Ita dixit Cardinal. in consil. 128. in quæstione quæ vertitur. in princ. vbi concludit in Duce Mediolani, q̄ illius assertioni non erit standum afferentis quædam contra se crimen læse maiestatis commississe. idem tenuit Andr. de Iser. in c.i. in fin. in tit. quo temp. mil. vbi dixit, † q̄ nec regi, nec principi creditur si per suas literas attestetur q̄ talis fuit eius proditor, & q̄ propterea feudum amisit quod a se tenebat: cum testimonio dicat in causa propria, in qua nullus est idoneus testis. l. nullus. ff. de testi. Hoc † etiā & in Papa locum habet: quia † ex eius narratione non potest aliquid iure suo priuari. vt habetur per Abba. in clemen. i. de probatio. & idem in c. 4 quæ in ecclesiast. col. fin. de constit. † & hoc casu limitatur. d. clem. i. vt dixit Deci. in consil. 528. pro resolutione casus. col. ij. in prin. in ij. volu. qui sequitur supradictam opinionem, & in consil. 544. serenissimus Imperator Carolus. col. ij. vbi concludit, non esse standum assertioni dicti Imperatoris afferentis in quadam sua declaratoria, q̄ illustres Domini Federicus & Pirrus de Gonzaga fratres essent sui rebelles: & propterea omnia eorum feuda ad ipsum Cæsarem esse deuoluta, ex quo talis rebellio non erat alter probata cum de eius interesse staretur, allegando Andr. de Iser. loco præallegato. † Si enim staretur principis dicto in hoc esset in eius facultate priuare aliquem iure suo sine causa ex sola eius assertione, q̄ utiq̄ iniustum & absurdum esset: vt dixit Fely. in d.c. quæ in ecclesiast. de constit. ad quod multa allegat Deci. in d. suo consil. 544. col. ij. & ideo bene dixit Cardinal. in d. consil. 128. in princ. q̄ ex quo, in casu in quo consuluit, crimen læse maiestatis non erat probatum per testes, nec instrumenta, nec per confessionem, nec aliter, non erat standum assertioni Duci Mediolani. idem tenuit Deci. in consil. 410. in causa mota Mediolani. col. ij. versi. Tertio principaliter. in ij. volu. idem voluit Ias. consil. 34. ad motiu. col. vi. nu. 8. & nu. 9. in i. volum. & idem tenet solennis Doctor præceptor meus,

Dominus Carol. Ruinus in consil. 147. vñis his quæ proponuntur. nu. 8.
in i. volu. & consi. 3. videtur prima facie. col. iij. nu. 5. in v. volum.

S V M M A R I V M.

- An testes qui deponunt audiisse aliquos coniurantes contra principem mediante curtina, uel tenui pariete uel alicuius muri fissura probent crimen læse maiestatis?
- 1 Testimonium in re perceptibili per sensum auditus, ut sunt uerba, ualeat, licet paries, uel curtina in medio fuerit inter testes & contrahentes.
 - 2 Quod in testamentis locum non habet, quia testes debent esse ad præsentiam testatoris.
 - 3 Testes de auditu mediante curtina uel quid simile in contractibus ualēt dummodo noscāt uoces contrahentium.
 - 4 Secus est in causa ubi agitur de dissolutione matrimonij.
 - 5 Cautela ad probandum aliquid, ubi non sunt testes, nec scriptura. & sub nu. 6.
 - 6 Et an procedat in criminalibus supradicta cautela. & nu. 7.
 - 8 Testes de auditu mediante curtina uel tenui pariete, in crimine læse maiestatis probant.

Q V AE S T I O XX.

VGESIMO quæro: vtrum testes, qui deponunt audiisse aliquos coniurantes contra principem, mediante curtina vel tenui pariete, vel alicuius muri fissura, probent crimen læse maiestatis? Dicas, q̄ glos. in l. in summa. s. idem labeo. ff. de aqua pluui. arcend. dicit, † q̄ tale testimonium in re perceptibili per sensum auditus, vt sunt verba, ualeat, licet paries vel curtina in medio fuerit inter testes & contrahentes, vel testatorem. & illam glos. dicit ibi Imol. esse singularem. Veruntamen, † quod dicit illa glos. de testatore cōiter reprobatur, vt ibidem testatur Io. de Imol. quia in testamentis testes esse debent ad p̄sentiā testatoris. l. si nō speciali. & ibi doct. C. de testa. faciūt quæ habentur in l. iubemus. C. eod. tit. & in l. hac consultissima. s. at cū humana. C. qui test. facere poss. Bar. autem in d. s. idem labeo, sentit hoc procedere eo casu quo testes prius testatorem non vidissent nec audiuerint: secus autem esse dicit, si testes testatorem prius viderant & eum audierant, & postea post curtainam vel tenuem parietem fuissent. Imol. vero in d. s. idē labeo. tuius esse dicit, q̄ in testamentis testes sint præsentes. cuius opinioni adhereo propter multas fraudes quæ fieri possent, & per text. in d. l. si non speciali. In † contractibus vero dicit Imol. communiter teneri, q̄ huiusmodi testimonium non vitietur, dummodo testes habeant notas voces contrahentium, allegat glos. iiiij. q. ix. in c. testes, & in s. si vero absunt, in auet. de hæred. & falcid. Alia vero glos. in c. præterea de testi. voluit, quod testimonium de auditu proprio non probet pariete inter medio sine alijs adminiculis. Tu

- 4 autem dicas, + qd glos. in d.c. præterea in verb. de auditu loquitur, vbi agitur de dissolutione matrimonij, in quo articulo testes de auditu mediante tenui pariete vel curtina, nisi concurreret fama & alia adminicula, non probarent, glos. vero. in d.s. idem labeo, loquitur in contractibus, & isto modo concordari possunt ne ad inuicem sine contrariæ, ita eas concordan-
- 5 do dixit Imol. in d.s. præterea. in fin. vbi dat Cautelam, + qd quando aliquis veritatem fateri non vult in præsentia aliorum, qd potest adduci ad confitendum in loco vbi post curtainam essent testes, qui audierent & qui de hoc essent admoniti, dñmodo notas haberet partium voces. vide de hoc
- 6 Fely. in d.c. præterea. col. ij. & vlt. in vers. vlt. pondera. Sed + quid dicemus in criminalibus? Hostiens. in c. ij. de consuet. ponit casum in quodā tabernario, qui subtraxerat siue furtive abstulerat Ganæ Scy sum suum argenteum, quem nolebat restituere, nec in præsentia testium cōfiteri, licet cum esset solus cum ea id non negaret: at illa mulier Notarium & quosdam testes posuit post parietem, & tabernarium calefactum ad id confitendum induxit, qualiter sibi Scy sum subtraxerat, & se restituturum promisit: quo audito mulier rogauit tabellionem & testes de confessione tabernarij: & sic sentit Hostien. prædictam confessionem hoc modo probari potuisse, qd resert Abb. in d.c. ij. de consuet. vbi Andr. Barba. col. xi. resert de quodam accusato de crimine capitali, qui seueriter tortus constanter negabat se illud delictum commisisse, sed postmodum cum solus esset cum Prostestate confitebatur delictum, quod coram testibus fateri nolebat: Potestas posuit testes & Notarium post parietem, & blando sermone ab illo extorxit cōfessionem, & rogauit de hoc Notarium stantem in abscondito de dicta confessione, & sic illum decapitari fecit, subdens Barbat. qd præmū illius potestatis debuisset esse laqueus, & certe bene dixit: quia illa confessio fuit extorta, & sic illius vigore non debebat ille mori. Quod + autem testes de auditu medio pariete vel curtina non probent in criminalibus, licet notas habeant loquentium voces, sentit Felyn. in d.c. præterea. col. iiij. versic. vlt. pondera. licet ad hoc nil alleget, nisi Imol. in d.s. idem labeo. qui dixit, qd glos. in d.c. præterea. loquitur in poenalibus. Contrariam partem tenuit Alexand. in consi. i 66. Animaduersis his. col. iiij. versic. Nec obstat qd iste testis. in ij. volu. vbi dixit, qd, præterquam ad probandum testamentum, testes, qui audierunt medio pariete vel curtina si notam habent vocem eius contra quem deponunt, probant ac si illum vidissent: & propterea consuluit credendum cuidam mulieri, quæ depositum contra quendam in causa criminali quem non vidit, sed tantum illius vocem, quam nō
- 8 tam habebat, audiuit. Concluderem ego, + qd in criminis læsæ maiestatis huiusmodi testes admittendi essent & probarent; quia tractatus & con-

spirationes secrete sunt, & ut plurimum intra priuatos lares. Index autem ex circumstantijs arbitrabitur quanta fides illis adhibēda sit, iuxta tex. in l.ij. ff. de testi. nam si dicti testes deponerent vidisse & agnouisse ingredientes cameram, licet eos non viderint quādo insimul loquebantur, arbitrator eos tali casu probare. de quo vide, D. Carolum Ruin. præceptorem meum in consil. 71. quamuis circa primum. colum. penul. versic. hinc etiā videmus. nu. 21. in ij. volu. vbi dixit, q̄ si testes vidissent ingredientes cameram, plene probarēt. alleg. Abb. qui hoc dicit in c. cum causam. de testi. De ista materia, quando probent testes deponentes audiuisse medio parie vel curtina vide late per D. Iohann. Crot. Dominum meum in tract. de testi. nume. 346. vſq; ad nume. 351.

S V M M A R I V M.

An crimen læse maiestatis per instrumentum probari posſit.

- 1 Crimen testibus non testimonij probandum est.
- 2 Delictum quod non consistit in instrumento, sed extrinsecus, non probatur directo per instrumentum plene. & sub nu. 3.
- 3 Delictum per literas non probatur in iudicio.
- 4 Delictum directe per instrumentum quando probetur. & nu. 4.
- 5 Testibus non citatis nec iuratis in alterius præiudicium non creditur.
- 6 Nemo est dominus membrorum suorum.
- 7 Crimen læse maiestatis instrumento probari potest, quia coniuratio ex eo probatur.
- 8 Quod procedit etiam si scriptura coniurationis inita effet manu priuata.

Q V A E S T I O X X I .



I G E S I M O P R I M O quero: an crimen læse maiestatis per instrumentum probari posſit: circa quod videatur dicendum q̄ non: per tex. in l. diuus Adrianus in princip. ff. de cust. & exhibit. reorum. & per tex. in l.ij. s. diuus Adrianus. ff. de test. in quibus iuribus dicitur, q̄ † testibus non testimonij credendum est. Et q̄ crimen testimonij probari non posſit, tenuit Ias. in consil. 34. Ad motiuā data. col. vi. nu. 9. in i. volum. Et Aymon. Crauet. in tract. suo de antiqui. tempor. in i. parte. in versic. quarto limitatur. nu. 13. idem tenuit Collect. in c. cum in ecclēsī. in princ. extra. de maior. & obed. & Floria. in d. l.ij. s. diuus. vbi dixit, q̄ † delictum, q̄ non consistit in instrumento sed extrinsecus, non probatur directo per instrumentum plene, subdit tamen q̄ facit adminiculum. Et, † q̄

LIBER SECUNDVS. TRAC.

delictum per literas non probetur in iudicio, tenuit Egid. Bellem. in c. plau-
cuit. vi. q. iiij. per tex. in c. relatum. v. q. ij. Pro contraria parte, q̄ immo cri-
men per instrumentum probetur seu priuatam scripturam, facit text. in l.
senatus. in prin. ff. ad senat. consul. turpilian. & ibidem Bar. Bal. in l. contra
negantem. C. ad leg. Aquil. idem in l. ij. ff. de feri. & Bar. in l. non intelligi-
tur. s. tacite. ff. de iure fisc. vbi dixit, q̄ per priuatam scripturam delictum
probatur, q̄ tamen procedere testatur quando delictum promittendo vel
contrahendo committitur, vt dixit Bar. in d. l. senatus, ad prædicta vide
glos. in c. cum in Ecclesiis. de maior. & obed. & in c. cum impositionibus,
de iure iuran. in vi. Et per Io. Andr. in regula, semel malus. in Mercuri. &
Salyc. in l. fin. C. de probatio. & Abb. in d. c. cum in ecclesiis. in versicul. in
glos. tertia. vbi dixit, q̄ aut ex tenore instrumenti patet crimen ita q̄ dire-
cte instrumentum non fuit constitutum super criminis, & tunc crimen per
instrumentum probatur, & ponit exemplum in canonicis, qui se adinuicē
per instrumentum super coniuratione, quam contra eorum episcopum fa-
ciebant, obligarunt. ¶ Nam dicit Abbas per hoc instrumentum coniura-
tionis crimen probatur. Aut agitur de probatione directe fidēa per instru-
mentum & tunc distinguit: aut instrumentum scriptum fuit sine consen-
su illius qui crimen commisisse dicitur, & non probat, nam si secus dicere
mus quis de facilis de crimine coniinceretur, Nec est hoc officiū notarij, nec
¶ testes descripti in illo instrumento darent illi fidem: cum ¶ testibus in alte-
rius præiudicium non credatur, nisi citati fuerint & iurauerint. vt in c. ij. de
testi. Si vero ille, qui criminosus dicitur, instrumento cōsenserit, & isto ca-
su instrumentum probat, quo ad poenam cui imputatus de criminis potest
se subiçere. alleg. ad hoc tex. in c. cum dilecti. de eleçtio. & in c. penul. extr.
de crim. fals. quo vero ad poenam, cui se obligare non potest, instrumento
non creditur: cum ¶ nemo sit dominus membrorum suorum. l. liber ho-
mo. ff. ad leg. Aquil. & in c. contingit. el i. de sent. excom. Fely. in d. c. cum
in ecclesiis. Regulam ponit, delictum instrumento probari. adducit tamen
actio fallentias ad regulam prædictam. & quia eius dicta transcribere non
intendo, eum videre poteris, ex cuius dictis comprobatur prædicta distin-
ctio Abbatis. Erit ergo ex prædictis conclusio, ¶ q̄ crimen læse maiesta-
tis q̄ committitur ex coniuratione facta contra rempub. vel principem, in-
strumento probari poterit: cum coniuratio instrumento probetur, vt dixit
etiam Fely. in d. c. cum in ecclesiis. col. ij. vers. fallit quarto. vbi alios adducit.
¶ ¶ subdēs hoc procedere, et si scriptura initiae cōiuratiōis esset manu priuata.

S V M M A R I V M.

Conspiratio et coniuratio quid sit?

¶ Conspiratio quid sit?

- An conspiratio & coniuratio sint unum & idem?
- 3 Iniquum est crimen contra proximum coniurare.
- 4 Conspiratio fit pacto tantum sine iuramento. Et unde dicatur.
- 5 Cōspiratio dicitur multorum cōuenitio, quae fit ad subuersione status vel dignitatis alterius.
- 6 Conspiratio quandoque in bonam partem accipitur.

Q V A E S T I O XXII.



IGESIMO SECUNDUO quæro: dictum est in proxima præcedenti q. q. coniuratio per instrumētū probatur: & in q. xiiij. in rubri. qualiter & a quib. crim. læsæ maiest. cōmittat. q. conspirantes in necē principis seu eius consiliariorum incident in crimen læsæ maiestatis: modo videamus quid sit conspiratio, & quid cōiuratio: circa q. di-

1 cas, † q. conspiratio dici potest omnis conuenticula vel cōiuratio multorum quæ ad actum illicitum fiat. xi. q. i. c. coniurationum, cum quatuor sequentibus cap. & ibi not. do. &. maxi. lo. de Turre Cremat. facit q. habetur in c. i.s. conuēticulas. de pac. iuram. firmā. in vſib. feud. Alex. in consi. i. 3. col. iij. in fin. in vi. volu. idem dixit Marti. de laud. in tract. de crim. læsæ maiest. q. xvi. alleg. lo. Andr. in c. exhibita. de iudic. & Imol. in c. petitio. de iur. iurā, ad idē Fran. Lucanus in tract. suo de priuile. fiscī. in ij. parte p̄incip. in rubr.

2 de crim. læsæ maiest. col. iij. nu. i. 4. Sed videndum est, † an conspiratio, & coniuratio sint vnum & idem, vel diuersa? Et breuiter dicas, q. sunt diuersa: nam coniuratio dicitur quando fit cum iuramento: dicta, a coniurādo, hoc est, insimul iurando. ita dixit Egid. Bellem. in d.c. coniurationū. & ibi

3 dem lo. de Turre Cremat. & Archid. qui dixit, † q. cōiuratio est plurimum contra aliquos in vnum facta iuratio. & est iniquum crimen contra proximum coniurare, de quo habetur ij. Regum. c. xv. q. Absolon in odium patris sui coniurationem fieri procurauit. & Actuum Apostolorum c. i. 8. dicitur, q. plusquam xl. viri in Pauli necē coniurationem fecerant. † Conspiratio autem fit pacto tantum sine iuramento. Dicitur autem conspiratio, a conspirando, id est, simul aspirando contra aliquem: ita dicunt in d.c. coniurationum. Archid. lo. de Turr. Cremat. & Egid. Bellem. & ibi Turre Cremat. dixit, q. conspirare est contra aliquem simul in vnum maligno spiritu insurgere: Nam sic iudæi contra Christum conspirarunt, vt habe-

4 tur, Ioannis capit. i. 1. & † dicitur conspiratio multorum conuentio, quæ fit ad subuersione status vel dignitatis alterius: vt dicit Archid. in d.c. coniurationum. in p̄incip. xi. q. i. facit glos. in c. per tuas. in verb. conspiratio. de simon. & de iur. iurand. c. petitio. vbi colligitur, quod conspiratio est confederatio facta in præiudicium alicuius personæ, vel eius

- 6 dignitatis. Accipitur † tamen quandoq; conspiratio in bonā partem. glos. in c. si quis clericorum. d. xi. q. i. Praeposit. in d.c. conspirationum. colum. i. versicul. Et proprie. & vide eundem in d.c. si quis clericorum. vbi ponit quando conspiratio licita sit. colum. i. versicul. in glos. ibi licet. vbi Egid. Bellem. super eadem glos.

S V M M A R I V M.

- Delictum an probetur, si quis ueniam petat a principe?
- 1 Vbi non est delictum non cadit petitio uenie.
 - 2 Petitio uenie non est sufficiens probatio delicti.
 - 3 Petens ueniam quando delictum fateri uideatur. & nu. 4. 5.
 - 4 Cautela petentis ueniam iudicialiter, ne uideatur delictum fateri.
 - 7 Petens absolutionem ab excommunicatione an uideatur fateri se excommunicatum? *& numero 8.*

Q V A E S T I O XXIII.



IGESIMOTERTIO, vidimus supra sub hac eadem rubric. q.i. qualiter crimen læsæ maiestatis confessio ne rei probetur: Nunc quæro: an delictum huiusmodi probetur, si quis veniam petat a principe, & sic, an venia petens videatur delictum fateri, cum accusatus, inquisitus, vel denunciatus fuerit contra principem conspirasse? In

- 1 hac quæstione videtur dicendum q; sic: quia † vbi non est delictum non cadit petitio veniae, Priuatio enim habitum præsupponit. l. decem. ff. de
- 2 verb. obliga. Dicas tamen contrarium esse de iure verius: Nam † petitio veniae non est sufficiens probatio delicti: vt est glos. singularis in c. exhibita. de homicid. quam exclamat & sequitur Roma. in l.i.s. nunciatio. ff. de oper. nou. nuncia. accusatus nanq; veniam petendo censetur illam petere ad placandam principis iram contra se ex falsa maleuolorum informatio-
- 3 ne causatam. Distinguendum † tamen est in hac materia, ex mente doct. in d.c. exhibita. q; aut quis solenniter coram iudice veniam petit: aut extra iudicium. primo casu petens veniam delictum fateri videtur, vt dicunt Hosten. Anton. de Butr. Ioan. de Anna. Cardinal. & Abb. in d.c. exhibita. vbi tenent, q; ita procedant ea, quæ habentur in c. venerabilis. de electio.
- 4 & in l. decem. ff. de verb. obligat. Secundo vero casu, † petens veniam fateri non videtur delictum, hoc etiam voluit Cepol. in consil. 2. col. iiiij. versic. sed plus dico. supradictam distinctionem sequitur Mar. Blanch. in tract.

tract. suo de indic. nu. 308. vbi dicit, q̄ glos. prædicta in d.c. exhibita. iuncto tex. non probat illud ad q̄ allegatur per doct. quia in illo tex. clericus ille non erat culpabilis de nece pueri, de quo ibi: quia illum non percusserebat, sed puer ille ex negligentia & medici imperitia obierat, & petierat veniam a patre pueri ut illius dolorem mitigaret: & sic ibi constabat, q̄ petitio veniae criminis confessionem cōtinere non poterat. subdens, q̄ glos. illa in verbo postulauit, ex qua doctores argumentum sumunt de petitione veniae, non loquitur: sed de dispensatione petita a summe pontifice. Tu autem dicas, q̄ immo ille tex. probat conclusionem prædictam doctorum etiam iuncta dicta glos. in verbo postulauit. nam in d.tex. dicitur, q̄ puer ille veniam petierat a patre pueri percussi ut illius dolorem mitigaret, licet affereret puerum illius filium non percussisse: & quia petitio veniae videbatur arguere ipsum esse culpabilem, licet contrarium ipse affereret, ideo episcopus, ex quo ille veniam petierat, a sacerorum ordinum susceptione repellebat, tanquam illius delicti culpabilem: ideo Papa mandat, q̄ constito ita esse vt ille asserebat, qui veniam petierat, Episcopus ipsum a susceptione ordinum non repelleret: & sic ibi aperte probatur id q̄ dicit doct. t̄ q̄ petitio veniae ibidem extra judicialiter facta delicti confessionem non inducit. & d.glos.dicit, q̄ Episcopus male faciebat repellendo illum, ex quo veniam petierat a patre pueri percussi a susceptione sacerorum ordinum. ergo sentit d.glos. q̄ ibi petitio veniae delicti cōfessionem non inducat. & sic iuncta textui optime probat intentionē doctorum ad quod not. ibi eam Abb. in ij. not. & idem Abb. ibidem, in d.c. exhibita. in fin. vbi etiam id not. Petr. de Anchar. in v. not. Dicas tamen, t̄ q̄, licet petitio veniae iudicialiter facta delicti confessionem inducat, attamen ad hoc evitandum cautela erit, q̄ quis dicat: non puto me fecisse, sed si in aliquo lœsi, veniam peto; ita voluit Abba. in d.c. exhibita. in final. verbis. & ibidem Petr. de Anchar. in v. not. vbi dixit, q̄ petitio veniae etiam in iudicio facta ad cautelam delictum non probat. & idem t̄ erit in excommunicatione: nam licet quis petendo absolutionem ab excommunicatione videatur fateri se excommunicatum, cum absolutio vinculum præsupponat. c. ad dissoluendum. de despons. impuber. & l. decem. ff. de verbor. obligat. Attamen t̄ si quis in iudicio absolutionem petat ab excommunicatione ad cautelam, non ex hoc se excommunicatum fatetur: vt dixit Ioan. Andr. in d.c. exhibita. colum. vltim. in versicul. in glos. penult. allegat text. in cap. venerabili. de sentent. excommunic.

S V M M A R I V M.

1 In crimen lœsa maiestatis an ex solo dicto socij criminis quis ad torturam ponit posse?
Hierony. Gigas. FF

- 2 Quid dicendum si cum dicto socij criminis sit aliquid indicium uel præsumptio?
- 3 Que requirantur ut dictum socij criminis indicium faciat?
- 4 An dictum socij criminis receptum in tortura sine iuramento indicium faciat ad torturam contra aliquem?

Q VAE S T I O XXIII.



I G E S I M O Q V A R T O vidi mus supra sub hac eadē rubric. q. viij. q̄ socius criminis admittitur in testem contra socium eiusdem criminis in crimine læsæ maiestatis: Modo quæro: cum t̄ nemini de se confessio in alium credatur, nisi in d. crimine c. nemini. xv. q. iiij. & not. in c. vlti. de testi. cogen. Roma. in l. si quis in graui. ff. ad syllan. not. in c. cum monasterium. de confes. & in l. quoniam liberi. C. de testi. An in criminie læsæ maiestatis ex solo dicto socij criminis ad torturam procedi possit contra imputatum de tali criminis? Dyn. in suo tract. de quæstio. dixit,

- 2 t̄ q̄ inculpatio facta per socium criminis in illis casibus, in quibus de socio interrogari potest, qui ponuntur per glos. in l. accusationis. C. de accusatio, indicium facit ad torturam, si cum dicto socij criminis sit aliqua præsumptio vel aliud indicium: alias sola assertio illius ad torturam non sufficeret, vt etiam voluit Abb. in c. i. de confess. glos. in l. accusationis. C. de accusat. Brun. in tract. de quæstion. q. v. Bar. in l. repeti. ff. de quæstio. Alexan. in l. i. eod. tit. & in consil. 89. in iiiij. volu. & consil. 128. in iiiij. volu. Bal. in l. quoniam. C. de testi. & Math. de Afflict. in c. i. in s. & bona committentium. col. iiij. in tit. quæ sint regal. in visib. feud. vbi dixit, q̄ ita vidit praticatum & iudicatum, idem tenuit Thom. Grammat. in consil. 35. in causa Magnifici Antonij. in fin. nu. 49. faciunt quæ dixi supra q. viij. sub hac eadem rubr. Et præmissam conclusionem tenuit etiam Guid. de Suzar. in tract. suo de torment. col. viij. & Salic. in l. fin. C. de accusat. Alexand. in consil. 89. viso themate ante scriptæ inquisitionis. col. ij. in iiiij. volum. Hippolyt. Dominus meus. in l. i. s. diuus Antoninus. col. ij. ff. de quæstio, et in singulari. 209. ind
- 3 pliente, socius criminis, t̄ Vnum tamen perpetuo mētētenebis, q̄ ad hoc vt socius criminis indicium faciat contra socium, requiritur q̄ deponat me dīo iuramento, deinde in tormentis. nam si extra torturam deponeret eius dictum nil valeret. ita singulariter dixit Rapha. Fulgos. in consil. 173. in causa inquisitionis. col. i. & Socin. in regula. 375. in iiiij. fallentia. & hoc dictum multum exclamat idem Dominus meus in sua practica criminali in s.
- 4 diligenter. nume. 6. & Deci. in consil. 342. in causa. in i. & ii. col. t̄ & dixit, singulariter idem Dominus meus in d. sua practica, & in d. s. aggredior. nu

mero 62. in versicul. Aliud etiam venit singulariter notandum, q̄ dictum socij criminis etiam receptum in tortura sine iuramento indicium non facit ad torturam contra eum, quem inculpat.

S V M M A R I V M.

- 1 An unus testis in crimen læsæ maiestatis indicium faciat ad torturam.
- 2 Ad probandum indicium duo testes requiruntur.
- 3 Vbi plura indicia probarentur testibus singularibus, ex illis resultarent plures præsumptiones quæ ad torturam sufficerent.

Q V A E S T I O X X V .



- 1 I G E S I M O Q V I N T O quæro: an vnum testis in crimen læsæ maiestatis indicium faciat ad torturam: & dicendum q̄ sic, vt not. Alberic. in l. in quæstionibus. ff. ad leg. iul. maiest. per text. ibidem in fin. ex vnico enim indicio videtur q̄ procedi possit ad torturam in crimen læsæ maiestatis, vt videntur tenere Petr. & Cyn. in l. si quis. C. ad leg. iul. maiest. & not. Bald. in l. milites. C. de quæstio. Sed contra hanc cōclusionē videtur tex. in d. l. si quis. ibi si alijs manifestis indicij accusacionem suam. &c. Et q̄ plura indicia requirantur in hoc crimen læsæ maiestatis tenuit etiam per tex. in d. l. si quis. Io. Igneus. in sua disput. An rex Franciæ recogno. imperat. nu. 121. in hoc tamen distinguendū est. q̄ aut vnum testis deponit de veritate facti, & eo casu indicium facit ad torturam regulariter. Cyn. in l. fin. C. de quæstio. not. in d. l. si quis. C. ad leg. iul. maiest. & in l. maritus. ff. de quæstio. Bar. in l. i. s. item Cornelio. ff. eod. Aut vnum testis deponit non de facti veritate, sed de indicio, & tunc, quia ad probandum indicium duo testes requiruntur ad minus glo. singularis, & ibi do-
cto. in l. fin. C. famil. hercif. Bar. in l. fin. ff. de quæstio. ad idem facit q̄ not. in l. cum fillenianum. C. de his quibus vt indign. idem dixit Angel. in suo tract. malefi. in verbo. Quod fama public. præcedente, in versi. quæro qualiter probetur. & Salyc. in l. final. C. de quæstio. dictum vnius testis indicium non facit, vnum tamen nota. dignum non omitto, † q̄ licet quodlibet indicium duobus testibus probari debeat ad hoc vt indicium sit sufficiens ad torturam, attamen vbi plura essent indicia, & probaretur testibus singularibus, ex illis resultarent plures præsumptiones quæ ad torturam sufficerent. vt voluit Fulgos. in d. l. s. C. famil. hercif. quem sequitur Socin. consi. 54. in ij. volu. Franc. Brun. in tract. de indic. & tortura colum. ij. Et Grammat. consil. 30. in causa mota. col. ij. nu. 10.

- 1 Iudex an procedere debeat ad torturam contra imputatum de crimine sine indicij solenniter receptis?
- 2 Quid dicendum in crimine lœsæ maiestatis?
- 3 Iudices male faciunt, qui imputatum de crimine lœsæ maiestatis statim sine indicij torquet.
- 4 Iudex qui a lege uel ab homine habet quodcumq; arbitrium, sine legitimis indicij reum ad torturam ponere non potest.
- 5 Reus imputatus de delicto exculpatus ab offenso, etiam si contra eum essent legitima industria torqueri non potest.

Q V A E S T I O XXVI.



IGESIMOSEXTO quæro: iure cautum est quod iudex accedere non debeat ad torturam contra imputatum de crimine sine indicij solenniter receptis, de quo habetur in l.i.in prin.ff.de quæstio.& in l.i.C.eod.tit.& habetur per Marsil.D.meum in d.l.i.ff.de quæstio.in ij. col. & per eundem in singulari. i i 7. incipiente, ad torturam. & per Angel.in tract.malefi.in verbo fama publica.in versicul. quæro an unum indicium.& est tex.in c.cum in contemplatione.extra.de regul.iur.

† An idem sit in crimine lœsæ maiestatis? & videtur dicendum q; non: sed q; ad torturam procedi possit etiam q; indicia non præcedant, per doctrinam Bald.in l.quicunq;. C.de ser.fugit.in fin.vbi dixit, q; in tractatis bus qui secrete sunt propter difficultatem probationum incipendum esset a tortura: cum sint etiam alijs casus, qui tantum non continent facinus, in quibus a tortura incipi potest sine indicij. vt not.per glos.xij.q.ij.c. quæstio. Contrarium autem dicendum est, q; immo in crimine lœsæ maiestatis ad torturam procedi non potest legitimis non præcedentibus indicij. tex.est in l.si quis.& ibi Cyn.Bal.& Salyc.C.ad leg.iul.maiest,& Angel. in tract.de malefi.in verb.Che hai tradito la tua patria,in princ.& ibi August.de Arim.in addit.i.hanc opinionem tenuit etiam Barbat. in consipe nul.& Angel. in d.l. si quis. & facit text.in l. famosi.ff. ad leg.iul. maiest. & ibi Alberic qui dixit, † quod iudices non debent in hoc crimine statim reum cædere, sed veritatem inquirere.dicens, hoc esse contra multos Re ctores & iudices, qui, statim q; quis inculpatur q; aliquid fecerit vel tractaverit contra principem, ponunt eum ad torturam & asperime torquent: nam contra iura procedunt, vt probatur in d.l. famosi. idem dixit idem Alberic.in rubr.ff.ad leg.iul.maiest,vbi dixit,q; in isto criminе & alijs nō

est procedendum ad torturam. Eandem opinionem tenuit Dominus Hip politus. D. meus. in d. l. de minore, in prin. col. ij. in fin. versi. secundo etiam aduertas. ff. de quæstio. & in l. i. in prin. in ij. col. in versicu. secundo debent præcedere. eod. tit. & idem in singulari suo. i. 7. incipiente, ad torturam, supra allegato. idem tenuit Math. de Affl. et. in c. i. in s. & bona committētum. col. iiiij. versic. vigesimum tertium speciale. in titul. quæ sint regal. in 4 vsibus feudor. Et prædicta conclusio adeo vera est, † qd etiam si iudex a lege vel ab homine haberet quocunq; arbitriū etiam tunc non posset ponere reum ad torturam legitimis non præcedentibus indicj. ita voluit Ias. qui plura allegat ad hoc. in l. milites. C. de testa. mil. & sequitur præallegat. D. meus in d. l. i. col. ij. præallegato versic. secundo debent præcede re. idem voluit Ant. Capit. in suis Decis. Neapol. Decis. i. 26. nu. 4. allegat Alex. in l. filius familias. in v. apostilla. ad Bar. & Paul. de Leazar. in c. gra uis. de deposit. Vnum non omitto, † qd si offensus exculpauerit imputatū de delicto, etiam si contra eum essent legitima indicia, nō posset contra eū procedi ad torturā. ita singul. dixit Bal. in l. i. col. penul. C. cōmun. de legat.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctor & miles regulariter torqueri non possunt.
- 2 Quid dicendum in criminis lœse maiestatis?
- 3 Princeps mandans constitutum in dignitate in crimine lœse maiestatis torqueri sine indicj, male facit.
- 4 Rex dicitur a regendo secundum iustitiam.
- 5 Torius de mandato regis sine indicj, si sit nobilis, etiam confessus, confessio sua ei non noceret.
- 6 Index torquens aliquem de Antianis siue prioribus ciuitatis quo casu capite puniatur?

Q. V AE S T I O XXVII.



I G E S I M O S E P T I M O quæro: iure cautum est, qd doctor & miles torqueri non possint l. omnes iudices. C. de decur. lib. x. l. milites. C. de qd. & not. in l. diuus & in l. ij. s. i. ff. de qd. Quid dicendum in crim. lœse maiestatis? Di cas, † qd ipsi, & alijs alias priuilegiati ne torqueantur, tor queri possunt, priuilegio non obstante, & hoc propter huiusmodi criminis atrocitatem tex. est in l. nullus. C. ad leg. iul. maiest. et in l. si quæquā. C. de epis. & cleric. l. decuriōes. C. de quæstio. & habetur p. Io. Igneū, in sua disput. an Rex Frāciae recog. imper. n. i. 4. et Abb. in c. cū in

- 3 contemplatione.col.ij.in versic. quinto quero, de reg.iur. † Hanc tamen conclusionem,q̄ miles & doct̄or in crimine l̄æsæ maiestatis torqueri possit intellige sano modo, videlicet, si contra tales personas indicia extaret & non aliter, ita voluit Andr. de Iser,in consti. regni in tit. de pugn. sublat. lib.ij.nu. 27. vbi dixit, q̄ si princeps sine indicis mandaret torqueri constitutum in dignitate pro crimine l̄æsæ maiestatis de potestate absoluta & si
- 4 ne iusta causa male faceret quia suam excederet potestatem . Nam † Rex dicitur a regendo. secundum iustitiam. xxv.q.v.c. Regum. & idem dixit
- 5 Math. de Afflīct. in ead. constit. regni.lib.ij.nu. 27. vbi subdit, † q̄ si Rex mandaret Nobilem torqueri sine indicis, et ille sic tortus confessus fuisset, q̄ talis confessio ei non noceret, per tex. in l. diuus. s. ex quibus. ff. de quæstio. & hoc dicas procedere etiam si perseueraret in confessione : nam talis perseuerantia ei non nocet. ita notant. dixit Bonifa. in tract. suo de malis. in tit. de quibus caus. quis poss. torq. in versic. Dico q̄ ante. colū. fin. in fin. alleg. text. in d. l. diuus. s. ex quibus. ff. de quæstio. & de hoc dixi latius supra q. i. versic. Et prædicta procedunt. & in vers. Secundo Amplia. cum sequent. sub hac eadem rubric. vbi plene scripsi circa confessionem rei factam in tormentis non præcedentibus indicis. Vnum tamen non omit-
- 6 to, † q̄ iudex torquens aliquem de Antianis siue Prioribus Ciuitatis, præterquam in crimine l̄æsæ maiestatis, vel prodictionis Populi, capite punitur. ita dixit Ioā. de Anna. in c. i. col. ij. in versi. vlt. quia hic. de cleric. percussor. vbi allegat Angel. in l. Decuriones. C. de quæstio. qui dixit, q̄ iudex qui torquet non torquendum capite punitur.

S V M M A R I V M.

- 7 Clerici an in crimine l̄æsæ maiestatis torqueri possint?
- 2 Clerici in sacris ordinibus constituti, si sint infames, an torqueri possint?
- 3 Clerici & etiam presbyteri si sint suspecti an torqueri possint?
- 4 In crimine l̄æsæ maiestatis in quibus casibus laici torquentur, an torqueantur clericis?
- 5 Tortura in clero moderata esse debet.
- 6 Clericus regulariter torqueri non potest per laicum.
- 7 In crimine l̄æsæ maiestatis torquetur non solum reus, sed etiam accusator & testis, & quicunque nobilis, & in magna dignitate constitutus.
- 8 In crimine simoniae milites & alij priuilegiati quando non possint torqueri?

Q V AE S T I O XXVIII.

- 2 I G E S I M O O C T A V O quero: quid sit dicendum de clericis: An in crimine l̄æsæ maiestatis torqueri poterit. text. in l. presbyteri. la i. C. de episc. & cleric. dicit, presbyteros torquentes non esse testimonium dicentes ita tamen vt falsa non simu-



lent, in cæteris vero dicit seruandum ius commune. Abb. vero in c.i.de de
 posit col.ij.in princ.in versic. Nota vñterius.per illum tex.dixit, q̄ clericus
 etiam in causa ciuili habente delictum annexum torqueri poterit.sed Car-
 dinal.Zabarel.in c.cum in contemplatione.col.ij.in fin. & col.iiij.in prin.
 extra de regu.iur,dixit,clericos non constitutos in sacris militibus æquipa-
 rari,& sicuti milites torqueri regulariter non possunt ita erit in clero. Di
 2 cas tamen, † q̄ clericis in sacris ordinibus constituti,nisi sint infames,tor-
 queri non possunt,secundum doct.in c.grauis.de deposit. itaq̄ tex.in d.l.
 presbyteri.intelligitur de presbytero non infami , secundum Cardinal.in
 d.c.cum in contemplatione col.ij.prope finem.nam talis torqueri non po-
 test etiam si testificando vacillaret,vt dixit Bald.in d.l.presbyteri. Et licet
 aliqui distinguant inter clericos in sacris constitutos,& alios non constitu-
 tos in sacris, Attamen † commun.opinio est, q̄ clericis & etiam presbyte-
 ri si sunt suspecti possunt ex causa torqueri,vt voluit Abb.in d.c. cum in
 contemplatione.col.ij.versic. Communis conclusio. extra de reg. iur.vbi
 dixit,q̄ Abbas antiquus in c.i.extra de deposit.dixit not. verbum, vide
 licet,q̄ non reperitur clericos esse torquendos nisi sint infames. & hoc di-
 ctum com nūniter approbari testatur Cardinal.in d.c.i.col.i.in v.Not.de
 deposit.vbi dixit,q̄ hoc non probatur per tex.in d.c.i. quia licet Papa ibi
 dixerit,q̄ audiuit,non propterea probatur q̄ ille clericus esset infamis. &
 ista ratione motus Abb.in d.c.i.dixit,dubitare de dicta doctrina Abbatis
 antiqui,que vt dixit Cardinal.Zabarel.loco supra allegato commun.te-
 netur a doct.contra d.do doctrinam Abbatis antiqui tenuit etiam Alciat.in
 c.pernitosam nume.43.44. & 45.de offic.ordinar.opinionem tamē dicti
 Abbatis antiqui sequitur Paul.de Lazar.ibidem.& Andr. Barbat.in c.si
 constiterit.in iiij.col.de accusat.& D.Hippoly. Dominus meus in l.edictū.
 col.ij.vers.Item etiam clerici ff.de quæstio. & in singulari suo 55.incipien-
 te,aduertas.vbi dicit hoc praticasse in ciuitate Cumirum & obtinuisse, q̄
 quidam pauper presbyter non torqueretur: quia non erat diffamatus. &
 prædictam doctrinam Abbatis antiqui sequitur etiam Fely.in c.veniens.
 el ij.de testi,& in c.vniuersitatis.de sent.exco mun. & in c.cum oporteat:
 col.penulti.de accusat.& Bonus de Curtilo.in tract.suo de Nobilit. in v.
 parte col.ij.nu. 7.& Cardinal.in d.c.cum in contemplatione.col.ijj.circa me-
 dium.extra de regul.iur.& Nicol.Boer.in i.parte suarum Decision.Decis.
 4 416.num.6. † Idem erit in criminis læse maiestatis, ut voluit Cardinal.
 in d.c.cum in contemplatione.col.iiij.circa princ.& Præposit.in c.presby-
 teri,el i.in versic.in eadem glos.vi.q.i. vbi dixit, q̄ in quibus casibus laici
 torquentur ad inueniendam veritatem torquentur & ipsi clericis si opor-
 tet,ut puta, si essent infames vel criminosi,& alias tales qui non reciperen-

tur ad testimonium. & Egid. Bellem. in d.c. presbyteri. in fine idem tenuit
 facit tex. in c. nullus. vi. q.i. vbi habetur, q̄ in criminis læsæ maiestatis ne-
 mo cuiuscunq; dignitatis priuilegio excusat a tormentis. secus tamen in
 alijs criminibus. ad idem tex. in l. nullus. C. ad leg. lul. maiest. idem tenuit
 Nicol. Boer. in tract. de seditionis. in vii. præsupposito. parum post prin. sub
 nu. 2. † Tortura tamen in clero debet esse moderata. ne potius in poenam
 transeat. quam in indagationem veritatis. vt dixit Abb. in c. vniuersitatis.
 de sentent. excommu. Præposit. in c. illi qui. col. ij. nu. 7. v. q.v. ad idē Car-
 dinal. in c. cum in contemplatione. col. iij. extra de reg. iur. † Scias tamen.
 q̄ clericus regulariter torqueri non potest per laicum. glos. in c. illi. ibi per
 clericos v. q.v. ad idem glos. in c. presbyteri. ead. causa. & q. & glos. in c. in
 summa. 45. distinct. & glos. 23. q.v. in verb. episcopis. Abb. in c. vt fame.
 de sentent. excommun. de quo vide per Præposit. in d.c. illi qui. colū. ij. in
 versic. in ea glos. ibi v. q.v. † Quinimmo in hoc criminis propter eius atro-
 citatem torquetur non solum reus sed etiā accusator. & testis. & quicunq;
 sit quantumcunq; sit nobilis. & in magna dignitate constitutus. nec ali-
 quis auditur volens opponere exceptionem. q̄ torqueri non debeat. secus
 tamen est in simonia. in quo criminis quandoq; reus torquetur. quandoq;
 testis. sed tantum vilis. vt puta seruus vel infamis & huiusmodi personæ.
 8 Praeterea † in criminis simonie milites. decuriones. & alij priuilegiati pos-
 sunt exceptionem sui priuilegij opponere quando mandantur torqueri.
 ne licentia & consensu principis. Ita notanter dixit Io. de Turre Cremat.
 in c. si quis. s. porro. in fin. vi. q.i. probatur eius dictum per c. nullus. ead.
 causa & qō. Et q̄ accusator torqueatur in criminis læsæ maiestatis tenuit
 etiam Præposit. in d.c. illi qui. in i. col. versic. oppono q̄ accusator. v. q.v.
 vbi dixit. q̄ accusator torqueri non debet. nisi in criminis læsæ maiestatis.
 quod etiam voluit ibidem Egidius Bellem. colum. i. in princip.

S V M M A R I V M.

- 1 Crimen læsæ maiestatis an præsumptionibus probari possit?
- 2 Probatio per coniecturas admittitur in his que sunt difficilis probationis.
- 3 Crimen læsæ maiestatis cum sit enormissimum evidenter præsumptiones requirit.
- 4 Iudex temperare debet suā sententiā qñ aliquē condēnat præsumptionibus & indicijs

Q. V A E S T I O . XXIX.

- 1  I G E S I M O N O N O quero: an crimen læsæ maiestatis præ-
 sumptionibus probari possit? Dicendum videtur q̄ sic: Nam
 videmus cætera criminis præsumptionibus & indicijs probari
 ac iudicari posse. l. si. C. de probatio. circa fin. t̄ in his enim quæ
 sunt

sunt difficultis probationis probatio per conjecturas admittitur. secundum
 Bar. in l. si quis ex argentarijs. s. penul. ff. de edend. & in l. si quando. C. vn
 de vi. & Ant. de Butr. in c. veniens. el i. col. fin. de testi. & de hoc late scri-
 bit. D. Hippol. Marsil. praeceptor meus in consi. v. col. fin. nu. 21. in i. volu.
 & consi. 27. nu. 10. & consi. 44. nu. 8. & consi. lxii. nu. 26. eod. volum. & in
 consi. 115. nu. 10. & consi. 127. nu. 35. in ij. volu. ¶ verum, cum crimen læ-
 se maiestatis sit crimen enormissimum & grauiissimum, maiores & eu-
 dentiores in eo præsumptiones ac aperta indicia requiri dixerim. facit tex.
 in c. literas. iuncta glos. ibi de p̄sumptio. & q̄ dicunt Doct. maxime Abb.
 ibi in versi. nota q̄ suspicio. col. ij. vbi dixit, notandum esse ex illo textu,
 q̄ quanto crimen est grauius, tanto præsumptiones esse debent vehemen-
 tiores. vbi enim maius est periculum, ibi cautius agendum est. c. vbi pericu-
 lum. de elerion. in vi. & facit optime tex. in l. famosi. ibi hoc tamen crimen,
 4 aiudicibus. ff. ad leg. iul. maiest. ¶ Sciendum tamen est, q̄ quādo quis præ-
 sumptionibus & indicijs condemnatur iudex temperare debet suam sen-
 tentiam, & non debet condemnare reum ordinaria poena delicti per not.
 per Innoc. in c. quia nō verisimile. de præsumptio. de quo late scribit Au-
 gust. de Arim. in tract. Angelide malefi. in verb. q̄ fama pub. præceden-
 te. in addit. sua quæ incipit, tu autem in hac materia in versi. adde tamen
 q̄ ex præsumptione. & habetur per prædictum. D. meum in consi. viij.
 col. viij. nu. 36. in i. volu. & per Thom. Grammat. voto. 21. nu. 8. 9. e. 10. ad
 idem Bal. in l. non est verisimile. quod met. causa. & Alex. in consi. 115. in
 iiij. volum. Abb. in c. auditis. de præscript. & idem Abb. & Ant. de Butr.
 in c. quanto. de præsumptioni. & Petr. de Ancha. in c. semel malus. de reg.
 iur. & Ias. in l. seruum fugitiuum. col. iiiij. C. de serui. fugiti. Bald. in l. ij. C. de
 his quæ pen. nomine. & Grammat. consi. xiij. col. penul. nu. 37.

S V M M A R I V M.

1 Accusatus in criminе læse maiestatis accusatore non probante an absolui debeat?

¶ numero 2.

3 Et quid sit in criminе falso.

Q V A E S T I O . XXX.



RIGESIMO quæro: si accusator in criminе læse maiesta-
 tis non probauerit. an reus absolui debeat? Et dicendum uide-
 tur q̄ sic: quia regulariter accusatore non probante reus absolu-
 uit. l. qui accusare. C. de edend. l. i. ff. ad Turpil. quinummo id
 Hierony. Gigas.

GG

etiam dicimus in causa ciuili, q̄ actore non probante reus absoluitur.l.ij.
 C.de probatio.l.fin.C.de rei vendic.c.cū ecclesia sutrina.de causa.posse.
 & propriet.c.i.vt ecclesia.benefi.sine diminu.confer.immo scriptum est in
 iure,q̄ actore non probante reus & si nullam facit defensionem , quam ta-
 men facere non cogitur, absoluendus est.l.frustra.& l.actor.C.de proba-
 tio.c.accusator.vi.q.v.† prædictis tamen non obstantibus, quæ regulari-
 ter procedunt, in crimine læsæ maiestatis secus est: quia & si accusator in
 probando deficiat, accusatus tamen suam innocentiam probare tenetur,
 & indicia contra se existentia, aut probationibus aut per torturam purga-
 re.l.si quis.C.ad leg.iul.maiest.† idem est in crimine falsi.l.vbi autem.C.
 de fals.& ita dixit lo.Igneus in sua copiosa disputatione an Rex Fran.Im-
 perat.recogn.nu.122.

DE POENIS COMMITTENTIVM CRIMEN LÆSAE MAIESTATIS.

S V M M A R I V M .

- 1 Rei criminis læsæ maiestatis apud veteres diuersimode puniebantur.
- 2 Coniuncto reo maiestatis crimen olim quarta pars bonorum eius accusatori dabatur, re
fiduo relicto eius liberis.
- 3 Lege duodecim tabularum poena capitii tantum rei prædicti puniebantur.
- 4 Iure longobardorum reus criminis læsæ maiestatis periculum uite incurrebat, & eius
bona fisco applicabantur.
- 5 Diuus seuerus statuit quod bona rei criminis læsæ maiestatis liberis damnati conser-
uarentur.
- 6 Honorius, & Archadius Imperatores reos criminis læsæ maiestatis capite puniri, &
eorum bona fisco applicari statuere.
- 7 Apud dominos Venetos rei dicti criminis suspendio necantur.
- 8 Laquei poena ignominiosissima, uilissima, atque fædissima habetur.
- 9 Cur introducta sit per dominos Venetos poena laquei contra reos criminis læsæ ma-
iestatis?
- 10 Index cadauer eius qui suspensus est, non permettit in ligno manere, sed quod ea die
sepeliantur.
- 11 Antiquitus apud Venetos homicide suspendebantur. Michaelis Mauroceni Duci Ver-
netorum tempore lege cautum fuit, quod homicide securi percuterentur.
- 12 Nobiles regulariter suspendi non debent.
- 13 In crimen adulterij aliter punitur ignobilis, quam Nobilis, & nu.14.

15 In crimine læse maiestatis Nobilis sicut Ignobilis torquetur.

Nobilitas sepe auget delictum.

16 Nobilis si sit proditor altioribus furcis suspendi debet. quod Gallia seruatur.

17 Florentini Archiepiscopum Ecclesie Pisane pro crimine læse maiestatis suspenderunt.

18 In Gallia Transalpina rei criminis læse maiestatis quatuor alligati equis dilaniantur.

Q V A E S T I O I.

- R**E I criminis læse maiestatis diuersimode apud veteres puniri compertum est. Nam apud Macedones seuisima poena afficiebantur. Nam solum enim in ipsis Nocentes poena statuta erat, sed illorum parentes, & propinquoi omnes cum ipsis reis occidebantur. quod Alexan. Magno nimis durum visum fuit, & ideo hanc poenam durissimum mitigando, ad nocentes tantum illam reuocauit. vt restatur Quintus Curtius. lib. viij. q̄ refert. Joan. Ferrarius in suis annotationibus in libris inst. in titu. de hæred. quæ ab intest. defer. in verb. perduelles. in vers. Maiestatis apud. † Denum conuictio Maiestatis reo quarta pars bonorum eius accusatori dabatur, residuo bonorum liberis concessio. vt Author est Cornel. tacit. lib. iij. Silio inquit condemnato Marcus lepidus quartam accusatoribus secundum necessitudinem legis, cetera liberis concessit. quod refert Andr. Alciat. elegans do & or in l. indicasse reum ff. de verb. signific. † Lege autem duodecim tabularum rei huiusmodi criminis tantum capituli poena puniri statutum fuit. vt habetur in l. lex Duodecim tabularum. ff. ad leg. iul. maiest. vbi Martianus iurisconsultus dixit, q̄ is, qui hostes concitauerit, quie opem hosti tradiderit, lege duodecim tabularum capite punitur. Postmodum iure † Longobardorum cautum erat, q̄ qui contra regis vitam cogitauerit aut consilium dederit vita periculum incurreret, & eius bonafisco applicarentur. vt habetur in i. lib. dictarum legum sub rubri. de malefic. & publicis crimi. cap. i. † Diuus vero seuerus statuit rei criminis læse maiestatis bona liberis damnati conseruari, sed illis non existentibus fisco vendicari decreuit. vt habetur in l. eorum. ff. ad leg. iul. maiest. Postremo † vero Honorius & Archadius Imperatores statuerunt reos criminis læse maiestatis non solum capite puniri, sed eorum bona omnia fisco addici. vt habetur in l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest. & hoc iure communiter vtimur. de alijs vero poenis contentis in d. l. alibi. infra dicimus. † Apud vero dominos Venetos rei criminis læse maiestatis suspedio necantur. q̄ recte factum arbitror: Nam cum tale crimen omnium ne latissimum sit, Ita fœdissima poena eos puniri conuenit qui huiusmodi cri-

8 men commiserunt. Siquidem † laquei poena ignominiosissima, vilissima,
 atq; foedissima habetur. vt per Bald. in rubr. extra de offic. delegat. in pe-
 nult. col. versic. contra notorium. & in l. omnes. vbi etiam Ioan. de Plate.
 C. de delator. lib. 10. & Ang. in au. & sed nouo iure. ante finem. C. de seru.
 fugit. & per Andr. Tiraquel. Regium Consiliarium in tract. suo de nobi-
 lit. cap. 20. nu. 106. vbi alleg. Illud Euripidis in Hælena, turpes quidem la-
 quei sublimes. et ibidem multa circa hoc foedissimum mortis genus, quod
 9 etiam apud antiquos in usu fuit, congerit. † Nec ab re huiusmodi mortis
 genere in reos criminis læsæ maiestatis vtuntur Domini Veneti. si quidē
 & Iudas Scariot unus ex duodecim discipulis Iesu Christi Salvatoris no-
 stri, cum in eius maiestatem proditionis crimen commisseret, eundem Pha-
 riseis tradendo se foedissima morte ex criminie prædicto dignum iudicās
 laqueo suspendit. de quo Augustinus contra Petilianum sic scribit, la-
 queo traditor perit: laqueum talibus dereliquit. quod transumptive habe-
 tur in c. tu dixisti. 23. q. v. & Nicolaus de Lyra super primo capit. Aetu
 Apostolorum de prædicto Iuda Scariot loquens scribit, q; dignam sibi
 traditor poenam inuenit: dum guttur, quo vox proditionis exierat, laqueo
 necauit, & dignum etiam locum interitus quæ sunt: vt qui Angelorum
 & hominum dominum prodierat, cœlo. & terræ perosus, quasi aeris spiri-
 tibus sociandus, (iuxta exemplum Achitophel & Absolon) in medio ae-
 ris perirent, digno etiam exitu & mors ipsa successit: vt viscera eius, quæ
 proditione conceperant, erupta caderent, & in auras euoluerentur. vñ scias,
 10 q; † iudex cadaver eius, qui ob delictum suspensus fuit, non permittet in
 ligno permanere. Sed eo die sepeliatur. vt habetur Deutero. cap. 21. in si-
 ne. † Quinimmo antiquitus apud eosdem Dominos Venetos homicidæ
 etiam suspendebantur: verum postmodum sub Michaele Mauroceno in
 clito eorum Duce. lxi. lex lata Fuit, vt de cætero homicidæ securi percutie-
 rentur. vt est legere apud Petrum Marcellum in suo libello de vitis princ.
 12 Venetorum, in vita d. Michaelis Ducis. Et licet † regulariter nobiles rati
 mortis genere affici non debeant: cum nobilitati deferatur in poenis in-
 fligendis. c. fin. vbi per glos. & doct. extra de pen. & facit tex. in c. qui con-
 tra ecclesiæ pacem. 14. q. i. & in c. cōtumaces. 50. distin. & not. Alberic. in l.
 presbyteri. C. de epis. & cleric. facit, q; not. Bartol. in l. si quis viduam. ff. de
 13 quæstio. post glos. ibi. vbi Bart. dixit, † q; in crimine adulterij aliter puni-
 tur Ignobilis, aliter Nobilis. Ignobilis enim decapitatur. l. quamuis. C. de
 14 adult. Nobilis † vero deportatur. vt in d. l. quamuis. & dixit Bart. in l. de-
 fertorem in s. poena militum. vbi glos. ff. de re milit. q; ex delicto, ex quo
 plebeius suspendi debet, Miles seu Nobilis non suspendetur, sed decapita-
 bitur. q; dicit in Italia seruari, sed non in Francia. de quo late scribit Bonus

de Curillo.in tract.suo.de nobilit.col.i.et post eum ad saturitatem Andr.
 15 Tiraquel.in præalleg.tract.suo.de nobilit.c.20.nu.106.† Attamen in cri
 mine læsæ maiestatis nobilitatis priuilegia cessant: quia in eo Nobilis sicut
 Ignobilis torquetur.l.si quis alicui.C.ad leg.iul.maiest.Quinimmo dicas,
 qd nobilitas sœpe auget delictum.l.omne delictum.s.augetur.ff.de re milit.
 c.nullus itaq.vbi bona glof.i.q.i.c.vltim.30.q.i.glof.in c.inter corporalia
 versic.sane quoniam.de transl. episcopí.vbi glof.allegat illud.Iuuinalis
 satira.ij.racito tñ auctore:omne animi vitiū tanto conspectius in se crimen
 habet,quanto,qui peccat maior habetur.& plura circa hoc adducit Tira-
 16 quellus loco præallegato.c.20.nu.112.† Quinimmo nobilis si sit prodi-
 tor non modo poena Ignobilium, sed & grauior puniendus erit, vt voluit
 Bal.in.c.cum quidam, de iure iuran.vbi dixit,qd nobilis incidens in crimen
 prodictionis altioribus furcis suspendendus erit: quod in Gallia seruari al-
 serit.& ibidem refert & sequitur Felyn,in versic.tertius est.& in versic.qd
 autem dictum est.& idem Felyn.in c.pastoralis.col.i.versi, secundo fallit,
 17 de off.delegat.& reassummit,idem Tiraquellus loco præallegato.† Et isto
 mortis genere vñ sunt domini Florentini anno salutis, quadrigentesimo
 Septugesimo octavo supra mille in eos, qui eorum ciuitatis statum turbare
 tentarunt, inter quos, cum esset Franc. Saluatus Pisanae ecclesiæ Archiepi-
 scopus, qui per fraudem Palatum occupare inuentus, eundem ad ipsius
 Palati fenestras suspenderunt. Illiq Jacobum Patium equestri dignitate
 magnisq opibus insignem, qui in coniuratorum numero esse inuentus fue-
 rat, ad eadē Palati fenestras suspensum addiderunt. vt scribit Bap.Fulgos.
 in lib.suo de di. factisq memorabilibus.lib.vi.sub rubr.de seuerit. Exe-
 18 plo.27.† In Gallia autē Transalpina rei criminis læsæ maiestatis,(vt mihi
 retulit Io.Corasius Tholosaf.vir sane de nostra legali scientia optime meri-
 tus,nunc Ferrarie legens,) conuicti seu confessi quatuor alligati equis vi-
 ui dilaniantur.

S V M M A R I V M .

- 1 Bona rei criminis læsæ extra territorium condemnatis existentia, an ueniant in confisca-
tione bonorum.
- 2 Bona damnati cum confiscazione bonoru an fisco illius loci in quo sita sunt applicentur.
- 3 Si condemnatus haberet mercantias, pecunias, & alia mobilia, extra territorium, illa
pertinent ad fiscum condemnantis.

Q V AE S T I O II.



ECVND O quæro: in proxima præcedenti quæstione vidi
 mus qualiter damnato reo maiestatis omnia eius bona fisco ap-
 plicantur.per tex.in l.quisquis.C.ad leg.iul.maiest.an † bona
 alibi sita extra territorium condemnatis ad ipsum condemna-

tum spectantia veniant in d. confiscatione: Bar. post Guil. de Cunio. in l. cunctos populos. col. penul. & vlt. C. de summa. trinit. & Fid. Cathol. in ista quæstione, sic distinguit: qd aut iurisditiones sunt separate sed fiscalis Bursa in effectu est una in vtroq; loco, videlicet in loco condemnationis, & in loco vbi bona sita sunt: aut sunt separatae iurisditiones et separatae bursæ fiscales. Primo casu dicit, qd si publicatio fit de iure cōmuni, bona vtriusq; loci veniunt in confiscatione. allegat tex. in l. si quādo. C. de bon. vacan. dicit tamen qd fieri executio per officiale illius loci vbi bona sita sunt. & hoc procedit vbi tam locus condemnationis, quam locus situatio- nis bonorum sunt sub eodem domino. Aut talis publicatio bonorum fit non ex forma iuris communis, sed ex forma statutorum, & specialium cōstitutionum illius loci in quo fit condemnationis, & tunc subdistinguit: qd aut ille leges speciales sunt in vtroq; loco, videlicet in loco condemnationis & in loco situationis bonorum, & tunc omnia bona quæ sunt sub eodem do- mino veniunt in confiscatione bonorum. Aut dictæ leges speciales non se extendunt in vtroq; dictorum locorum, & tunc dicit Bar. qd talis bonorum publicatio non extendit se extra locum in quo se extendunt speciales leges loci cōdemnationis. per tex. in l. extra territorium. ff. de iurisdi. omn. iudic. c. vt animarum. de constitutio. in vi. cum alijs per eum allegatis.

Secundo vero casu quando distinctæ sunt iurisditiones, & distinctæ bursæ fiscales: aut publicatio bonorum non fit de iure communis, & eocasu dicit Bar. qd non extenditur ad bona alibi sita per iura prædicta. Aut fit iure communis, & tunc etiam ad bona alibi sita extenditur. Et isto casu dicit, qd quælibet ciuitas habebit bona sita in eius territorio. Hanc distinctionem facit etiam Signorol. de Homodeis. in repet. sua. l. cunctos populos. col. fin. versic. mihi autem videatur. quam recitat, tacito Bartolo, veluti suā, de quo miratus sum. Nellus etiam in suo tract. Bannit. in i. parte. secundi tē poris. q. xiiij. hanc quæstionem laissime examinat. & aliorum, qui de ea scripsierunt, opiniones recitat, recitata etiam prædicta distinctione Bartol. quam approbat in omnibus suis membris, præterquam in vltim. in quo Bar. concludit, omnia bona publicari, sed qd vnaquæq; ciuitas habeat bona in suo territorio sita. Hoc enim dicit per omnia verum sibi non videri, vt scilicet alia ciuitas in cuius territorio sunt bona damnati ea habeat vigo- re dictæ condemnationis: cum hoc condemnationis forma non patiatur, in qua dici solet, & omnia eius bona fisco nostro applicamus. Sed dicit qd illa ciuitas, in qua bona condemnati sunt, habebit illa tanquam vacantia. per tex. in l. cum vñus. s. penult. ff. de bon. autho. iudic. possiden. quia con- demnatus est effectus serius pœnae. l. qui vltimo. ff. de pœn. & hæredem non habet. quod maxime procedit quando quis esset damnatus pro ci-

2 mine læse maiestatis.argum.tex.in l.quisquis.C.ad leg.iul.maiest.Et † q̄ bona damnati cum confiscatione bonorum existentia extra territoriū cōdemnantis fisco illius loci in quo sita sunt applicentur, tenuit etiam Math. de Afflīct.in c.i.s.deniq̄.in tit. quæ sicut prima causa benefi.amittend.circa
3 finem.nu. 35. Istud † tamen sane intelligas in bonis stabilibus: nam si condenatus haberet mercantias, pecunias, & alia bona mobilia in alterius territorio, illa spectant fisco illius ciuitatis quæ condemnauit. & est ratio: quia bona mobilia cōcernunt personam condemnati. vt voluit Bal.in l.mercatores.C.de corner. & mercat.Oldrad.in consil. 17. circa princ. Alexand. consil. 16.in fin,in i.volū. vide etiam circa prædicta Angel. in tract. de maleſi.& ibi August. in addit. in verbo, & eius bona publicamus,& Alberic.in tract.statutorum.in prima parte.q.lvi.

S V M M A R I V M.

- 1 Bona alienari prohibita an ueniant in confiscatione honorum?
- 2 Quid dicendum quando alienatio est prohibita a testatore in fauorem eius qui alienare prohibetur?
- 3 Ususfructus honorum alienari prohibitorum, an ueniat in fiscum uiuente reo?
- 4 Ususfructus alienari non potest.

Q V A E S T I O III.



E R T I O quero: quid dicendum de Bonis alienari prohibitis. An veniant in confiscatione honorum? breuiter dicendum est q̄ non. facit tex.& ibi Bart.in l.Imperator. ff. de fideicom. libertat. ad idem tex. in l.iura libertorum. ff. de iurepatron.idem voluit loā. Andr.in addit. Specul. in tit.de feud.& Alexand. in consil. 23. opportune consideratis.in i.volū.& in consil. 89.in iij.volū. Marti.de laud.in tract.suo.de fisco.q. 263. Et, q̄ in confiscatione honorum non veniant bona per testatorem alienari prohibita, est casus in art.bona damnatorum.C. de bon. præscript. & habetur per Deci.in consil.442. in causa in qua molestatur. col. v.nu. 27. Bart.in d.l.Imperator.Ludouic.Roma.in l. si constate.s.fin. ff.sol.matri. quem sequitur etiam Angel. in tract. malefic. in verb. & eius bona publicamus.in verific. Et nota q̄ facta. & idem Ludou. in l.si finita. 2 in s. si de vestigalibus ff. de damn. infect. Hoc † tamen procedere dicas quando prohibita est alienatio in alterius fauorem, quam eius, qui alienare prohibetur a testatore, vt not. Bar.in l.si quis in tantam.circa medium.C.

• Vnde vi. faciunt etiam not. per Bar. & Sal. in l.i.C.de bon.libert.ad idem
 Marian.Soci.Junior,in consi. 158. Abunde.col. 11.nu.36. in ij.vol. vbi
 dixit, quod bonorum confiscatio fideicommissio non nocet, iuxta not. per
 Bar.in d.l.Imperator.ss.ad fideicom.liberta.& per moder.repetentes in l.
 filiusfamilias.s. diui.ss.de legat.i. & per D. August. Beroum præceptorem
 & promotorem meum in suis quæstionibus familiar. q.xli. Sed querit:
 3 + an saltim, vsusfructus huiusmodi bonorum alienari prohibitorum. vsu-
 fructuario,cuius bona:publicata sunt,naturaliter vivente veniat in d.con-
 fiscatione circa hoc Bal.& Salye.in l.i.C.de bon. quæ liber. Tenuerunt q
 4 non. per tex.in l.corruptionem. in fin. de vsusfruct. + Vsusfructus enim
 alienari non potest l.vsusfructus.ss.de iure doti.s.finitur.inf. de vsuf.hoc
 idem tenuit Alex.in consil. 88, opportune consideratis. in ij. volum. &
 Math.de Afflict.in tit.de capitul.Corrad.in.s. præterea col.i.nu. s. in vi-
 bus feudorum. Contrariam autem partem, q immo vesusfructus bono-
 rum prohibitorum alienari,durante vita naturali ipsius condemnati in si-
 scum veniat,tenuit Io. Ant. Rubeus Alexandri. in consil. 154. Decreue-
 ram in hac causa vers.circa illud.nu. 2. pro cuius opinione adduco ea,quæ
 voluit Math.de Afflict.in tit. quæ sint regal.in.s. & bona committentii.
 col.i.nu. s. vbi dixit, q licet in confisicatione bonorum feudum non ve-
 niat, q tamen fiscus feudum tenebit durante vita ipsius condemnati, illo
 vero mortuo feudum ad illius Agnatos ad quos spectaret mortuo con-
 demnato deuoluitur.adducit ad hoc Andr.de Iser.in c.i.s.præterea.in tit.
 quæ fuit prima causa benefi.amit. & in.s.denicq.eod.tit.idem voluit Paul.
 de Castr.in l.insulam.in princ.ss.solut. matri. Et pro ista opinione, quam
 puto veriore, faciunt quæ dicam infra.q.v. sub hac eadem rubric.ybi
 examinatur illa quæstio: vitrum feudum veniat in confisicatione bonoru.
 & vide in q.sequenti.in versic.concordando.& in q.vi.proxime sequen-
 ti.in versic.ynum tamen non omittam.

S V M M A R I V M.

- 1 Ius patronatus an ueniat in generali cōfiscatione bonoru rei criminis læse maiestatis.
- 2 Ius patronatus in translatione odiosa uniuersitatis non uenit.
Secus in uoluntaria & fauorabili.
- 3 Dominum Venetum totius Christiane Reipublice speculum determinauit ius patrona-
tus non uenire in confisicatione bonorum in criminе læse maiestatis.
- 4 Concordia opinionum duuersarum in dicto articulo.
- 5 Ius patronatus damnati de criminе læse maiestatis , uenditis per fiscum omnibus eius
bonis, an transeat in emptorem dictorum bonorum.

6 Quid dicendum in iure patronatus consistente in aliquo castro uel villa ipsius condemnati uenditis.

Q V A E S T I O . IIII.



V A R T O quero: an iuspatronatus veniat in generali confiscatione bonorum facta ob crimen læse maiestatis? In ista quaestione doctores varij fuere. Nam Florian. in l. via. s. si fundus. ff. de seruit. rustico. prædior. Tenuit iuspatronatus transire in fiscum facta generali bonorum confisicatione: Ea ratione, quia iuspatronatus transit cum universitate bonorum. idem sentit glos. in c. filijs. xvi. q. viij. idem tenet Abb. & Ioan. Andr. in c. nobis. de iure patron. idem Abb. in c. cum laici. & in c. quanto. eod. tit. idem tenet etiam Cardinal. in d. c. quanto. dicens, q̄ ita alias consuluit. idem sentit Paul. de Cettadin. in suo tract. de iure patron. parte. ix. q. 20. vbi dixit, q̄ quando delictum est adeo graue q̄ omnia bona delinquentis confiscantur, tunc iuspatronatus transit cum universitate bonorum. Contrariam autem partem semper arbitratus sum veriorem esse. pro qua sepe allegavi & consului, q̄ immo in generali bonorum confisatione iuspatronatus non veniat. & hoc tenuit glos. in c. satis peruersum s. o. distin. & glos. in clem. pastoralis. in verbo subiectæ. de re iudic. Bart. in extrauag. ad reprimen. in verbo, rebellando. Cardinal. in clem. si plures de iur. patr. Math. de Afflict. in c. vnico. s. ex eadem lege. nu. 9. in tit. de leg. Corrad. in vñibus feud. idem tenuit Ioan. Bertachi. in tract. suo de episc. in iiiij. parte. versic. Trigesimo quæro. nu. 6. 9. allegat glos. Butr. & doct. in d. clemen. pastoralis. de re iudic. idem tenuit Archid. in d. c. filijs. xvi. q. viij. Imol. in l. insulam. ff. solut. matrim. hanc etiam opinionem sequitur Ang. in tract. maleficiorum. in verbo, & eius bona publicamus. in versic. & nota q̄ facta. nu. 15. idem tenuit Præposit. in c. i. col. penul. x. distin. vbi dixit, † q̄ in translatione vniuersitatis odiosa, vtputa in confisicatione bonorum iuspatronatus, non venit: secus autem in translatione voluntaria & fauorabili. idem tenuit Fely. in d. c. quanto. col. iiij. de iudic. & hanc questionem latissime examinat Rochus de Curt. in tracta. de iure patron. in verbo ipse vel is. q. 29. vbi recitat aliorum opiniones, tandem concludit, q̄ opinio tenentium, q̄ iuspatronatus non transeat in generali confisicatione bonorum, sit æquior. quam dicit tenuisse Andream Pomum Rotæ auditorem in d. c. quanto. de iudic. idem tenuit Nellus. in tract. banitor. in i. parte secundi temporis. q. 32. & Alberic. in tract. statut. parte. iiij. q. 16. & 17. idem voluit collectar. in c. in quibusdam, versic. sed nunquid patronus, extra de poen. vbi dixit, q̄ patronus Ecclesie condemnatus per iudic.

Hierony. Gigas.

HH

*cont. in p. 722
179
179
179
179
179
179
179
179
179
179*

- cem secularem de criminis læsæ maiestatis iuspatronatus nō amittit, idem voluit collecte in c. fin. versic. quid si patronus de iure patron. Et istam partem ego alias defendi & obtinui dum verteretur quæstio Venetijs: utrum in generali confiscatione alias facta de bonis cuiusdam Enselmini de Enselminis ciuis Paduæ olim rebellis Illustrissimi Dominij Venetorum, qui erat patronus ecclesiæ sancti Antonij extra muros Taruistii, iuspatronatus quod erat penes ipsum Enselminum simul cum eius bonis deuenisset in præfatum Illustrissimum Dominium. Et tenebam q̄ non, sed q̄ eo mortuo deuenerat in eius descendentes. quam quæstionem obtinui committi excellentissimis doctoribus tunc Paduæ legentibus decidendam, & sic consultum fuit contra Dominium, de quo vide consilia Clarissimorum doctorum D. Marian. Socin. Nepotis nu. 51. requisitus a Magnific. in ij.
- 3 volum. & D. Marc. Mantua consil. v. vissis scripturis. † Secundum quorū consilia idem Illustrissimum Dominium totius Christianæ Republicæ, speculum determinauit. Et hanc opinionem, q̄ iuspatronatus non veniat in generali confiscatione honorum, tenuit etiam Barth. Cepoll. consil. 80. Andr. de Iser. in c. licet. in tit. si de feud. fuerit contro. inter Dominum. & Agnat. Cardinal. in clemen. i. de exces. praefat. & Petr. de Ancha. in c. foliis. in x. nota. de pœn. in vi. & ista opinio communis est, a qua in iudicando & consulendo non esset recedendum. Concordando tamen prædictas
- 4 opiniones forte dicere possumus, † q̄ prima opinio tenentium, q̄ iuspatronatus confiscatis bonis omnibus delinquentis in fiscum transeat, procedat, donec viuit condemnatus, vt scilicet eo viuente fiscus habeat præsentare euéniente casu vacationis beneficij patronalis, sicuti præsentare potuisse condemnatus ante condemnationē, faciunt ad hoc tex. in l. lex vetigali fundo. ff. de pignor. & l. peto. s. præmium. ff. de leg. ij. & l. statius s. Cornelio foliici. ff. de iure fisci. & c. i. in fin. de capit. Corrad. quæ iura ad hoc allegat Roch. de Curt. in d. tract. de iur. patron. præalleg. q. 2 9. col. ij. versic. vel dicamus. qui tamen in ista opinione non firmat pedes. pro qua tamen faciunt dicta supra q. ij. proxima præcedente circa fin. Secunda vero opinio locum habet post obitum condemnati. nam eo mortuo iuspatronatus non erit apud fiscum, sed transibit in descendentes damnati: & in isto casu consuluerūt. D. Marian. Soci. & D. Marc. Mantua supra allegati.
- 5 Ex præmissis deciditur alia dubitatio: an videlicet † iuspatronatus, quod erat apud datum de criminis læsæ maiestatis, venditis per fiscum omnibus bonis rebellis transeat in emptorem omnium honorum? Et dicendum q̄ non: quia si in fiscum non transit, (vt est com. op. doctorum,) a fortiori non transibit in emptorem, cum nemo plus iuris in alium transferre, potest quam ipse habeat, vulgat. c. Nemo plus iuris, de reg. iur. in vi.

6 fallit hoc, † quād iuspatronatus esset in aliquo Castro vel villa, ad ipsum condemnatum pertinens: nam tunc confiscato castro vel villa ad ipsum condemnatum pertinenti, & eius facta venditione, transiret iuspatronatus prae dictum in emptorem: quia continetur in isto yniuersali. c. cum secundū de iur. patron. & not. xvi. q. vii. c. Piementis. & habetur per Andr. de Isern. in c. vnicō. s. ex eadem lege. de leg. Corrad. & in c. generali. in tit. si de feud. fuerit controu. & per Math. de Afflīt. in d.s. ex eadē lege. n. 8. in vñibus feud. Et hoc modo limitabis conclusionem supra firmatam, q̄ in generali confiscatione bonorum iuspatronatus in fiscum non transeat, vt non procedat quando esset confiscatum Castrum vel villa, in qua esset iuspatronatus. nam tunc cum ipsa yniuersitate Castri seu ville in fiscum deueniret per iura prædicta.

S V M M A R I V M.

- 1 Feudum an ueniat in generali confiscatione bonorum in crimine lēse maiestatis?
- 2 Bona ecclesiæ non publicantur ob delictum clerici.
- 3 Feudum an ueniat in confiscatione prædicta, salvo iure dominij?
- 4 Fiscus an condemnato uiuente feudum tenebit donec ille uixerit?
- 5 Concordia opinionum in dicta materia.
- 6 Feudum quād esset transitorium ad extraneos hæredes an in fiscum transeat per confiscationem bonorum.
- 7 Et quid quo ad usumfructum.
- 8 Quid dicendum in feudo Ecclesiæ.
- 9 Vasallus qui crimen lēse maiestatis commisit contra dominum feudi, an feudo priuetur ipso iure?
- 10 Vasallus in regno Neapolitano committens crimen lēse maiestatis, ipso iure amittit dominium & posessionem feudi.

Q V A E S T I O V .



VINTO quero: quid dicendum sit de feudo: an ueniat in generali confiscatione bonorum facta, pro criminе lēse maiestatis, seu alio pro quo bona omnia condemnati confiscantur? In ista q. variae sunt Doctorum opiniones. Alexand. in l. si finita. s. de vectigalibus. ff. de damn. infect. tenuit q̄ non. & ibi pro ista opinione multa accumulat, post Bar. ibi. col. i. idem tenuit Alberic. in auct. si vero Dominus tē poralis. C. de hæret. & Mart. de laud. in suo tract. de crim. lēsæ maiestatis. q. xv. ybi ad hoc alleg. Ioan. Andr. in c. quibusdam, de poen. in vi. & idem

- Marti.in tract.de fisco.q. 263.Alexand.in consil. 88. vtrum Emphitheo-
sis.verfic,idem videmus in feudo.in iij.volum.Nellus in tract.suo ban-
nitorum in prima parte,secundi temporis.q. 23.& pro ista opinione.Al-
beric,in d.auct.si vero Dominus.allegat text.in clemen.ij.de hæretic.vbi
† propter delictum clerici bona ecclesiæ non publicantur.& ibidem per
Ioan.Andr.adducit etiam tex.in c.in quibusdam.¶ fin.de poen.& in c.fœ-
licis.eod.tit.in vi.in verſi.si qua vero feuda.in hac etiam opinione fuit.D.
Alex.consil.83.opportune consideratis.col.ij.in iij.volum.& Joan.Bap,
Caccialup.in tract.feud.in verſi.incipiente.vigesimo quia possessio.n.49,
- 3 Secunda vero opinio fuit, † qd feudum veniat in confiscatione cum cæ-
teris bonis damnati salvo iure Domini. & hanc tenuit Alberic.in tract.
suo statut.in iij.parte.q.xvi.pro qua opinione adducit in argumē.d.auct.
si vero Dominus temporalis.C.de hæret.& tex.in l.si quis presbyter C.
de epis.& cleric.& tex.in l.si finita.¶ si de vegetalibus.¶ de damn.infest.
& ibi Dyn.& Guid.de Suzar.in suis quæstionibus statutorum.sol.v.ver-
sicol.sed pone quæstionem de facto quidam vasallus.vbi dicit, qd in vita
vasalli feudum remanebit penes fiscum, vel qd extimabitur ius Domini et
sibi per fiscum satisfiet.Hanc etiam opinionem tenuit Gandi.in tract.ma-
leſi.in rubr.de poen.reor.in verſi.item pone qd in statuto continetur.&
Specul.in tit.de feud.in ¶.quoniam verſic.quadragesimo quæritur.Opi-
nionem Guid.de Suzar.refert etiam & sequitur idem Alberic.in d.auct.
si vero Dominus temporalis.& Sozin.in consil. 114.in causa quæ verbi-
tur.col.xvij.verſic.Postremo non omitto.in ij.volum.Et hanc opinio te-
nuit etiam Math.de Afflict.in tit.quæ sint regal.in ¶. & bona committen-
tium.col.i.nu.5.vbi dixit,qd licet Agnati eius, qui commisit crimen læſe
maiestatis tenentis antiquum feudum,in quo ipsi Agnati succedunt ipso
4 damnato & eius bonis publicatis,prædicto feudo non priuentur.† Fiscus
tamen condemnato viuente,feudum tenebit donec ille vixerit, eo vero
mortuo Agnati succedent qui alias succedere deberent,& hoc etiam vo-
luit Andr.de Isern.in c.i.in ¶.præterea.in tit. quæ sit prima causa benefic.
5 amittend.& in ¶.deniqz.eod.titul.† Concordando prædictas opiniones,
possimus dicere,qd aut querimus,an confiscatis bonis omnibus damna-
ti de crimine læſe maiestatis feudum transeat in fiscum quo ad proprieta-
tem:& dicendum qd non per supra dicta & ita procedat prima opinio su-
6 pra relata.hoc † tamen locum non habere dicas, quando vigore conce-
ssionis de eo fa. tæ feudum esset transitorium ad extraneos hæredes.vt in
c.feudum.si de feud.fuer.contro.inter Dominum & Agnat.& in c.i.in ti-
tul.de feud.non haben.propriet.nat.feud.tali enim casu feudum transibit
in fiscum in generali confiscatione bonorum etiam quo ad proprietatem.

vt voluit Curt. Iunior, in consil. 4. super controuersia vertente. col. penul.
 7 num. 20. in i. volum. Aut quærimus: † an feudum transeat in fiscum quo
 ad vsum fructum durante vita condemnati, cuius omnia bona fisco obuē
 ta sunt ex tali condemnatione; & isto casu procedat opinio doctorum te-
 nentium ex confiscaſione bonorum omnium feudum in fiscum transfer-
 8 ri. Limita † rāmen supradictam conclusionem, q̄ feodium amittatur per
 eum qui crimen læſae maiestatis commisit, vt non procedat in feudo, q̄ is,
 qui tale delictum commisit, tenebat ab ecclesia: nam cōfiscatio bonorum
 omnium talis, qui contra Imperatorem, Regem, vel Rēpub. huiusmodi
 delictum commisit, facta per iudicem secularem eum non priuat feudo
 per eum ab ecclesia recognito, nisi per sententiā Ecclesiæ sit priuatus. text.
 est in clem. pastoralis, de re iudic. & ita dixit Bald. in l. i. q. 42. ff. de rerum
 diuis. & Iac. Aluarot. in c. i. s. illud. in fin. in titul. de prohibit. feud. alienat.
 per Federic. & Mart. de laud. in tract. de crim. læſae maiest. q. 33. & habe-
 9 tur per doct. in d. clem. pastoralis. † An autem vasallus, qui crimen læſae
 maiestatis commisit contra Dominum Feudi, illo priuetur ipso iure: & sic
 feodium reuertatur ad Dominum non expectata aliqua sententia, in cas-
 bus in quibus ad Dominum reuerti debet? Dicas, q̄ expectanda erit sen-
 tentia, vt voluit Bald. in tract. suo feudor. nu. 45. & ita etiam consulendo
 tenuit Cardinal, consilio, 128. in quæſtione quæ vertitur inter Andream.
 10 col. i. ad fin. † In Regno vero Neapolitano vasallus committens crimen
 læſae maiestatis ipso iure amittit Dominium & possessionem feudi etiam
 sine alia apprehensione vigore consti. regni, vt dicit Math. de Afflict. in c.
 i. in s. sed nec alia. colum. fin. nume. 107. in titul. quæ fuit prima causa be-
 nefic. omitt. vide ad hoc quæ dicam latius infra quæſtione xxv. sub hac
 eadem rubrica.

S V M M A R I V M.

- 1 An confiscaſis bonis omnibus rei criminis læſae maiestatis, in tali confiscaſione ueniant bona Emphiteoticaria?
- 2 Emphiteosis quæ ab ecclesia recognoscitur in fiscum non transit & quare.
- 3 Fiscus est loco extranei hæredis.
- 4 Emphiteosis quæ est cōcessa ea cōditione ut transeat, etiā ad extraneos, transit in fiscū.
- 5 Emphiteosis ecclesiæ quæ ex consuetudine ipsius ecclesiæ est transitoria ad extraneos, transit in fiscum.
- 6 Emphiteosis ecclesiastica uenit in confiscaſione bonorum facta per iudicē ecclesiasticū.
- 7 Emphiteosis quæ recognoscitur, a priuato, regulariter transit ad extraneos hæredes.
- 8 Emphiteosis priuati cui est appositum pactum ne transeat ad extraneos hæredes, non transit in fiscum.

- 9 Quando Emphiteosis non potest in fiscum transire ex confisca^{re}tione bonorum transibit
saltem quo ad usumfructum uiuente reo.

Q V A E S T I O . VI.



EX TO quæro : an confiscatis bonis omnibus rei crimi-
nis læse maiestatis, in talí confisca^{re}tione veniant bona Em-
phiteoticaria ? In hac quæstione distingue , q̄ aut loqui-
mū de Emphiteosi quæ ab ecclesia recognoscitur: aut de
ea q̄ recognoscitur a priuato . Primo casu dicimus † Em-
phiteosim , quæ ab ecclesia recognoscitur, in fiscum non
transire. Ratio est: quia non est transitoria ad extraneum hæredem, vt per
Bar. et alios in l. si finita in s. de vectigalibus. ff. de dam. infest. ea enim quæ
ad extraneos hæredes non sunt transitoria , in fiscum non transeunt , vt
habetur per glos. & Doct. in l. etiam. in princ. ff. sol. matr. & per Sozi. in
consi. 121. præmittenda est disputatio. nu. xvij. in iij. vol. & q̄ Emphiteo-
sis ecclesiastica in fiscum nō transeat, tenuit etiam Marti. de Laud. in tra^{ct}.
de fisco. q. iij. Alex. in consi. 8 s. opportune consideratis. in ij. et iij. col. in ij.
volu. & in consi. 88. vtrum Emphiteosis ecclesiastica. in princ. in iij. volu.
et per D. Carolum Ruinum præceptorem meum in consi. 155. Quātum
3 ad casum. col. ij. in fin. & col. iij. nu. 10. & 11. Fiscus † enim est loco extra-
nei hæredis. l. libertorum. vbi Bart. not. ff. de iure patro. & in l. eorū. ff. ad
leg. iul. maiest. l. cum qui. ff. de interdict. & relegat. ad quem dicta Emphi-
teosis non est transitoria vt per Bar. & Doct. in d.l. etiā. idem voluit Deci.
consi. 442. præsens consultatio. col. vi. nu. 31. in ij. volu. Alex. in cōsi. 83.
in vij. volu. & rursus Decius in consi. 171. col. i. in i. volu. Calderi. in consi.
vi. in rubr. de locato. Idem tenuit. D. Vincē. Herculanus præceptor meus
in l. insulam. col. ij. versi. ex hoc infertur. nu. 4. ff. sol. matri. et Ant. de Butr.
in consi. 61. stricte non reputo. in fin. Prædictam conclusionē tripliciter li-
mita. † Primo vt non procedat quando Emphiteosis ecclesiastica ea con-
ditione esset concessa , vt etiam ad extraneos transiret : Nam tunc transi-
ret etiam in fiscum cum alijs bonis confiscatis, vt dixit Sozi. consi. 266. in
causa quæ vertitur. col. xi. versi. tertio confirmatur. col. 12. & versi. ex qui-
bus infero. in ij. volu. quem sequitur Ruin. Dominus meus in præalleg.
consi. 155. Quātum ad casum. col. fin. circa princ. in i. volu. facit q̄ voluit.
Alex. in d.l. etiā in princ. ff. sol. matri. vbi dixit , q̄ ex legitimis causis Em-
phiteosis ecclesiæ potest alicui concedi ea conditione, q̄ transierat etiam ad
5 extraneos. Secundo limita prædictam cōclusionem non procedere † quā
do consuetudo ecclesiæ illius, quæ Emphiteosim cōcessit, se haberet, quod
Emphiteosis a se concessa transiret etiam ad extraneos. Ita voluit Alex. in

d.l. etiam. in princ.col. penul. versi. Hoc tamen secunda. Ant. de Butr. in
consi. 23. Alex. in consi. 180. consideratis his. in ij. volu. in versi. alia ratio
ne. col. ij. vbi ad hoc allegat tex. in c.i. in princ. cum ibi not. in tit. qui feud.
dar. poss. iuncta. l. licet. excepto. C. locat. Curt. in d.l. etiam. in princ. in sua
Apostil. ad le. & Alex. ibi. Tertio limita conclusionem supradictam non
procedere, † quando confiscatio bonorum fieret per iudicem ecclesiastico.
Tunc enim Emphiteosis ecclesiastica veniret in confiscaione bonorum. Ita voluit Marti. de Laude. in tract. suo de fisco. q. ij. allegat Bal. in l.
fin. ff. de rerum. diui. & ix. q. v. c. quia. Alberic. in l. cum duobus. s. fin. ff.
pro socio. & Oldrad. in consi. xvij. & facit qdixi supra. q. v. proxima p̄c
cedenti in versi. limita tamen. † Secundo vero casu si loquamur de Em-
phiteosi priuati, quae non ab ecclesiastica, sed a layco recognoscitur, seu a
clericō, de bonis tamē suis patrimonialibus nō ecclesiæ, (nam ista regula-
riter transit ad extraneos, vt per Calder. in consi. vi. in rubr. de locat. vbi
attestatur ita communiter teneri. alleg. tex. in l. si domus. s. fin. & l. si tibi. ff.
de leg. i. & l. in conuentionibus. in fin. ff. de verbor. signifi. & habetur per
Alex. in l. si patroni. in princ. col. vlt. versi. Respondeo finaliter. ff. ad Tre-
bellia. vbi dixit hanc esse com. op̄i.) non erit dubium, qdista veniet in co-
fiscatione bonorum, & in fiscum transibit, Fallit tamen hoc, † quando in
Emphiteosi priuati patrum esset appositum, qd ad extraneum haeredem
non transiret, vt not. Bar. in d.l. si finita. in s. si de vectigalibus. et ibi com-
mun. Doct. ff. de dam. infect. Bal. & alij, in l. si quis presbyter. C. de epis.
& cleric. Bal. in d.l. insulam. Oldrad. in consi. xvij. Thæma tale est Petr. de
Anch. in repet. c. postulasti. in viij. q. de foro compet. Ant. de Butr. in consi.
lxij. stricte. in fin. Sözin. in consi. 21. præmittenda est. col. iiiij. in princ.
volu. vlt. Deci. in consi. 44. s. In causa in qua molestatur. col. vi. versi. Idem
est in bonis nu. 31. in ij. volu. Alex. consi. 88. vtrum Emphiteosis. col. i.
versi. idem etiam concluditur. in iiiij. volu. & consi. 88. opportune conside-
ratis. col. ij. versi. Idem etiam communiter concluditur. in ij. volu. & in
consi. 24. in i. volu. & consi. 49. viso Thæmate. col. iiiij. in vi. volu. † Vnum
tamen non omittam, qd eo casu, quo Emphiteosis ex generali bonorum
confiscatione non transit in Fiscum, Fiscus tamen durante vita condemnati
fructus & commoditatem, talis utilis dominij percipiet soluendo tñ
donec fructus percipit annuū canonem. ab inde enim supra commoditas
& fructus dicitur. l. fundus. ff. famil. haercisc. l. fructus. ff. sol. matri. mortuo
autem condemnato res Emphiteotica ad dominum vel ad eos ad quos
deuoluitur reuertetur. l. lex vectigalis. ff. de pignor. & ita dixit. Nellus in
tract. bannitorum. in i. parte. secundi tempor. q. 24. faciunt quæ dixi. su-
pra. q. ij. iiiij. & v. proxime p̄cedentibus,

LIBER SECUNDVS. TRAC.
S V M M A R I V M.

- 1 An in confiscatione bonorum ueniant bona etiam futura?
- 2 Substitutio futura an ueniat in confiscatione bonorum?

Q V A E S T I O VII.

SEPTIMO quæro: confiscatis bonis omnibus eius, qui crimen læse maiestatis commisit, an in prædicta confiscatione compræhendatur bona non solum præsentia, sed etiam futura? Hanc quæstionem ponit glof. in l. nam ad ea. ff. de condit. & demonstrat. quæ dixit, q̄ bona futura in tali confiscatione non veniunt. Idem voluit Bart. in l. si certa forma. C. de iure fisc. lib. x. facit tex. in l. si tibi mandauero. s. is cuius bona. ff. mand. & hoc voluit etiam Nell. in tract. bannit. in i. parte. secundi tempor. q. 18. & Alberic. in tract. statutorum. q. 13. & Angel. in tract. de malefi. in verbo, & eius bona publicamus. In versi. et nota. q̄ facta. nu. 12. Idem voluit Imol. in l. ex facto. s. fin. ff. de vulgar. & pupil. Et hinc est, † q̄ in tali confiscatione bonorum non venit futura substitutio, vt est casus & ibi Bald. in d. l. ex facto. s. final. idem voluit Alberic. in tract. statutorum, parte iij. q. xij. in fin. vbi dixit, q̄ si homicida erat alteri substitutus, & post bannum & sententiam extitit conditio substitutionis, illa bona non veniunt in confiscatione, per tex. in l. substitutio. cum ibi not. ff. de acquiren. rerum. Domin.

S V M M A R I V M.

- 1 Hereditas delata condemnato de crimine læse maiestatis, antequam condemnaretur, nondum tamen adita an ueniat in confiscatione bonorum?

Q V A E S T I O VIII.

CTAVO quæro: quid dicendum erit de hæreditate delata condemnato de crimine læse maiestatis antequam condemnaretur, quæ tamen nondum erat adita, an veniat in confiscatione bonorum facta ex tali delicto vel alio pro quo bona omnia confiscantur? Hanc quæstionem mouet Nellus. in tract. bannit. in prima part. secundi tempor. q. 30. qui dicit eam vidisse de facto, & q̄ terminatum fuit, q̄ talis hæreditas non veniret,

niret in huiusmodi confiscatione bonorum, per multas rationes de quibus ibi per eum, quas referre esset potius laboriosum quam subtile, quia videre poteris ibidem. Et quid sit etiam dicendum, quando condemnato aliquid ex contractu vel ex ultima voluntate debetur sub conditione, & talis conditio est purificata post condemnationem, an id veniat in confiscatione bonorum: vide eundem Nell. in præalleg. tracta. in ead. prima part. secundi tempor. q. 31.

S V M M A R I V M.

- 1 Pater an teneatur dare legitimam filii condemnati de crimine læse maiestatis fisco?
- 2 Pater filium qui commisit crimen læse maiestatis exheredare potest.
- 3 Filius proditor patrie dicitur parentem & liberorum occisor.
- 4 Filius qui commisit crimen læse maiestatis, si prætereat, a patre in testamento, illud non rumpit.
- 5 In confiscatione bonorum an ueniat id quod pater singulis annis dare solitus erat filio pro alimentis?

Q. V AE S T I O IX.

- N**ONO queritur: si condemnetur filius de crimine læse maiestatis, an pater eius legitimam fisco dare teneatur? **D**icas, quod filius patre viuente nullam habet actionem ad pertendum legitimam, ut habetur in l. post emacipationem. **f**. de liber. legat. facit text. in l. & si condemnatus. **f**. de noxal. & rex. in l. si qua poena de his qui sunt sui vel alien. **j**ur. & habetur per Barto. in l. fin. **f**. de liber. agnosc. idem tenuit Nellus in tract. bannit. in prima parte, secundi tempor. q. 33. Comprobatur ista conclusio ex eo, quod tamen pater, filium qui commisit crimen læse maiestatis exheredare potest, ut voluit Andr. de Iser. in c. i. s. præterea vasallus. col. iiij. in versic. Audiui iudicatum. in titul. quae fuit prima causa benefic. amittend. **s** ad idem facit, tamen quia filius proditor patrie dicitur parentem & liberorum occisor. l. minime. **f**. de religio. & sumpt. funer. per quem textum Curt. Iunior. in auct. non licet. col. v. nu. 26. C. de liber. præter. dixit, quod filius ex tali causa exheredari potest a patre, & dictam causam esse de comprehensio sis in s. causas. in auct. vt cum de appell. cognos. tamen Quinimmo filius qui commisit crimen læse maiestatis, si a patre in testamento prætereat, tanquam præteritus patris testamentum non rumpit, ut per Barto. in l. hac edictali. C. de secund. nupt. Erit ergo conclusio ex præmissis, tamen quod pater non potest Hierony. Gigas.

rit molestari, a fisco super legitima filij, qui condemnatus fuisset pro crimi-
ne læsæ maiestatis cum confiscatione bonorum . Quid autem dicendum
⁹ sit † de eo, quod pater filio singulis annis solitus erat dare pro alimentis,
an saltē id veniat in confiscatione? Dicas q̄ non , secundum Nellum in
prædicto tract, bannit. in prima part. secundum temp. q. 36.

S V M M A R I V M.

- 1 Peculium profectitium, confiscatis bonis filij condemnati de crimine læsæ maiestatis, an
ueniat in tali confiscatione?
- 2 Pater habet dominium in peculio profectitio filij.
- 3 Peculium profectitum est pleno iure patris, etiam quo ad proprietatem.

Q V A E S T I O X.



E C I M O quero: quid dicendum erit de Peculio pro-
fectitio, an publicatis bonis filij condemnati de criminе
læsæ maiestatis, id veniet in tali confiscatione? Do. Ioan.
Crot. solennis doctor, et præceptor meus recolendæ memoriæ in sua repet. l. frater, a fratre. colum. vi. numer. 19.
versicul. Prima sit conclusio, decidit, quod publicatis bo-

- 2 nis filij dictum peculium publicatum non censeatur: quia † in eo Pater
Dominum habet, ideo dicitur esse in bonis patris. l. certum. C. famil.
hercifund. & ibi gloſ. hinc est, quod tanquam res aliena in confisca-
tione non veniet. Idem voluit Alberic. in l. iiij. §. sed vtrum. columna tertia.
versicul. Extra gloſ. ff. de minor. idem voluit, Dominus Carolus Ruinus,
Dominus meus. in consilio xxiiij. quia copiose. columna secunda. nume-
3 ro 5. & columna tertia. in princip. in v. volum. † est enim pleno iure pa-
tris peculium profectitum etiam quo ad proprietatem. l. si plures. §. in ar-
rogato. ff. de vulga. & pupillar. l. placet. ff. de acquir. hæred. iuncta. l. cum
oportet. in princip. C. de bon. quæ liber.

S V M M A R I V M.

- 1 Peculium aduentitium, filio condemnato de crimine læsæ maiestatis, an ueniat in confi-
scatione bonorum?
- 2 Publicatis bonis filij in casibus in quibus in eo pater non habet usumfructum peculium
aduentitium transit in fis cum.

Q V A E S T I O XI.



N D E C I M O, quid dicemus de peculio aduentitio, an id veniat in confiscatione bonorum facta filio condemnato, de crimine læse maiestatis? Dicas, q[uod] cum illud filius contrahendo nō possit alienare. l. fin. s. filius autem. C. de bon. quæ liber. ideo multo minus delinquendo, vt not. Bartol. in l. si finita. s. si de vectigalibus. colum. penult. ff. de damn. infect. idem tenuit Marian. Soci. iunior in consil. 77. col. ij. in versic. Secundus casus. nu. s. in ij. volum. idem tenuit Alberic. in tract. suo statut. in ij. part. q. xij. & Nellus in tract. bannit. in prima part. secundi tempor. q. 25. vbi respondit ad not. per Specul. in tit. de stat. monach. versic. quæritur q[uod] procedit in eo qui religionem intravit, non autem in condemnato: & alleg. not. per Bal. in l. ij. C. qui bon. ced. possunt. Et de hoc videtur expreſſum in l. si filius. C. de bon. prescript. † In casibus autem, in quibus pater volumfructum non habet in peculio aduentitio filij, publicatis bonis filij huiusmodi peculium publicatum censebitur, cum de eo filius disponere possit. s. i. in auct. vt liceat. Matr. & Auia. col. viij. nu. 21. ff. de condit. indebit. idem tenuit. D. Carolus Ruin. præceptor meus in consil. 24. quia copiose. col. ij. nu. 6. in v. volu. ybi dixit hanc esse commun. opin. *ad loc.*
v. p. 1. 200 in C. in his tract. in tract. b. p. 1. 200
H. auct. q. 8. v. 4. C. in tract. b. p. 1. 200
S V M M A R I V M:

1. Peculium Caſtrene, uel quasi filio condemnato de crimine læse maiestatis an ueniat in confiscatione bonorum.
2. Filius in tali peculio habet plenum ius, & in eo est loco patris familiaris.

Q V A E S T I O XII.



V O D E C I M O quæror: an peculium Caſtrele vel quasi filio condemnato pro crimine læse maiestatis cum confiscatione bonorum veniat in huiusmodi confiscatione? Et dicendum videtur q[uod] non, per text. ad hoc singular. in l. ij. C. de bon. prescript. per quem tex. ita dicunt Bart. & alij in l. si finita. in s. si de vectigalibus. ff. de damn. infect. & idem voluit Cyn. in d. l. ij. C. de bon. proscriptor. & Alberic. in tract. statut. in ij. parte. q. xij. & in l. ij. s. sed vtrum. ff. de minor. in versicu. extra glos. quærunt. Contrariam tamen partem, q[uod] immo peculium Caſtrene

- vel quasi veniat in tali publicatione bonorum filij, tenuit Angel. in l. si filius. ff. de damn. infest. & mouetur quia filius in tali peculio habet plenum ius, & in eo est loco patris familias, per tex. in l. ij. ff. ad Maced. & illud potest alienare, & de eo libere disponere: Ergo delinquendo potest illud amittere. Alienare enim illud tacite dicitur eum delictum bonorum confiscatione dignum perpetrauit, arguento tex. in l. imperatores. ff. de iure fisc. & hanc partem tenuit Nellus in tract. suo bannitorum, in prima part. secundi tempor. q. 2. 5. Et solemnis docto^r præceptor meus D. Io. Crot. in repet. l. frater a fratre. col. viij. & col. 2. i. in versic. tertia conclusio. C. de condit. indebit. vbi respondendo ad text. in d. l. si filius. C. de bon. præscript. (super quo fundatur opinio tenentium contrarium de qua supra dixi.) dicit, illum tex. procedere secundum iura antiqua, secundum quæ pater occupabat bona filij iure peculij. l. ij. ff. de Castr. pecul. sed hodie filius familias in peculio Castræ haeredem habet ab intestato. s. i. in au^t. de haeredit. quæ ab intest. defer. col. ix. & etiam not. per glos. & scribentes in l. si infanti. C. de iure delibera. subdens, q̄ fiscus in talibus bonis tanquam heres succedit. l. ij. C. ad leg. iul. de vi. Et ista opinionem de iure veriorem arbitror præsertim in crimen læse maiestatis, in quo filius familias commisso tali delicto amittit omnia sua bona. nec reperitur iure cautum q̄ fieri debeat aliqua distinc^tio inter bona quæ sunt sua de iure communis, & ea quæ sua sunt ex privilegio, ut puta peculium Castrense, ut distinguebat Petr. in d. l. si filius. cuius distinctionem refert ibi Cyn. Præterea dicta distinc^tio casu quo procederet militaret in confiscatione bonorum facta ex alio delicto quam pro crimen læse maiestatis. facit, quia si securus dicseremus confisca^tio bonorum filij nil operaretur, q̄ esse non debet. l. si quādo. ff. de legat. i.

S V M M A R I V M.

- 1 An publicatis bonis patris ob crimen læse maiestatis, ueniat peculium profectitum, aduentitium, vel Castrense?
- 2 Peculium Castrense est filij, ideo non uenit in confiscatione bonorum patris.
- 3 Peculium profectitum, licet sit paternum, non uenit in publicatione bonorum.
- 4 Aduentitium filij est, ideo non uenit in confiscatione bonorum patris.
Hoc tamen procedere non uidetur.

Q VAE STIO XIII.

-  E R T I O D E C I M O quero: an publicatis bonis patris ob crimen læse maiestatis in tali publicatione veniat peculium profectitum, aduentitium, vel Castrense? Et dicendum est q̄ non, yt voluit Alberic. in tract. suo. statut. in in. part. q. xij.

& in l.ijj.s. sed vtrum.col.ijj.versi.extra glof.ff.de minor.idem tenuit Nel
 lus.in tra&t.bannit.in prima part.secundi tempor.q.26.vbi dixit, q.† pu
 blicatis bonis patris non venit peculium Castrense, quia illud est filij: pe
 culium † autem profectuum, licet sit paternum, tamen ex Diui Pij con
 stitutionis benignitate non publicatur, vt in d.l.ijj.s. sed vtrum.† Aduen
 titum fortius dixit non publicari licet in eo pater habeat vsumfructum,
 quia filij est l.cum oportet.C.de bon.quæ liber.Ego vero circa peculium
 profectuum anceps sum: quia illud patris non filij est l.certum.C. famil.
 herciscun.& ista ratione non venit in confiscatione bonorum filij, vt dixit
 Nellus in tract.bannit.in prima part.secundi tempor.q.25.Ergo,cum sit
 patris, illius bonis confiscatis veniet & peculium profectuum. faciunt di
 cta supra,in x.q. proxime præcedenti. & præsertim hoc procedere dice
 rem, quando pater esset damnatus pro crimine læsæ maiestatis iuxta ter
 minos.l.quisquis.C.ad leg.iul.maiest.vbi ne dum pater sed & filij puniū
 tur ex paterno delicto , & successionum etiam extranorum incapaces
 fiunt.Et quod in contrarium dicitur arbitror procedere, quando ex deli
 cto patris filius non puniretur , sicuti punitur in criminis læsæ maiestatis
 in terminis præallegate.l.quisquis.

S V M M A R I V M.

- 1 Anlegata, & hæreditates delatae ei qui crimen læsæ maiestatis commisit fisco obueniant?
 2 Quando aliquis non est incapax sed indignus, tunc fiscus aufert.

Q V A E S T I O X I I I .



V A R T O D E C I M O quæro: an legata & hæreditates
 delatae, et relictæ ei, qui crimen læsæ maiestatis commisit,
 fisco obueniant, siue ad hæredes transeant, vel ab intesta
 to venientibus remaneant? Dicas, q. fisco nullatenus obue
 niunt. Nam quando aliquis est incapax hæreditatis vel
 legati, tunc fiscus non aufert tanquam ab indignio: Sed
 id remanet poenes venientes ab intestato.l.si quis mihi bona.s. si quis pla
 ne.ff. de acquirend. hæredit. & ita tenent Iacob. de Aren. Cyn. Bartol.
 Angel. Paul. de Castr. Bald. Fulgos. & alij in l.i.C.de hæred.instit. & pro
 batur in l.si in metallum, ff. de his quæ pro non script.habentur. & in l.in
 metallum, ff. de iure fisc.Bald. in l.i.C. de secund.nupt. vbi post Petr. di
 xit, q. quando quis non potest capere non est locus fisco, sed illud effici
 tur pro non scripto, & ideo remanet alijs ab intestato succendentibus.idem
 voluit Bar. in l.si deportati, ff. de leg.tertio hoc idem tenuit Marian. Soci.

consil. 22. versic. verum prædictis.col. iiiij. in i. volum. vbi dixit, hanc opinionem maxime in hæreditate quæ ab intestato defertur tenuisse Iacobum Butrigar. in d.l.i.C. de hæred. instit. allegat etiam, q̄ not. glos. in. s. legati. in sit. de legat. & in l. si quis mihi bona. s. si quis. ff. de acquir. hæredit. ad idem 2. Ioan. de Imol. in l. si seruus eius. eod. tit. † Secus tamen dicendum quando aliquis non esset incapax, sed indignus: tunc enim aufert fiscus tanquam ab indigno. vt. ff. de inoffi. testam. l. Papinius. s. meminisse. & l. cum talibus. s. fin. ff. de his. quibus ut indign. & hanc opinionem tenuit etiam Bald. in d.l. si quis. col. fin. versic. tertio dicitur hic.

S V M M A R I V M.

Legitima detrahenda per condemnatum criminis læse maiestatis grauatum restituere hæreditatem si sine filijs decederet cui applicabitur?

Q V A E S T I O X V .

 VINTODECIMO quero: fuit alius condemnatus pro crimine læse maiestatis & eius bona publicata, verum cum iste esset grauatus restituere hæreditatem in euentum q̄ sine filijs decederet, cui legitima ex dictis bonis detrahenda ad ipsum condemnatum spectans, applicabitur. Dicas, q̄ fisco. ita dixit Bald. in consil. viij. in iiiij. volum. pro quo facit text. in l. quisquis. in prin. C. ad leg. iul. maiest. vbi dicitur, q̄ bona omnia damnati pro dicto criminis fiscus capit.

S V M M A R I V M.

Prinogenito condemnato de crimine læse maiestatis, qui post patris obitum in feudo successit cui applicabitur eius feudum?

Q V A E S T I O X VI .

 EXTODECIMO quero: Prinogenitus, qui post patris obitum in feudo successit, si in crimen læse maiestatis incidat contra Dominum, an feudum deueniat in Dominum Feudi vel in fiscum, siue in eius fratrem secundum genitum? Math. de Afflict. in c.i. in. s. præterea si vasallus. in versic. glos. tertia. nu. s. i. in titul. quæ fuit prima causa be-

nefic. amittend. dicit, q̄ si feudum est paternum acquisitum per antecesso-
res istius primogeniti & secundo geniti pro se ipsis & eorum descendenti-
bus, & sic est paternum non autem hæreditarium sed peruenit in descen-
dentes ex pacto & prouidentia, Et tunc crimen primogeniti non habet
nocere secundo genito. Eo enim casu secundo genitus non succedit pri-
mogenito, sed illi a quo radicē habuit ipsum feudum. Primogenitus nāc̄
per delictum commissum in dominū feudum alienare non potest in præ-
iudicium agnatorum, vt in c. si vasallus culpam. in tit. si de feud. fuerit con-
trou. Et ideo in casu prædicto frater secundo genitus fiscum excludet. idē
tenuit Andr. de Iser. ibidem, siue iure Francorum, siue iure Longobardo-
rum viuatur. Fallit primo prædicta conclusio, quando feudum esset con-
cessum alicui & eius filiis primogenitis successiue futuris. Eo enim casu,
si primogenitus crimen læsæ maiestatis committat, secundo genitus non
succederet in feudo: quia non est primogenitus primi acquirentis, nec fra-
tris delictum committentis; sed fiscus succedet, quia considerata forma
inuestituræ nullus superest Agnatus qui succedere possit, ita voluit Math.
de Afflict. in d. c. i. in s. præterea si vasallus. nu. 85. Secundo fallit in feu-
do novo, in quo fiscus, non secundo genitus succedit, ita voluit Andr. de
Iser, quem sequitur Math. prædictus loco præallegato nume. 87.

S V M M A R I V M.

Si unius ex duobus fratribus qui inter se feudum diuiserunt committat crimen læse ma-
iestatis cui eius portio deueniat?

Q V A E S T I O X V I I .



E C I M O S E P T I M O quero: duo fratres diuiserunt feu-
dum paternum, in quo iure longobardorum vel communis iu-
re feudorum siue Romano viuebatur, si eorum unus crimen
læsæ maiestatis in Dominum suum, a quo feudum recogno-
scerebat commiserit, at illius pars Domino feudi, & sic fisco vel alteri fra-
tri applicetur? Dicas, q̄ portionem prædicti feudi alter frater per ius acre-
scendi consequetur. ita voluit Andr. de Isern. in c. i. s. final. in titul. quæ fuit
prima causa benef. amitten. & ibidem Math. de Afflic. col. fin. n. 31. & idē
Math. in c. i. s. sed & res. in titul. per quos fiat inuestit. & in c. i. de duobus
fratr. a capit. inuestit.

S V M M A R I V M.

- 1 Damnato filio de crimine læsæ maiestatis mortuo postea eius parte an fiscus eius legitimi-
mam capiat?
- 2 Bona postea quæsita non ueniunt in confisicatione bonorum.

QVAE STIO XVIII.



ECIMOOCTAVO quero: vidimus supra.q.ix. an
 dānato filio de crīmne lēsē maiestatis fiscus cogere possit
 patrem ad exhibendam legitimam, eius quid si viuo patre
 filius dictum crīmen committat, demum condemnato fi-
 liō pater moriatur, an fiscus capiet legitimā ipsi filio debi-
 tam in bonis patris: Et videtur dicendum q̄ sic, quia mor-
 tuo patre legitima filio debetur, vt probatur & not. in Auct. si qua. C.de
 sacro. san. & eccles. & I. Deo nobis. s. hoc etiam. C. de epis. & cleric. Contra-
 riā tamen partem veriorem esse testatur Specul. in tit. de execut. sentent.
 in. s. sequitur videre in quibus. in versi. quid si filius familias. & versi. qui-
 dam tamen dicunt q̄ legitima. vbi dixit, q̄ si filius delinquit viuo patre
 etiam post obitum patris legitima ad curiam non perueniet hanc etiam
 opin. tenuit Martin. Laud. in tract. suo de fisco. q. vi. † facit, quia in confi-
 scatione honorum non veniunt bona postea quæsita, nec legata quorum
 dies non cessit. glos. in l. nam ad ea. ff. de condit. & demōstrat. Bald. in l. iij.
 de priuileg. fisc. Mart. de Laud. in d. tract. suo de fisc. q. x. Bal. consi. 2. 57.
 quæritur vtrum. in iij. volu. faciunt. quæ dixi supra. q. ix. proxima præce-
 dente. & est ratio: quia filius viuo patre delinquit, quo viuente nullam ha-
 bet legitimam, vt in auct. de hæred. & falcid. s. si quis autem non implens.
 doct. in l. si qua poena. vbi Cyn. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. Com-
 probatur prædicta conclusio etiam ea ratione: quia in confiscatione ho-
 norum non veniunt bona futura, vt dixi supra q. viij. proxima præceden-
 te. faciunt etiam dicta supra q. viij. proxima præcedente.

1. Vſufructuario damnato de crīmne lēsē maiestatis an uſufructus in fiscum deueniat?
 2. Pater qui crīmen lēsē maiestatis committit ius patriæ potestatis amittit.

QVAE STIO XIX.



ECIMONONO quero: si vſufructuaris incidat in
 crīmen lēsē maiestatis & condemnetur, an vſufructus in fiscum deueniant? Bald. mouet hanc quæstionem ge-
 neraliter in damnato cum confiscatione honorum, in l. i.
 C. de bon. libert. & tenet q̄ non, per tex. in l. corruptio-
 nem. C. de vſufruct. Contrarium tenuit Bart. in l. si quis
 in tantam

in tantam. C. unde vi. vbi dixit, q̄ vſuſructus publicabitur, per text. in l. vſuſructuſ. ff. ſol. matr. idem tenuit Angel. in l. eorum. ff. de dam. infect. vbi dixit, q̄ talis commoditas publicabitur durante vita condemnati, per tex. in l. vſtigali. C. de pignor. In hac materia diſtingue, q̄ aut quærimus, vtrum reo mortuo vſuſructus, qui erat penes eum, in fiſcum deuenire debeat vigore confiſcationis factæ de eius bonis: & dicendum q̄ non, & iſto caſu procedat opinio Bald. in d.l.i. C. de bon. libert. Aut quærimus, an reo viuente eius bonis publicatis vſuſructus, qui erat apud cum, in fiſcum deueniat: & hoc ſecundo caſu diſtingue, q̄ aut reus erat vſuſructua riſus ex diſpoſitione hominis, aut ex diſpoſitione legis. Si ex diſpoſitione hominis, vt puta quia relictus fuerat vſuſructus vel ab aliquo Dona- tuſ, & iſto caſu publicatis eius bonis etiam dicta commoditas vtendi & fruendi publicata cenſetur, & ita procedant dicta Bar. in d.l. si quis in tan- tam. & Angel, in d.l. eorum. Aut condemnatus vſumfructum habebat ex legiſ diſpoſitione, vt pater qui propter Patriam potestatem vſumfructum habet in bonis filij, & iſto caſu dicendum eſt, q̄ aut pater vſumfructum filio remiſerat, iuxta formam. l. cum oporteat. ſ. fin aurē. C. de bon. quæ liber. & hoc caſu fiſcus nil petere poterit, ſicuti nec petere poſſent hæ redes condemnati quorum loco fiſcus ſuccedit. l. iiij. C. ad leg. iul. de vi. Si vero pater vſumfructum filio non remiſſerat, & tali caſu, aut bannitus cū publicatione non perdit patriam potestatem, & eo caſu ipsa commoditas vtendi & fruendi transiſbit in fiſcum iuribus ſupra deductis. Aut perdit patriam potestatem, & tunc eatenus vſuſructus ad fiſcum transiſbit quate- nus remanet penes patrem cum filius patriam exit potestatem, videlicet dimidia, vt in d.l. cum oporteat. ſ. cum autem, prædictam diſtin- tionem facit Nellus in tract. ſuo bannit. in prima part. ſecundi tempor. q. 27. t con- ſtat autem, q̄ pater qui crimen laſe maiestatis commiſſit ius patriæ po- ſtatis amplius non retinet, cum omnia quæ iuriſ civilis ſunt ſtatiſ amittat ſecuta condemnatione, præſertim cum ab Imperatore vel Papa bannitur vel ab eorum repreſentantibus, vt per Angel. in l. ſi cum dotem. ſ. ſi pater. ff. ſol. matr. Martin. de Laud. in tract. de crim. laſe maiest. q. 54. Nellus in d. tract. bannit. in prima part. ſecundi tempor. q. iiiij. verſi. Præterea pone, & ſecundum diſtin- tionem prædictam puto dicendum etiam in dan- na- to pro crime laſe maiestatis, cuius bona ad fiſcum tranſlata ſunt vigo- re confiſcationis.

S V M M A R I V M.

¹ Filius qui commiſſit crime laſe maiestatis, ſi ad gratiam reſtituatur an feudū recuperet
Hierony. Gigas.

- 2 Restituere damnatum capite in integrum est de reseruatis principi.
- 3 Soli principi spectat recipere ad gratiam eius offensores. Idem in restitutione bonorum damnato.
- 4 Restitutio non tollit ius tertio quæsitum.

Q V A E S T I O X X .

- V**IGESIMO quæritur: supra q. 16. proxima præcedente vidimus, qualiter feudum amittitur commisso criminis læse maiestatis per filium, quid si filius ad gratiam restituatur, an feudum recuperet? Math. de Afflict. mouet hanc questionem. in c. s. præterea si vasallus. in versic. glos. ij. nu. 90. in tit. quæ fuit prima causa benefic. amittend. & ibi distinguendo dicit, qd aut filius fuit in integrum restitutus patre viuente, vel eo mortuo; si patre viuente, eo casu, quia tempore mortis patris reperiatur habilis mediante restitutione & indulgentia, succedit in feudo qd pater tenebat ac si nunquam inhabilis fuisset, argum. text. in l. Imperialis. C. de nupt. & l. qd ita. ff. de ædit. edict. & hoc procedere afferit quando a rege est restitutus, secus si ab inferiore ut pura ab eius officiali, nam eo casu non habetur ac si nunquam fuisset inhabilis secundum Andr. de Isern. in d. s. præterea si vasallus. † Facit quia restituere damnatum capite in integrum est de reseruatis principi l. si quis filio exheredato. s. penult. ff. de in- iust. rupt. & irrit. fact. test. & l. diui, in fin. princ. ff. de pœn. † Et soli principi spectat recipere eos qui eum offenderūt ad plenitudinem suæ gratiæ vt est text. in tit. de pac. constant. in princ. in vñibus feud. & pariter ad solum principem pertinet restituere bona damnato l. ij. C. de sent. pas. Secundo vero casu quando filius restituitur post obitum patris, & iam secundo generis feendum ex patris morte habuerat: & isto casu dicas restitutionem huiusmodi secundo genito non præiudicare, ut voluit Andr. de Isern. in d. s. præterea si vasallus. argum. text. in l. final. ff. de pact. & in l. si post mor- tem. s. final. ff. de contratab. & l. sicut. C. locat. † Et qd restitutio talis non tollat ius quæsumus tertio. facit tex. in c. quamuis. de rescript. lib. vi. Egid. Bellem. Decis. 744. his suppositis. & idem Decis. 743. conclusio pater. & l. fin. C. de sent. pass. Bar. in l. Gallus. in. s. & quid si tantum. colum. penult. ff. de liber. & post. & ibi l. s. nu. 63. & Galliaula. nu. 58. cum sequent. & per Pa- risi. consil. 69. nu. 165. in ij. volum.

S V M M A R I V M .

- 1 Primogenitus habens feendum crimen læse maiestatis commisit, propter qd illud amisit,

C ipse ac eius filii facti sunt incapaces, ideo feudum ad secundogenitum deuenit, lius primogeniti restituatur an feudum ad eum transeat.

Q V A E S T I O X X I .

V I G E S I M O P R I M O quæro : primogenitus feudum te-
nens crimen læsæ maiestatis commisit, propter quod feudum
amisit ipse, & eius filii sunt effecti incapaces, & ideo feudum
ad secundo genitum transiuit, si filius primogeniti per princi-
pem restituatur contra quem crimen prædictum commissum est, an mor-
tuo patre dictum feudum ad filium rei dicti criminis restitutum transeat,
vel remanere debeat apud fratrem damnati secundo genitum ? Math. de
Affl. mouet hanc quæstionem in c. i. s. præterea si vasallus. in versicul.
glos. tercia. nu. 95. in titul. quæ fuit prima causa benefi. amittend. & ibi di-
cit, q[uod] feudum remanebit p[ro]cenes secundo genitum excluso filio primoge-
niti. & rationem aſsignat, quia filius primogeniti nunquam feudum habuit :
& ideo restitutio ſibi non dat q[uod] nunquam habuit, cum priuatio habitum
præſupponat. vulgar. l. decem. ff. de verb. obliga. Hoc tamen ſane intelligendū dicit, niſi aliter ſonarent verba reſtitutionis : quo caſu eſſet ex-
quenda & obſeruanda forma, & tenor reſtitutionis.

S V M M A R I V M .

- 1 Restituto primogenito qui erat damnatus de criminе læſe maiestatis, an filius ei na-
tus post delictum commiſſum restitutus intelligatur.
- 2 Testamentum filij familias poſtea a patre emancipati non reconualeſcit.
- 3 Filij nati ex concubina per ſubsequens matrimonium legitimi efficiuntur matrimonio
intermedio non obſtantē.
- 4 In anexo idem iuriſ est quod in principali.
- 5 Restitutio ſui natura omnia reponit in pristinum ſtatutum.
- 6 Restitutio equiparatur fictioni poſtliminij.
- 7 Restituto principali eſt restitutus damnatus in illius conſequentiā. Et nu. 8.
- 9 Restitutio purgat omnem maculam.

Q V A E S T I O X X I I .

V I G E S I M O S E C V N D O quæro : filius primogenitus cri-
men læsæ maiestatis commisit, qui feudum paternū tenebat,
deinde ſibi filius natus eſt, quo caſu ipſe primogenitus & om-
nis eius descendētia ad ipsum feudum inhabilis eſt, & feudum
KK ij

ipsum deuoluitur ad fratrem secundogenitum, si primogenitus est restitu-
tus a principe contra quem tale delictum commiserat, et ad illius gratiam
sit receptus, non est dubium, quod feudum recuperat, secundum Andr. de
Iser. in c.i.de vasal. decrep. ærat. sed an mortuo primogenito restituto feu-
dum ipsum deueniat ad filium ipsius primogeniti, vel ad fratrem restituti
secundogenitum? Hanc quæstionem ponit Math. de Afflct. in c.i.s. præ-
terea si vasallus in versic. glof. tertia. colū. penul. in fin. & col. vlt. in prin. in
tit. quæ fuit prima causa benefi. amitten. vbi dixit, quod hanc quæstionem ne-
mo tangit, & quod filius primogeniti non succedat in d. feudo adducit ratio-
nem: quia ipse nunquam fuit habilis, cum non habuerit legitimum prin-
cipium, ex quo tempore eius nativitatis propter patris delictum reperi-
batur inhabilis. comprobo hoc fundamentum ex tex. in l. quisquis. in s. fi-
lij vero. C. ad leg. iul. maiest. & ibi not. doct. quod inhabilitas filiorū, (de qua
ibi) trahitur etiam ad filios natos post commissum delictum, & licet pater
a restituatur, dicit filium non restitui. alleg. in argumentum illud, + quod si fi-
lius familiæ testamentum fecerit, & postea emancipetur a patre, dictum te-
stamentum non reconualescit, cum legitimum principium non habuerit,
l.i.g. si filius. ff. de leg. tertio secundum Bal. in l. seruus. C. delegat. Sed si an-
te crimen esset natus ex quo habuit legitimum initium feudum ad ipsum
transibit patrio excluso: quia cessante impedimento finis ad principium
trahitur, & econtra non considerato medio, vt dicit notari in l. fin. ff. de
Reg. Caton, + facit ultra allegata per eum, quod not. Abb. in c. tanta, extra
qui fil. sint legit. col. i. vbi dixit, quod si quis solutus filios habuit ex concubi-
na, Demum in vxorem aliam accipiāt & moriatur postmodum vxor, si
tali mortua vxore redeat ad concubinam & illam in uxorem accipiāt,
filij nati in primo concubinatu non obstante primo matrimonio interme-
dio per subsequens matrimonium legitimantur. Iste tamen non obstanti
bus contrarium decidit, quod immo patre restituto tali casu eius filius qui pro-
pter se erat effectus inhabilis restitutus censemur: quia nihil tam naturale
quam eodem vinculo quid dissoluatur quo ligatum erat. l. nihil tam natu-
rale. ff. de reg. iur. filius autem propter patrem erat ligatus. Ergo eo disso-
luto, dissolutus est filius: + quia idem iuris est in annexo quod in principali, iu-
cta not. in c. translato. de constit. & c. quanto. de iudic. Istam opinionem,
quam puto veram, comprobo infra scriptis fundamentis. + Primo quia
restitutionis sui natura omnia reponit in pristinum statum. l. ij. s. final. ibi resti-
tuere autem videtur. ff. ne quid in loc. publ. l. videamus. s. in fauiana. ff. de
vslr. vbi habetur, quod actus restitutus pro non facto habetur facit text. in l.
i. in fin. C. de sent. pass. & tex. in l. restituer. ff. de verb. signif. l. ij. ff. de natal.
6 restituend. + Secundo, quia restitutione æquiparatur fictioni postlimini, &

trahitur retro, & perinde habetur ac si nunquam feloniam commissa fuisset. I. si quis filio exhereditatio. s. penul. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. Et, q̄ restitutio retro trahatur, tenuit Ang. & Io. de Imol. in I. si alienum. s. in extra neis. ff. de h̄eredi. instit. operabitur ergo restitutio facta patri per principem, q̄ sit ac si pater nunquam damnatus fuisset: sed si nunquam pater damnatus fuisset utiq̄ filius esset capax feudi, & sic secundogenitus eius patrum excluderet: ergo idem erit in casu nostro stante dicta restitutio ne. † Tertio facit, quia restituto principaliter damnato restituitur is qui in consequentiam eius damnatus fuit. I. fin. ff. de sent. pass. † Quarto facit notabilis doctrina Salyc. in I. castitati. col. i. C. ad leg. iul. de adult. vbi notabili dixit, q̄ cum restitutio reponat omnia in pristinum statum trahitur etiam ad illas personas quae in consequentiam cum principali damnatae sunt. facit tex. in I. si debitor. C. de sent. pass. Quinto adduco illud, q̄ commun. concludunt doct. q̄ tex. in d. I. quisquis. in s. filij vero. vbi statuitur, q̄ patre committente crimen læse maiestatis filij puniantur ex patris delicto, continet odium irrationabile, vt dicunt ibi doct. & est ratio: quia cum nil ipsi deliquerint contra iuris regulas ex rigorositate legis illius in odium patris puniuntur. Restitutio igitur de patre facta etiam eis proderit, quia ipsi accessorie ad patrem sine eorum delicto puniti erant. sublato enim principali accessoriū corruit. † Ad idem facit, q̄ dixit Bald. in I. Imperialis. s. i. C. de nupt. vbi per illum tex. voluit, q̄ restitutio purget omnem maculam, ex eo q̄ omnia reponit in pristinum statum.

S V M M A R I V M.

An committens crimen læse maiestatis statim amittit administrationē bonorum suorum;
Committens crimen læse maiest. antequam accusetur statim administratio bonorum suorum ei interdicitur.

Q. VAE STIO XXIII.



IGESIM O T E R T I O quæro: an is, qui crimen læse maiestatis commisit, statim perdat administrationem bonorum suorum? In ista q. Dyn. in I. Imperator. ff. de iure fisc. dixit q̄ non. Contrariam partem tenuit Bar. ibidē reprobata opinione Dyni. per tex. in I. penul. & final. & ibi glos. C. ad leg. iul. maiest. & I. iudiciorum. et ibi glos. ff. de pub. iudic. & I. quæstum. ff. qui & a quibus. not. Bar. in I. post contracatum. ff. de donat. & ibidem Io. de Imol. & Cyn. in I. final. C. ad leg. iul. maiest. Maria. Soci. conf. 2. col. iij. vers. tertio probatur. in i. volu. Et scias, † q̄ committenti crimen læse maiestatis statim q̄ tale delictum commisit.

etiam ante quam accusetur, administratio bonorum suorum sibi interdicta
citur ut dixit Odofred. in I. eorum patrimonia. col. ij. nu. 7. de iure fisc. C.
lib. x. & de hoc est bonus tex. in d. l. final. ibi, ex quo quis tale crimen con-
traxit. C. ad leg. iul. maiest. ad idem est tex. apertus in d. l. quisquis in. §.
emancipationes. ibi, quo primum memorati de ineunda factione ac socie-
tate cogitarunt. C. ad leg. iul. maiest.

S V M M A R I V M.

An alienationes factae post crimen læse maiestatis contractum an sint nullæ.

- 1 *Alienationes factae post crimen commissum sunt nullæ.*
- 2 *Quid de alienatione bona fide facta.*
- 3 *In iusta ignorantia habetur pro scientia.*
- 4 *Haeretici contracto criminis hæresis, an possint alienare quicquam de eorum bonis?*
- 5 *Fiscus casu quo reuocetur alienatio an teneatur emptori pretium restituere?*
- 6 *Donatio facta a reo criminis læse maiestatis an validetur sequita restituzione?*
- 7 *Is cuius bona confiscata fuere, si restituatur satisfacere tenetur creditoribus antiquis.*

Q V A E S T I O XXIIII.

- V** I G E S I M O Q V A R T O quæro: an alienationes factæ per
eum, qui crimen læse maiestatis commisit, post perpetratum
delictum etiam ante accusationē sint nullæ? Et dicas, † q. sic:
per tex. ad hoc expressum in I. quisquis. §. emancipationes. C.
ad leg. iul. maiest. ad idem est tex. in I. final. cod. tit. & I. quæsitum. ff. qui &
a quibus. Quinimmo alienatio facta post contractum crimen læse mai-
estatis, licet reus moriatur ante quam condemnetur, si contingat post illius
obitum de crimine queri, imperfecta alienatio declaratur si ipsum tale cri-
men commissile constiterit, ut dixit Iac. de Aren. in I. post contractum. ff.
2 de donat. † Sed quid dicemus de alienatione facta alicui bona fide recipi-
ti an valeat? Videur dicendum talem alienationem valere: quia beneficē
empōr. damno afficit non deber. I. qui a debitore. ff. de his quæ in fraud.
credit I. senatus. ff. ad syllenia. hanc quæstionem mouet Iac. de Aren. in I.
meminisse. C. ad leg. iul. maiest. vt ibidem refert Cyn. & distinguit, q. aut
alienatio est facta titulo lucrativo, aut titulo oneroso, aut titulo iusto non
oneroso vel lucrativo, ut puta causa dotis. Primo casu, quando alienatio
est facta titulo lucrativo, dicit alienationem reuocari, vt. ff. de donat. I. do-
nationes. §. vlt. & d. l. meminisse. Secundo vero casu, aut alienatio est facta
scienti, aut ignoranti; si scienti reuocatur, vt. I. chirogrāfis. §. fin. ff. de administr.
tutorum. & d. l. qui a debitore. si vero est facta ignoranti, aut iusta est igno-

rantia, & tunc non reuocatur, d.l. quia debitore. † Aut iniusta est, & eo
 casu reuocatur: quia iniusta ignoratio habetur pro scientia, vt d.l. chirogra-
 fis. arg. tex. in l. iij. s. sed facti. ff. de iur. et fact. ignor. Tertio vero casu, quan-
 do iusto titulo sit alienatio, vt puta causa dotis constituendae, & tunc dicit,
 q̄ locum habet. l. superior. s. dotes cum determinatione. l. si fundator. s. i. ff.
 de his quæ in fraud. credit. & cum ista distin. lac. de Arena pertransit
 Cyn. in d.l. meminisse. & Angel. licet neq; de Iacobo de Aren. neq; de
 Cyn. mentionem faciat, voluit tamen, q̄ etiam alienatio facta ex causa do-
 tis reuocetur, per tex. in d.l. quisquis. in s. emancipationes. C.ad leg. iul. ma-
 iest. Saly cet. autem in l. si quis post. C.de bon. proscript. dixit, q̄ quando
 sumus in casu in quo ipso facto bona confiscantur, vt in crimine læse ma-
 iestatis, tunc donatio vel alienatio non valeat tanquam facta de re non sua
 vt per eum ibidem col. v. circa medium. & col. penul. in versi. ex premisis
 igitur. vbi dixit, q̄ alienationes factæ post reatum quando bona ipso fa-
 cto sunt publicata, siue administratio fuit a lege interdicta vt in crimine læ-
 se maiestatis, si sunt voluntariae indistincte reuocantur et prohibitæ sunt;
 necessariæ vero valent si interuenit bona fides eius qui soluit. & dicit An-
 gel. in d.l. meminisse in fin. prædicta esse notanda ad hoc, † an hæretici con-
 tracto criminis alienare possint quicquā de eorū bonis vendēdo,
 donando, aut dotē constituēdo, quia & ipsi sunt rei criminis læse maiest.
 in quibus dicit in omnibus dicendum vt supra dictum est. † An autem si-
 scus eo casu, quo reuocatur alienatio, teneatur emptori pretium restitu-
 re, vide Cyn. in d.l. meminisse. in fin. † Sed an donatio facta ab eo qui cri-
 men læse maiestatis commisit, quæ propterea nulla fuit, validetur sequen-
 ta restitutione. Et videtur dicendum q̄ sic, per tex. in l. fundum. ff. de fund.
 dotal. vbi dicitur, q̄ si maritus vendat fundū dotalē, etiam q̄ venditio
 nulla sit, attamen, si postmodum maritus dotem lucretur, illa venditio co-
 firmatur ex iure nouo superueniente ipsi venditori, ad idem confert tex.
 in l. cum uir. ff. de usucap. vbi habetur, idem esse in vendente rem furti-
 uā. † facit ad hoc, q̄ volunt Bal. Angel. Alex. & alij in l. si marito in princ.
 circa fin. ff. sol matr. vbi dicunt, q̄ is, cuius bona confiscata fuere, si restitu-
 tur satisfacere tenetur creditoribus antiquis. Prædictis tamen non obstan-
 tibus secus videatur dicendum in casu nostro. ad quod facit: quia, q̄ a prin-
 cipio non subsistit actu temporis non conualescit.

S V M M A R I V M.

Commitiens crimen læse maiestatis an amittat dominum bonorum suorum ipso iure,
 vel requiratur sententia?

- 2 Rebells ipso iure amittit utile dominium bonorum suorum.
 Committens crimen læsæ maiestatis amittit ea quæ sunt iuris civilis.
 3 Vasallus committens crimen læsæ maiestatis ipso iure feudum amittit.
 4 Concordantia diuersarum oppinionum in dicto articulo, per Ioan. Ignem.
 5 Approbat opinio Bar. in prædicto articulo.
 6 Improbatur distinctio ignei in articulo prædicto.
 7 Opinio Bar. ut Idolum adorari solet.

Q V A E S T I O X X V.



IGESIMO QUINTO quæro: an committens crimen læsæ maiestatis amittat dominium bonorum suorum ipso iure, vel requiratur sententia? Dyn. in l. Imperator. ff. de iure fisc. per illum tex. dixit, q̄ ipso iure dominium ditorum bonorum in fiscum transit: per text. in l. fin. C. ad leg. iul. maiest. & l. ex iudiciorum ff. de accusat. l. donationes. in fin. ff. de donat. ad idem est glos. in l. fin. C. de iure fisc. lib. x. quæ dixit, q̄ in criminis læsæ maiestatis bona in fiscum transmittuntur, licet reus viuens nec accusatus nec condemnatus fuerit. idem sentit glos. in l. ff quis in tantam. versic. super quarto quæro. C. vnde vi. glos. in l. ex publicorum ff. de accusat. glos. in c. cum secundum. de hæret. in vi. & hanc partem videtur sentire Bar. in extrauag. qui sint rebell. in verb. rebellando. in versic. item quæro quod de dominio. t̄ vbi concludit, q̄ rebellis ipso iure amittit utile dominium bonorum suorum cum sit introductum de iure ciuili. nam ea, quæ iuris ciuili sunt, amittit committens crimen læsæ maiestatis. l. amissione. s. qui deficiunt. ff. de capit. dimin. hanc etiam opinionem videtur sensisse Bald. in c. Imperiale. s. callidis. de prohibit. feud. alienat. 3 per Federic. t̄ vbi dixit, q̄ vasallus committens crimen læsæ maiestatis ipso iure feudum amittit. idem Bald. in l. ii. versic. ita in feudo. C. de liber. & eorū liber. And. de Iser. in c. i. in fin. in tit. de feud. sine culp. nō amittend. & idem in feudo dixit Aret. in l. si quis post accusationem. ff. de testam. Ioan. Andr. in c. Fœlicis. de pœn. in vi. & ibi Domini. & idem in c. pro humani. s. fin. de homicid. in vi. & idem tenuit Luc. de Penna Tolosanus in l. i. C. de petit. bonorum sublat. libr. x. & idem in l. cum allegatis. C. de remilit. lib. xii. hanc partem tenuit etiam Nicol. Boer. in suis decisi. Decisi. 277. nu. 12. in ii. part. vbi dixit, q̄ in criminis hæresis & læsæ maiestatis ex die commissi criminis bona sunt ipso iure confiscata: sed illorum apprehensio non sit per fiscum nisi post latam sententiam. Contrariam partem, q̄ is, qui crimen læsæ maiestatis commisit, ipso iure non perdat dominium bonorum

bonorum suorum, tenuit Bar. in d.l. Imperator. ff. de iur. fisc. col. i. circa fin.
 vbi dixit, q̄ in crīmīne hæresis & læsæ maiestatis quis non amittit domi-
 nū rerum suarum ipso iure: sed tantum bonorum suorum administra-
 tionem per tex. in l. penul. & final. C. ad leg. iul. maiest. l. ex publicorum.
 ff. de accusat. l. auferre. s. in reatu. ff. de iur. fisc. l. quæstum. ff. qui & a qui-
 bus manu. liber. accip. idem tenuit Bar. in s. i. in auct. de incest. nupt. col. ij.
 & in l. si debitor, in fin. ff. quæ in fraud. credit. & in l. post contractum. ff.
 de donat. hoc idem voluit Bald. sibi contrarius. in l. vnica. C. ne ex delict.
 defunct. Cyn. & Iac. de Aren in l. penul. C. ad leg. iul. maiest. & Paul. de
 Castr. in d.l. post contractum. ff. de donat. & in l. qui a latronibus. vbi etiā
 Aret. & Imol. in s. i. ff. de testam. & idem Aret. in l. Pantonius. s. reiper-
 duellionis. ff. de acquirend. hæred. & in l. si quis post accusationem. ff. de
 testam. Roma. in l. eorum. in princ. ff. de dam. infect. & in d.l. post contra-
 ctum. ff. de donatio. Ioan. Faber. in s. i. insti. quib. alien. licet. Ioā. de Plat. in
 d.l. eorum. C. de iure fisc. libr. x. † Hanc quæstionem latissime arguendo
 ad partes examinat Ioan. Igneus doct. vltra montanus, in repet. l. necessari-
 os. s. non alias. ff. ad syllen. vbi post multa. nume. s. 2. concludit prædictas
 opiniones contrarias hoc modo concordari posse. videlicet: q̄ verum sit,
 q̄ ipso iure commisso crīmīne læsæ maiestatis statim reus amittat domi-
 nū bonorum suorum. & ita procedat prima opinio: sed quod illorum
 possessione priuari non possit, donec per sententiam iudicis crīmen com-
 missum constituerit. nam sequuta sententia non dicitur bonorum domi-
 nū, sed illorum possessio per fisum vendicabitur, & a possessoribus au-
 feretur. d.l. fin. C. ad leg. iul. maiest. & d.l. quæstum. ff. qui. & a quibus
 manumiss. libert. accipi. & l. res quæ. s. i. ff. de iure fisc. sententia enim lata sta-
 tim appetret retro dominium fisico, competisse. d.l. cum filius. s. fi. ff. de le-
 gat. h. c. cum secundum. de hæret. in vi. l. Papinianus. s. meminisse. ff. de in-
 offic. testam. licet enim quis bona sua ipso iure amittat, & illa fisico quæ-
 ratur: non tamen possessio eorum ipso iure fisico acquiritur. Bar. in l. cō-
 missa. ff. de public. Martin. de Laud. in tract. de fisc. q. 6. 3. † In ista opinio-
 num varierate arbitror secundam opinionem, q̄ dominium ipso iure bo-
 norum rei criminis læsæ maiestatis ante sententiam fisico non queratur,
 veriorem esse. Et propterea sequor opinionem Bart. in d.l. Imperator. &
 sequatum. Et pro ista opinione est tex. apertus, cui non video responderi
 posse, in d.l. quæstum. ff. qui. & a quibus. vbi Paulus iurisconsultus ita di-
 xit, quæstum est an is qui maiestatis crīmīne reus est manumittere possit,
 quoniam ante damnationem Dominus est. & sic ineuitabiliter probat do-
 minium rerum & bonorum rei criminis læsæ maiestatis statim commis-
 so crīmīne ipso iure in fisum non transfire. & istam partem tenuit etiam

Hierony. Gigas.

LL

- Laurentius Calcan.in consil. 51. licet his quæ supra.col.ij.in princ. versic.
quia licet bona afficiantur. & in versic.ad tollendum ergo ad fin.ead.col.
& idem Calcan.in consil. 66. visis omnibus & ponderatis. col.i.in princ.
- 6 † Nec placet distinctio Ignei supra relata , q̄ prima opinio procedat quo
ad dominium: secunda vero quo ad possessionem. Nam licet verum sit,
q̄ possessio ipso iure in aliquem transfire non possit,cum sit quid facti, &
requirat actualem apprehensionem.l.cum hæredes.ff.de acquir. hæredit.
& sic expectari debet sententia pro ea apprehendenda; idem est in domi-
nio quod statim non transit commissio crimine per tex.in d.l. quæsitum.
Videtur propterea aliter dici posse. videlicet: q̄ prima opinio procedat
quantum ad bonorum suorum administrationem.Illam enim reus crimi-
nis læsæ maiestatis statim amittit commissio crimine , & ipso iure. vt in l.
quisquis.s. emancipationes.C. ad leg.iul. maiest. & d.l. quæsitum. & dixi
supra q. 23.proxima præcedente. Secunda vero opinio Bart. & sequa-
cium procedat , quo ad dominium q̄ illud non transeat in fiscum nisi se-
7 quuta sententia. quæ tenenda est. † Bart. enim opinio vt Idolum adorari
solet,vt inquit Cuman.in au&t.nisi breviiores.C.de sent. ex pericul. reci-
tand.& hanc opinionem inuenio tenuisse etiam Iaco. de Aren. in d.l.post
contractum.col.ij.in versi.Dominus Odofredus.ff.de donat.

S V M M A R I V M.

- 7 Reus criminis læsæ maiestatis an pendente accusatione alimentari debeat de bonis suis?

Q VAE S T I O XXVI.

- V**IGESIMO SEXTO quæro : vidimus supra qd. 23.
proxima præcedente,& etiam in proxima superiori qd. q̄
ei,qui commisit crimen læsæ maiestatis , est interdicta ad-
ministratio bonorum suorum , An accusatione pendente
reus ali debeat de bonis suis? Circa q̄ breuiter dicas,q̄ sic.
pro quo facit tex.in l.ait prætor.s. si fundus.ff.de iure deli-
ber.Et ita voluit Alberic.in l.final.C.de ordin.cogni. & Marti. de Laud.
in tract.suo de fisc.q. 252.vbi dixit,pro hoc videndum bonum verbum
Bart.in fisco,in l.prætor.in princ.ff.de sepulcr.violat. Tu dicas,q̄ Bart.in
d.l.prætor nil penitus de hoc dixit.

S V M M A R I V M.

- 7 Debitor illius qui commisit crimen læsæ maiestatis ei soluendo an liberetur, a debito?

- Item quid dicendum de soluente nondum accusato, inquisito, uel denuntiato pro dicto crimine?
- Soluens creditori putatiuo liberatur ac si soluisset uero creditori.
- Debitor soluens mandato iudicis plenissimam liberationem consequitur.
- Debitor ex iusta causa soluens putatiuo creditori, etiam sine mandato iudicis, liberatur.

Q V A E S T I O X X V I I .



I G E S I M O S E P T I M O quæro: an debitor illius, qui commisit crimen læse maiestatis, ei soluendo antequam sibi inhiberetur a debito, liberetur, ne postea a fisco mole stari posset? In hac quæstione videtur dicendum quod sic, ita sentit Imol. in clem. pastoralis. col. iiij. versic. Et nota argumen. de sentē. & re iudic. subdit tamen de hoc dicendum ut in l. post contra ctum. ff. de donat. Tu dicas contrarium verius esse, quod immo debitor rei criminis læse maiestatis si illi soluat etiam ante condemnationem non liberatur. l. penul. C. ad leg. ful. maiest. & probatur in c. foeclicis. de poen. in vi. ibi, nullus ei debita reddat. Secus est in alijs criminibus, ut in d.l. post contra ctum. ff. de donat. hanc opinionē tenuit etiam Math. de Afflict. in tit. quæ sint regal. in s. & bona committentium. nu. 15. col. ij. in vsibus feudor. ¶ Limita tamen conclusionem prædictam, ut procedat quando quis soluit illi qui de crimen læse maiestatis erat accusatus, inquisitus, vel denunciatus, vel notorioumerat siue publicum eum tale crimen commisisse: secus si quis non erat accusatus, inquisitus, vel denunciatus pro dicto crimen, immo erat occultum eum esse huiusmodi criminis reum: Tunc enim ei soluens liberaretur, argumentum. in l. Barbarius Philippus. ff. de offic. præsid. ¶ ad idem facit, quia soluens creditori putatiuo liberatur ac si solueret vero creditori, ut not. in c. nihil. de ele ctio. & voluit Gasp. de Perusio. in tract. suo. de reseruat. benefi. in versic. qui sit effectus reseruationis. versicul. quæro primo. Quod præsertim procedit, quando quis solueret creditori putatiuo mandato iudicis, ut dixit Marc. Ant. Bauer. in tract. suo de mora. in prima parte. ¶ facit, quia debitor soluens mā dato iudicis plenissimam liberationē consequitur, ut not. in l. ait prætor. s. permittitur. ff. de minor. & habetur per Bar. in l. minor vigintiquinq; annis, eod. tit. & per D. Carolum Ruin, præceptorem meum in consil. 171. vissis consilijs. col. ij. nu. 3. ¶ Quin immo ibidem nu. 4. dixit, quod debitor ex iusta causa soluens putatiuo creditori etiam sine iudice liberatur. l. i. s. si re seruo. ff. deposit. & per Bar. & Alberi. in l. vrbana. ff. de condit. indebit. Quin immo cum hoc sit de speciali iure, quod debitor soluens ei qui commi-

sit crimen læse maiestatis non liberetur, ut est glos. in verbo, soluere, in d. l. fin. C. ad leg. iul. maiest. nam in alijs reis secus est. l. reo. ff. de solut. ideo sa- ne intelligi debet, quādo debitor sciebat, uel scire debebat, facultatem sol- uendi creditori sublatam esse. nam alias ignorans dummodo ignorantia non esset supina liberaretur, argumentum, eius q̄ dicitur de soluente pro- curatori reuocato. l. cum quis. ff. de solutio. ita dixit Salic. in l. meminisse cir- ca fin. C. ad leg. iul. maiest.

S V M M A R I V M.

- 1 Accusatus de crimine testari potest pendente accusatione & valebit eius testamentum.
- 2 Quid dicendum de reo criminis læse maiestatis?
- 3 Ratio cur secus sit in crimine læse maiestatis.
- 4 Opinio authoris, an testamentum accusati, inquisiti, uel denuntiati, de dicto crimi- ne ualeat.

Q V A E S T I O XXVIII.

- V** I G E S I M O O C T A V O quero: regulariter accusatus de crimine testari potest pendente accusatione, & valebit eius te- stamentum. l. qui, a latronibus. s. fin. & l. si quis post accusatio- nem. ff. de testam. l. ex iudiciorum. ff. de accusat. † Quid dicen- dum erit de reo criminis læse maiestatis? Dicas in eo secus esse: quia in- stabilis efficitur, ut dixit Specul. in tit. de instrum. editio. in. s. compendio- se. versic. quarto, allegat tex. in l. penul. C. ad leg. iul. maiest. idem dixit. D. Hippol. Marsil. præceptor meus in l. de minore col. ij. in princ. versic. item ille qui committit. ff. de quæstion, vbi dixit, hoc melius probari per tex. in l. fin. C. ad leg. iul. maiest. idem dixit Specul. in tit. de iudic. s. i. in versic. Est & alia petitio. circa fin. vbi ad hoc alleg. tex. in l. quisquis. C. ad leg. iul. ma- iest. idem voluit Curt. Iuuior in consil. 100. præsupponitur in facto. colū.
- 3 vlt. in princ. nu. s. in ij. volu. † Cur autem diuersum sit in isto crimine læ- se maiestatis. Dicas, q̄ in isto crimine propter eius atrocitatem immediate eo commissio committēs est priuatus administratione bonorum suorum, ut vidimus supra. q. 2 3. proxima præcedente. & habetur, in l. quisquis. in s. emancipationes. & in d. l. fin. C. ad leg. iul. maiest. & in c. si quis. vi. q. i. & hanc opinionem tenuit etiam Io. Igneus. in sua disputatione, an rex Fran- Imperat. recogn. nu. 10 9. & Math. de Afflict. in c. i. s. & bona committen- tium. in tit. quæ sint regal. col. ij. nu. 3 1. in vſibus feudor. ad quod allegat 4 tex. in c. fœlicis. de poen. in vi. † Dicerem ego validitatem testamenti eius,

qui est accusatus, denunciatus, vel inquisitus, & testatus est accusatione p̄c
dente pendere a futuro euentu. nam si condemnabitur de tali crimine pro
culdubio testamentum non valebit: si autem absoluerit testamentum va
lidum erit quia, accusatio suum non est sortita effectum, cum secundum
iuris regulam, non pr̄stat impedimentum q̄ de iure non sortitur effectū.
c. non pr̄stat, de regul. iur. in vi. c. si verum. 3 1. q. ij. l. si dari stipuler. ff. de
verbis. obligat. c. congregato, de electio.

S V M M A R I V M:

- 1 An reus criminis lēse maiestatis gaudeat beneficio pr̄scriptionis?
- 2 Committens crimen lēse maiestatis priuatur omnibus his, quae introducta sunt de iure ciuili.
- 3 Item priuatur beneficio consuetudinis, qua cæteri gaudent.

Q V A E S T I O XXIX.

- V** I G E S I M O N O N O quero an committens crimen lēse
maiestatis gaudeat beneficio pr̄scriptionis: In hac. q. Math.
de Afflict. in c. i. in. s. & bona committentium. col. ij. nu. 3 3. in
titul. quae sint regal. in vſibus feudorum. dixit, q̄ committens
crimen lēse maiestatis in regno vigore constitutionis illius regni, quae ini-
cipit bona proditorum. non gaudet ipse nec eius filij pr̄scriptionis bene-
ficio. † Tu dicas, q̄ idem erit in alijs locis. nam committens tale crimen
priuatur omnibus his quae introducta sunt de iure ciuili, vt per Bar. in ex-
trauag. qui sint rebell. in verb. rebellando versic. quero quid de dominio.
nu. 1 7. Et in versi. ex pr̄dictis. nu. 2 1, pr̄scriptio autem est de iure ciuitatis
introducta propter bonū publicum. l. i. & ij. ff. de vſucapio. Azo. in sum-
ma. ff. de vſucapio. pro emptor. circa princ. Franc. Balb. in tract. de pr̄-
scrip. parte prima colum. vi. in princ. versicul. quarto principaliter quero:
3 † Item priuatur committens crimen lēse maiestatis beneficio consuetu-
dinis qua cæteri gaudent. ita voluit Math. de Afflict. in d. c. i. in d. s. & bo-
na committentium. nu. 2 4. in tit. quae sint regal. idem de Rebelle dixit Bal.
in extrauag. de pac. constant. in ver. habetis & idem voluit Mart. de Laud.
in tract. de crim. lēse maiest. q. 2 9.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus committens crimen lēse maiestatis contra principem uel regem, an priuari
possit beneficijs ecclesiasticis?

- 2 Clericus pro magna culpa beneficio ecclesiastico priuari potest.
- 3 Poena priuationis beneficiorum nunquam locum habet nisi ubi lex vel Canon hoc dicit.
- 4 Clericus committens crimen læse maiestatis contra Papam sine Cardinalem prouinciam gubernantem beneficijs priuatur.

QVÆSTIO XXX.



RIGESIMO quæro: an clericus committens crimen læse maiestatis contra principem seu regem priuari possit beneficijs ecclesiasticis quæ obtinet? In ista questione distinguendum puto: qd aut clericus committit crimen læse maiestatis contra regem recognoscentem suum regnum in feudum a Papa: aut contra alium principem non recognoscentem statum suum in feudum a Papa. Primo casu dicerem clericum a suo iudice ecclesiastico priuari debere beneficijs, ita dixit Math. de Affl. in c.i.in.5. & bona committentium.col. ix. nu. 2. 4. allegat ad hoc tex. in c.i.regum.vbi dicitur, qd si peccauerit vir in virum placari ei potest Dominus: si autem vir in Dominum peccauerit, quis orabit pro eo? quasi dicat nullus. Videtur enim delictum in ecclesia cōmissum cum in talem regem committitur, qui ab ecclesia regnum habet. Illa namq; suum defendere feudatarium tenetur. subdens idem Matheus, quod talis clericus beneficijs quæ in regno habet priuari poterit, sicuti clericus qui contra Cardinalē rebellionis crimen cōmisit, vt in c. fœlicis de poen. in vi. dicit enim magnum fore culpam esse contra Dominum temporalem quem ecclisia defendit. † Pro magna autem culpa clericus beneficio priuari potest. xvi.q.i. c. inuentum. & ibi glos. Innoc. in c. ex tuarum. de purgat. canon. Hanc etiā opinionem, qd clericus qui commisit crimen læse maiestatis contra regem recognoscentem suum regnum in feudum ab ecclesia (vt est Rex Neapolis & Rex Siciliæ) beneficijs ecclesiasticis priuetur, tenuit idem Math. de Affl. in consti. Regni lib. i. in tit. vbi cleric. pro malefi. debeat conuenir. nu. 3. 4. 5. & 6. Aut clericus commisit tale crimen contra alium principem & fuit condemnatus cum confiscazione honorum, & dicas qd tali casu beneficijs non priuatur: & hoc sentit idem Math. loco proxime allegato. vbi dicit securus esse, quando alio modo quam contra regem vel Imperatorem clericus crimen læse maiestatis committeret. faciunt plura quæ adducit Ias. in consil. 8. 6. in causa R. D. Gentilis. col. iii. in versic. Nam poena priuationis. in iii. volu. vbi consuluit pro R. D. Gentile Balliono tunc Episcopo Vrbeuetano. † & ibi dicit, qd poena priuationis beneficiorum nunquam locum habet nisi vbi lex vel Canon hoc dicit. Ad quod facit tex. in. 5. cum

igitur in verbo nec quaelibet lex in auct. de non eligen. secūd. nubent. Bal. in auct. ex testamento. C. de secund. nupt. glo. & ibi doct. in c. fin. de iure patro. Curtius Iunior in auct. non licet nu. 25. C. de liber. præterit. Et prædictam conclusionem intellige, quando condemnatio a laico fieret. ita dixit collectari. in c. in quibusdam. versicul. sed quid erit de beneficijs. extra de pœn. quia nil ad Imperatorem de bonis ecclesiæ, vt dixit ibi glos. ad idem text. optimus in clement. pastoralis. de re iudic. & ideo dixit idem Math. in d. s. & bona committentium. nume. 114. supra allegato: qd nunquam vidit clericum beneficio priuari propter rebellionem commissam in principem secularem.

4. † Quando vero clericus commisisset crimen læse maiestatis contra Papam, siue contra Cardinalem prouintiam gubernantem, tunc non est dubium quod ob tale crimen beneficijs priuabitur. facit text. in d. c. foelicis. de pœn. in vi.

S V M M A R I V M .

- 1 Qui crimen læse maiestatis commisit, an succedere posset alicui ex testamento, vel ab intestato?
- 2 Hæritas est de iure ciuili.
- 3 Committens crimen læse maiestatis priuantur omnibus que iuris ciuilis sunt.

Q. V A E S T I O X X X I .



- 1 RIGESIMO PRIMO quæro: an is qui crimen læse maiestatis commisit possit ex testamento vel ab intestato alicui succedere? Dicendum breuiter quod non. l. i. ff. de hæred. instit. l. quisquis. C. ad. leg. iul. maiest. si enim filij eius ob delictum paternum incapaces fiant hæreditatis, & successionum etiam extraneorum, vt in d. l. quisquis. s. filij vero. A fortiori id erit in patre reo dicti criminis. auct. multo magis. C. de sacrosanct. eccles. & ita tenuit etiam Francisc. Lucan. in tract. 2 suo, de priuile. fisc. in ij. parte princip. in versic. vigesimus casus. nu. 20. † Est enim hæreditas de iure ciuilis. l. obuenire hæreditatem. ff. de verbor. significal. tutelas. ff. de capit. dimin. c. ius quiritum. i. distinc. l. ij. ff. de acquir. hæreditat. & habetur. per glos. ius quiritum: quæ dicit, hoc esse verum siue hæreditas ab intestato siue ex testamento obueniat. † Et committens crimen læse maiestatis priuantur omnibus que iuris ciuilis sunt, de quo supra. q. 29. proxima præcedenti satis dixi,

S V M M A R I V M.

- 1 Reo criminis læsæ maiestatis defuncto, an aliœ poene contra eum locum habent? Regulariter quæcunque crimina morte cum poena extinguntur.

Q VAE S T I O XXXII.

- 2  RIGESIMO SECUNDO quæro: vidimus hucusq; de poenis reorum, criminis læsæ maiestatis quæ ipsis viuētibus infliguntur: Nunc videndum an ipsis mortuis aliquibus poenis locus sit? Et videtur dicendum, q; non: t; quia regulariter quæcunq; criminis cum poena, morte extinguntur. l.i. & ij. C. si reus, vel accusat, mort. fuerit, se cus tamen esse dicas in criminis læsæ maiestatis, quod morte rei non extinguitur. de quo dixi etiam supra. q. xix. in rubri. qualiter. in crim. læsæ maiest. procedatur. Quia in isto criminis etiam reo mortuo damnatur eius memoria, & bona ipsius fisco applicantur. l. penul. & vlt. C. ad leg. iul. maiest. l. fin. ff. eod. s. publica. instit. de public. iudic. l. ex indiciorum & ibi glos. in verbo maiestatis. ff. de accusat. s. per contrarium. instit. de hæred. quæ ab intest. defer. & istam materiam per plures quæstiones examinavi supra in præallegata rubric. qualiter. in crim. læsæ maiest. procedat. & late deduxi quæ seruari debeant, quando defuncti memoria damnatur. videre poteris ibi omnia: quia iam scripta indignum esset & poenitus frustratorium repetere.

S V M M A R I V M.

- 1 Reo criminis læsæ maiestatis pendente accusatione mortuo, nunquid fiet aliqua iniuria eius cadaueri?
- 2 Reus criminis siue ante, siue post condemnationem moriatur nulla ei iniuria fiet. Iudices errant qui cadauerà puniendorum ad furcas mittunt.
- 3 Iudex faciens suspendi cadauer delinquentis mortui tenetur in sindicatu.
- 4 Latrones famosi etiam mortui suspendi possunt.
- 5 Si esset consuetudo in loco quod cadauer delinquentis suspenderetur tolleranda esset.
- 6 Cadauer rei criminis qui se met ipsum in carceribus interfecit, an poene subiiciendū sit?
- 7 Cadauer rei mortui suspendi, uel bestijs dari potest propter atrocitatem delicti.
- 8 Et hoc seruatum fuit in ciuitate Venetiarum.
- 9 Saul percussus a muliere se occidi mandauit ne a muliere occisum dici posset.
- 10 Occidens se met ipsum in carceribus an heredem habeat?

Quæstio

Q. VAE STIO XXXIII.



RIGESIMO TERTIO quero: quid dicendum erit de reo criminis laesae malestatis mortuo pendente accusacione, utrum eius cadaueri fiet aliqua iniuria, ut puta illud suspendendo, vel quid simile faciendo? Dicas, q̄ siue ante, siue post condemnationem, reus criminis mortuus fuerit, nulla ei iniuria fiet, ut per Angel. in l. si quis. in versic.

in tex. ibi. C. si reus. vel accusat. mort. fuerit. vbi dixit, q̄ errant iudices qui cadauera puniendorum ad furcas mittunt. idem Angel. in l. i. ff. de publ. iudic. & ibi Imol. & Bal. in l. i. C. ne ex delict. defunct. allegat Cyn. in l. ij. C. qui test. fac. poss. dicens Angel. ibi, q̄ t̄ iudex cauere debet quando delinquens moritur processu pendente, q̄ illius cadauer suspendi non faciat: alias in sindicatu teneretur, quia cadaueri iniuria fieri non debet. l. i. s. quoties. ff. de iniur. idem voluit Sebаст. Sapia. in repet. l. imperium. col. ij. n. 10.

ff. de iurisdic. omni. iudic. t̄ vbi tamen Imol. dixit, q̄ contrarium seruat in famosis latronibus & hoc in eorum odium videtur tollerari posse ut in c. mulier. xv. q. i. hanc eadem sententiam sequitur Angel. in tract. suo malefi. in verbo. qui Dominus iudex videns veſ sic. Et prædicta procedunt. n. 43. ad idem Gondisal. Villadieg. Hispan. in tract. suo de hæret.

q. 22. nu. 4. t̄ vbi inuehit contra iudices contrarium facientes, quos in sindicatu teneri dicit, subdens tamen, q̄ vbi contrarium de consuetudine seruatur tolleranda esset talis consuetudo propter delicti atrocitatem.

Sed quid dicemus de cadauere rei criminis, qui ad euitandā infamiam & supplicium de eo summedum in carceribus existens semet ipsum interfecit, vel sumpto veneno necauit, an eius cadauer subiectatur poenae quæ viuo corporaliter infligenda veniret? Dicas, q̄ non, ut per Alex. & alios

post Cy n. in d. l. ij. C. qui testam. fac. possunt. vbi Roma. t̄ Prædicta tamen conclusio procedere non videtur quando quis enormiter deliquit: nam propter atrocitatem & enormitatem delicti cadauer rei mortui suspendi vel bestijs dari potest, ut est glos. not. in l. ij. ff. arbor. furtim. cesar. exemplificans in famoso latrone, & ita intelligens tex. in l. capitalium. s. famosos. ff. de poen. q̄ glof. Roma. in l. si vero. s. de viro. in 46. fallentia mirabilem esse dicit, idem tenuit Gasp. Valla. in sua repet. l. imperium. col. vi. nu. 15. & nu. 16 ff. de iurisdic. omni. iudic. attendenda tamen erit locorum consuetudo ut supra dixi. t̄ Et vidi ego semel in inclita civitate Venetiuarum, quam appellare solitus sum aliarum ciuitatum Reginam, seruum suis, q̄ cadauer cuiusdam rei qui atrocissimum delictum commiserat, eius etenim materteram cum duobus illius filijs parvulis in eorum do-

Hierony. Gigas.

M M

L I B E R S E C V N D V S . T R A C .

- mo propria poenies ecclesiam sancti Mauritiū vna & eadem hora interfecit, vt illi pecunias & localia pro satis notabili summa eriperet, tandem caput & in carcerem detrusus, ad mortem condemnatus, vt fortis erat animo ad eundam poenae infamiam illiusq; atrocitatem, semet ipsum sumpto veneno necauit, attamen eius cadauer dilaniatum fuit, iuxta condēnationis formam. ¶ Imitatus est Saul qui percussus a muliere se occidi mādavit ne a muliere occisum dīc posset, vt habetur. ij. reg. capit. i.
- ¶ An autem is qui crimen commisit, & se met ipsum in carceribus detentum interemit hæredem habeat? Francisc. Lucan. in tract. suo de fisc. in ij. parte principali in rubr. de publica. honor. nu. i. circa hoc distinguit vt ibi per eum subdit tamen, q; si talis erat reus criminis læsæ maiestatis vel hæresis, pro quibus criminibus post obitum rei illius memoria damnatur, & se in carceribus perimat hæredem non habebit. vt in s. per contrarium. instit. de hæredit. quæ ab intest. defer. & in l. fina. C. ad leg. iul. maiesta. & in auct. idem de infam. C. de hæret.

S V M M A R I V M .

1. Damnatus pro criminе læsæ maiestatis si extra patriam moriatur an in patria se peliri possit?
2. Accusatio rei regulariter morte extinguitur.
3. Cadauera mortuorum ne in ciuitate sepelirentur Romana lege cautum erat.
4. Idem lege Duodecim Tabularum statutum erat.
5. Corpora mortuorum ut in ecclesia sepellantur Canonum dispositione introductū est.
6. Princeps solus concedere potest q; cadauera rebellium extra ciuitatem sepulta, in animatam reducantur.

Q V A E S T I O X X X I I I .

1. RIGESIMO QVARTO quero: si aliquis damnatus pro criminе læsæ maiestatis, & bannitus extra patriam moriatur, an illius cadauer cōduci possit ad eius patriam, vel in aliū locum vbi ex forma sui banni viuens permanere non poterat inibi sepeliendum? Dicas breuiter, q; nō.
 Ita voluit Bar. in l. i. s. i. ff. de cadauer. punien. vbi dixit, q; sicut bannitus viuens stare non potest in ciuitate: ita nec mortuus ad illam vt ibi sepeliatur adduci potest. & Bar. sequitur Hier. Buttigella. in repet. l. q; te. ff. si cert. petat. in final. verbis. & idem erit dicendum in quocunque alio bannito ex idempitatem rationis. ¶ Et licet in contrarium faciat: quia

morte rei regulariter extinguitur accusatio. l.ij. C. si reus. vel accusat. mort. fuer. item quia morte bannum extinguitur . iuxta illud , mors faciet certo ne sim cum venerit exul. Dicas tamen conclusionem supra firmatam in reo criminis læse maiestatis defuncto veram esse : quia propter atrocitatem talis criminis videmus, q̄ post obitum imputati de tali criminis proceditur ad illius memoriam damnandam. l. penul. et vlt. C. ad leg. iul. maiest. & dixi supra q. 32. † Quinimmo testatur Cicero olim Romana lege cautum, ne mortuorum quoruncunq; cadavera in civitate sepelirentur. Trajanus autem Imperatorum omnium solus intra urbem (teste Eutropio) sepultus est , eiusq; ossa in auream vinam collocata in foro a se edificato sub columna reposita fuere. † Et lege Duodecim tabularum similiter cautum fuit ne in urbe mortuorum cadavera sepulturæ traderentur, cuius legis, hæc sunt verba: ne in urbe sepelito, neve vrito, ne facito rogum, Ascia ne polito. quam legem interpretatur Ioan. Oldendor. in tract. suo, in leges Duodecim tabularum, in rubr. de sumpt. funer. c. ix. idq; etiam ciuili iure prohibitum esse probat tex. in l. mortuorum. C. de religio. & sumpt. funer. † Verum, vt mortuorum corpora in ecclesiis sepelirentur, sacrorum canonum dispositione introductum est , vt habetur in toto tit. de sepult. extra. † Dicas tamen, q; solus princeps concedere potest q; cadavera rebelium extra ciuitatem sepulta in ciuitatem reducantur. l.ij. C. de cadauer. punitor. & habetur per Math. de Afflict. in tit. quæ sint regal. in princ. col. v. versic. vigesimo secundo. nu. 53. in usibus feudorum.

S V M M A R I V M.

- 1 Domus committentis crimen læse maiestatis destrui debet.
- 2 Idem de domo blasfemi olim erat. Idem de domo eius qui Cardinalem interfecit.
- 3 Idem de eo qui pacem tenere & iurare noluit.
- 4 Aedictum Regine Ioanne de morte Andreae de Isernia eius consiliarij.
- 5 Pœna destructionis domus rei criminis læse maiestatis erat etiam apud Romanos.
- 6 Domus Marini Faletri Ducis Venetorum destructa ob crimen læse maiestatis.

Q V A E S T I O X X X V.



RIGESIMO QVINTO quæro: an domus committentis crimen læse maiestatis , eo damnato, destrui debeant? Istam quæstionem tangit Lucas de Penna Doctor Tholosanus , in l. quisquis. colum. ij. versicul. virum autem in tali cri-

MM ij

- mine.C. de petit, bonorum sublat. vbī dicit, nulla lege cautum reperiri
domum committentis crimen læsæ maiestatis dirui debere: sed id fieri
 2 Equissimum esse in detestationem huiusmodi criminis. † Blasphemus,
enim tali poena afficiebatur. xxij. quæstion.iiij.capit.quando . In versi-
cul.Nabuch Donasor.Idem de eo qui Cardinalem interfecit. capi.fœlicis.
 3 de pœn.in vi.† Idem de eo qui pacem tenere & iurare noluit, vt in titul.
de pac.iuram.sirman.s.præterea bona.procedi enim debet in his criminib-
us de similibus ad similia.l. famosū,in fin.ibi ad exemplum legis Iulæ:
Idem tenuit Math.de Afflīt.in c.i.in s.& bona committentium,col.ij.in
xix.speciali.nu. 37.in titul. quæ sint regal.in yslibus feudor. vbī dixit, q
domus eius qui commisit crimen læsæ maiestatis destrui debet vscj,a fun-
damentis,subdens,q hæc est noua pœna imposta,per tex.in d.c.fœlicis.
 4 de pœn.in vi.† & attestatur vidisse quoddam edictum Regis Lodouici,
& Reginæ Ioannæ prime de morte.D. Andreæ de Isernia consiliarij
tunc regij, qui in ciuitate Neapolis occisus fuit quoddam sero diei.xi.
Octobris,anno Christianæ salutis 1353.& eius occisores damnati fuere
ad pœnam mortis,confiscacionis bonorum,& q eorum domus destrue-
 5 rentur † Dicas tu, q ista nō est noua pœna:immo antiqua Romanorum,
vt legitur apud Plinium minorē,in suo libello de viris illustribus ,vbī di-
xit,quod Quintus Cincinatus Dictator effectus Sp.Meliū,a Seruilio Ha-
la magistro equitum occidi iussit, & illius domum solo equari,ex eo q re-
gnūm affectauit.Id enim proculdubio maiestatis crimen erat, vt de Gi-
gantibus scriptum legimus hoc Carmine.

Affectasse ferunt Regnum Cœlestē Gigantes.

- 6 † Legimus & in Venetorum Historijs,q Marinus Faltero Dux depre-
hensus cum quibusdam plebeis cōspirasse vt ex ciuitatis Duce,cuius tem-
perata est potestas,Tyrannide ciuitatem occuparet,qui captus a Senatu
iussus est capite multari,eiusq ædes solo æquatæ.

S V M M A R I V M .

- 1 Vxor an prohibere posſit ratione sue dotis,ne Domus mariti rei criminis diruatur?
 2 Domus mariti delinquentis cuius fundus est dotalis an dirui posſit?
 3 Malefactores ita puniri debent ut Innocentes non puniantur.
 4 Domus rei mortui cuius memoria damnatur non diruitur.
 5 Domus rei criminis læsæ maiestatis diruatur,quando sumus in primo capite dicti cri-
minis.

Q. V A E S T I O . XXXVI.



RIGESIMOS EXTÒ quæro? quando domus rei criminis læsæ maiestatis destruī debet, vel quando id municipal iure statutū est, an vxor delinquentis domū ne diruatur ratione suæ dotis defendere posse? Hanc quæstionem tangit Gandin. in tract. suo malefic. in rubric. de bon. malefact. colum. i. numero 3. vbi tenet, qd de iure mulier defendere poterit ne domus diruatur, per text. in l. i. C. ad leg. iul. de vi public. & l. iij. C. ne vxor. pro marit. & de hoc dicit esse casum in l. creditoris. ff. de distraft. pignor. præfertur etenim mulier alijs creditoribus l. assiduis. C. qui pot. in pign. habeant. Idem tenuit Roma. in consi. 128. & licet Gandi. loco præallegat. dicat, qd istud de iure verum est: attamen de consuetudine aliter seruari per rectores. loquitur enim in statuto, dicens, qd ex quo potestas iurauit seruare statuta, aliter facere non potest quantum cunctq; statutum durum sit. l. prospexit. ff. qui. & a quibus: domus enim tempore maleficij erat in bonis mariti licet hypothecata doti vxoris. l. sciendum. ff. qui satisdar. cogant. Hanc opinionem tenuit etiam Alberic. in tract. suo statut. in iij. parte. q. viij. facit: quia licet domus illa esset vxori obligata pro dote, tamen in bonis mariti debitoris dotis remansit. l. si dominum. C. de pignor. a fio. Ideo in talí domo statutum locum habebit, ne delictum impunitum remaneat. l. ita vulneratus. ff. ad leg. aquil. l. si a reo. ff. de fideiussor. & ita dixit Alberic. loco præallegat.

2 † Prædictam conclusionem limita non procedere, quando talis domus esset fundus dotalis ipsius vxoris. Nam tunc non diceretur proprie esse in bonis viri: cum ab eo neq; alienari, neq; obligari possit. l. lex Iulia. l. Iulianus. & l. sed nec libertas. ff. de fund. dotal. si enim domus, quæ esset fundus dotalis, posset dirui ob viri delictum, vticq; de facili mulier indotata remaneret, & sine delicto puniretur, quod non est dicendum: † nam malefactores ita puniri debent ut innocentes non puniantur. l. iij. in fin. C. de his qui. latro. facit pro ista opin. tex. in l. quisquis. s. vxores. C. ad leg. iul. maiesta. vbi habetur, qd licet vir incidat in crimen læsæ maiestatis, vxori tamen eius dos restituī debet.

4 † Secundo limita non procedere, quando post obitum rei criminis læsæ maiestatis contra eius memoriam procederetur: Nam, cum eo casu non procedatur contra mortuum, sed tantum ad damnādam eius memoriam per confiscationem bonorum, vt. l. penul. & vlt. C. ad leg. iul. maiest. & l. vlt. ff. eod. tit. locum non habebit dicta poena dirruptionis domus.

5 † Tertio dicerem, dictam poenam dirruptionis domus ob crimen læsæ

maiestatis locum sibi solum vendicare quando essemus in i.capite dicti criminis iuxta terminos.l. quisquis.C.ad leg.iul. maiest.secus in alijs capitibus dicti criminis, quæ plura sunt, de quibus dixi supra. in rubric. qualiter crim.læsæ maiesta, contra Imperat.& alios princip.committat.in pluribus quæstionibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Domus rei criminis læsæ maiestatis si dum diruitur det damnum Domui vicini, quis de tali damno teneatur?
 - 2 Domus si sit communis inter duos fratres an & quando dirui possit?
 - 3 Quando fiscus non succedit in omnibus bonis, & socius uelit partem destruendam redimere an admittatur?
 - 4 Domus quam reus criminis læsæ maiestatis in pignus habebat, an propter crimen læsæ maiestatis Domini illius destrui debeat?
 - 5 Domus quam reus criminis læsæ maiestatis in pignus habebat an destrui debeat?
 - 6 Domus rei criminis læsæ maiestatis diruta, an redificari possit?
- Papa solus remittere potest poenâ disruptiōis Domus de qua in c.fœlicis.de poen. in vi.

Q V A E S T I O XXXVII.

- T**RIGESIMO SEPTIMO quæritur: quid dicendum, si dum diruitur domus eius, qui crimen læsæ maiestatis commisit, aliquis murus domus prædictæ cadat supra domum vicini ex quo is damno afficiatur, quis vicinum de huiusmodi damage no refarciet: videtur dicendum, q[uod] rector qui domum ipsam dirui mandauit, arg.tex. in l.iij.s. tribuni. ibi læsiones & damna.C.de his qui latro.l.iij. ff. q[uod] met.causa.l. quemadmodum.s.magistratus. ff.ad leg.aquil.l.nec magistratus ff.de iniur.prædicta tamen procedunt, quando rector non iure fecisset: sed quando exequitur legem, statutum, vel consuetudinem, aliud dicendum videtur, verum si ob crimen læsæ maiestatis domus destrueretur, ex quo tali casu omnia bona rei in fiscum deueniunt.l. quisquis. in princ.C.ad leg.iul.maiest.tunc dicendum esset fiscum de tali damno tenet. l. tutoris.C.ad leg.iul. de vi. alias autem malefactor teneretur, ita per prædicta dixit Alberic.in tract. suo statutorum parte iij.q.ix. circa hanc quæstionem vide etiam Gandin,in tract.malefi.in rubr.de bon.malefact.col.iij.versi.item quæro aliquis commisit maleficium.& in versi.sed nunc
- 2 quæro.col.iij.in fin.t vbi dixit, q[uod] si Domus vel Turris communis inter duos fratres fuerit, & unus delictum committat, propter q[uod] vigore statuti

destruitur, pars dictæ Domus vel Turris, quæ puta erat pars superior, de
damno q[uod] alter frater non delinquens patitur, a fratre delinquentे resarciri
deberet, si soluendo esset, sin minus regressum habebit contra commu-
ne. arg. l. miles. ff. de adulter. Circa hoc vltimum quando committens cri-
men læsæ maiestatis vel aliud, propter q[uod] eius Domus destrui debet, si is
domum communem cum alio habeat, quid agendum sit, Archid. & Io.
Andr. mouent hanc quæstionem in d.c. fœlicis. de poen. in vi. vbi referunt
dicta Bartholom. Brixien. in sua quæstione dominicali. nu. 44. & tandem
pro decisione remittit se ad not. per eum in addit. Specul. in rubr. de poen.
& per Bar. in l. at eius. in s. de eo. ff. de aqua pluui. arcend. Philip. Franc. in
d.c. fœlicis. in i. col. in vlt. not. dicit, q[uod] si propter tale delictum Domus fuit
destruēta, tunc socius recursum habere poterit contra delinquentem. arg.
tex. in l. si is cum quo. ff. com. diuidund. secundum Bart. ibi. Si vero Do-
mus non fuit destruēta, sed lata est sententia de ea destruenda, q[uod] eo casu fi-
scus redimet partem socij ut tota destruatur, secundum Bartol. ibidem. &
hoc modo dicit posse procedere opinionem Ioan. Andreæ, de qua loco
supra allegato, subdens, idem esset non lata sententia, si tamen maleficium
esset scandalosum: sed si maleficium non esset scandalosum fiscus tamen
in omnibus bonis succederet, ut in crimen læsæ maiestatis. l. quisquis. C.
ad leg. iul. maiest. † & idem dicit esse quando fiscus non succedit in omni-
bus bonis, & socius velit partem destruendam redimere, eo casu erit ad-
mittendus, non autem cogendus. Si autem socius nolit partem destruen-
dam redimere, tunc huiusmodi poena in aliud commutari debet. argum.
l. & si seuerior. C. de infam. secundum Bart. in d.s. de eo. Et si cupis circa
istam quæstionem plura videre: vide Docto. in d.c. fœlicis vbi Franch. &
Bar. in d.l. haec tenus. ff. de aqua pluui. arcend. & in l. si interdum. ff. com-
mun. diuid. & Bald. in d.l. & si seuerior. Alberic. in tract. statut. in verbo
bona. versicul. statutum dictat quod bona. & in eod. tract. in verb. delin-
quens. in versicul. statutum quod pro delicto. & in verb. maleficium. co-
lum. i. versicul. statutum dictat quod pro maleficio. † Quid autem dicen-
dum sit quando aliquis domum suam alicui in pignus dedit, demum in
crimen incidit, propter quod eius domus destrui debet? circa hoc vide
Alberic. in d. tract. suo statut. parte iij. q. xiiij. † Et quid erit quando cre-
ditor qui tales domum in pignus habebat incidit in crimen simile, an
domus ei pignorata destruatur? vide eundem Alberic. in d. tract. q. xv.
in d. iij. parte. & ibidem etiam ponit quid dicendum erit quando maritus
constituit vxori quartam partem secundum legem Longobardam, an
possit mulier defendere dictam quartam partem bonorum mariti qui cri-
men læsæ maiestatis commisit, & sic Domum ne destruatur,

¶ Sed utrum destruta Domo, puta Rei criminis laesae maiestatis, illa postmodum reædificari poterit et videtur dicendum quod si in sententia condemnatoria contra reum lata non fuisset prohibita reædificatio, quod refici possit: ita sensit Domin. in præallegat. c. foelicis. colum. i. in versicu. Nota argumen. quod mandatum de poen. in vi. Sed dicas contrarium ve- rius esse, ut tenet Philipp. Franch. in d. c. foelicis. colum. i. versicul. vltim. no- to. vbi dicit, quod ista pars, videlicet qd domus destruta ob crimen re- ædificari non possit, est verior: & qd fuit disputatum & conclusum in simili quæstione de ciuitate condemnata, a Papa ad destructionem muro- rum, quod non possit reparare muros dirutos sine licentia Papæ: se- cundum Cin. in I. seruus. C. de poen. et Bar. in I. si quis adulterium. s. i. ff. de adulter. ¶ Quinimmo dixit idem Franch. in d. c. foelicis. in vlt. nota. qd di- sta poena disruptionis Domus de qua in d. c. foelicis. remitti non potest nisi per Papam: per not. in c. sicut sancti, in fin. xv. distin. et. quia poenæ iuris ab alio quam, a Papa remitti non possunt, secundum omnes ibi. ad quod facit tex. in c. frater. xvi. quæst. i. & idem voluit. Dominic. ibi in i. colum. in versicul. quæro an ista,

FINIS SECUNDI LIBRI.

HIERONYMI GIGANTIS
 IVRISCONS VLTI FORO-
 SEMPRONIENSIS DE CRIMINE
 LAESAE MAIESTATIS.

LIBER TERTIVS.

DE POENIS QVAS FILII IN-
 CVRRVNT PATRE COMMITTENTE
 CRIMEN LAESAE MAIESTATIS.

S V M M A R I V M .

- An filius puniatur ex delicto patris in crimen læse maiestatis ?
 1 Filius non portabit iniuriam patris.
 2 Non occidentur patres pro filiis, sed unusquisq; in suo peccato morietur.
 3 Poena suos tenere debet authores.
 4 Filii committentium crimen læse maiestatis in principem, excluduntur a materna, aut
 ta, & omnium proximorum hæreditate.
 5 Item testamento extraneorum nihil capiunt.
 6 Item perpetuo sunt infames, nec ad honores admittuntur.
 7 Patres comedunt uiam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt.
 8 Princeps habetur quasi Deus in terris.
 9 Poena legis quisquis. C. ad leg. iul. maiest. contra filios locum non habet, nisi in ca-
 sibus ibi expressis.
 Commiso crimen læse maiestatis contra Regem Francie non habent locum poene.
 d.l. quisquis.

Q V AE S T I O I.



IDIMVS hucusq; quibus poenis afficiantur committen-
 tes crimen læse maiestatis : modo opere pretium est vide-
 re, vtrum eorum filij ex huiusmodi paterno delicto ali-
 quam incurvant poenam ? Et uideretur dicendum q; non :
 t filius enim patris iniuriam non portabit . vt habetur
 Ezechiel c. 17. & in c. Iudæi i.q. iiiij.l.filiam. ff. de senator.l.
 Hierony. Gigas.

NN

L I B E R T E R T I V S . T R A C .

- crimen. ff. de pœn. l. quotiens. ff. de noxal. l. emancipatio. s. final. ff. de senat.
- 2 & habetur. in toto tit. C. ne fil. pro patr. facit illud Leuiti. c. 24. † vbi dicitur, non occidentur patres, pro filijs, nec filij pro patribus: sed vnuſquisq; in peccato suo morietur. & idem dicitur Regum. 4. cap. 7 4. idem habetur Paralipo. lib. iiij. c. xxv. & Deutero. c. 24. & Regū. iiiij. c. 4. facit tex. in l. sanci-
- 3 mus. C. de pœn. † vbi habetur, q; pœna suos authores tenere debet, nec vltierius progredi contra eos qui procul sunt a calumnia. ad idem facit tex. in l. si quis in suo. s. legis. C. de inoffi. testam. l. legem. C. de natural. liber. in fin. in i. respons. & l. ob maritorum. C. ne vxor. pro marit. l. si poena. & l. crimen. ff. de pœn. l. iiiij. s. quod pater. ff. de muner. & honor. l. actione. s. diximus. ff. pro soci. l. generali. s. fin. ff. de rit. nupt. l. maritus. ff. solut. matr. l. final. ff. ad Syllen. & in au. et. vt nulli. iudic. s. fin. col. ix. Dicas tamen, q; prædicta omnia sibi locum vendicant regulariter loquendo: secus tamen est
- 4 in crimine læse maiestatis. l. quisquis. s. filij vero. C. ad leg. iul. maiest. † nam filij eorum, qui in principem commiserunt crimen læse maiestatis, Primo a Materna vel Auita, ac etiam ab omnium proximorum hæreditate ac successione alieni habetur. † Secundo testamento extraneorum nil capere
- 5 possunt. † Tertio perpetuo infames sunt, & ad nullos honores admittuntur, vt est expressum in d.l. quisquis. s. filij vero. & habetur etiam. vi. q. i.c. quæro. s. vtrum. de pœnit. distin. & i. c. quisquis. facit q; habetur Hierem. c. v. vbi dicitur: Patres nostri peccauerunt & non sunt, & nos iniquitates eo-
- 7 rum portauimus. † Et q; habetur Hierem. c. 3 l. vbi legitur: Patres considerunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt. Idem habetur Ezechiel. c. 1 s. Et ratio quare sic statutum sic in crimine læse maiestatis, est
- 8 propter immanitatem diti criminis: † offenditur enim princeps, qui habetur quasi Deus in terris. vt est tex. in auct. de consul. s. final. col. iiiij. præterea pœna ista quæ imponitur filijs propter delitum patris statuta est, a lege in duriorem patrum vindictam ac permissum, non enim terretur magis propter filij pœnam, per tex. in l. iiii. q; dicitur. in ff. q; met. causa & s. final. instit. de noxal. † Et q; pœna dicitur, non habeat locum in alijs casibus criminis læse maiestatis, nisi in casibus ibi expressis, tenuit etiam Nicol. Boet. in inst. de consol. in vi. præsupposito. nu. 20.
21. e 23. vbi dixit, q; licet in Regno Franciæ locum habeat crimen læse maiestatis contra regem in committendum. Tamen pœnae d.l. quisquis, quo ad filios & coniugia capacitate locum non habent, cum possint succedere, & capere reliqua eius in loco suorum & aliorum, etiam ab intestato, nec efficiuntur infames, & nulli honores promoueri possunt; sed tali casu pœna. d.l. quisquis, solum locum habet, quo ad pœnam corporalem & bonorum confiscationem. Pœna enim contra filios sibi vendicant in pri-

mo capite.d.legis Iuliæ, de quo in d.l.quisquis.fecus in alijs casibus in quibus delictum Patris filio minime nocet , de quo habetur etiam per Ioan-nem Corasium Tholosanum nunc Ferrarie legentem, mihi vti fratrem honorandum in d.l.filiam.in versic.auferrendam.ff.de senat.

S V M M A R I V M .

- 1 Filius committentis crimen læse maiestatis, an capiat bona ex donatione matris?
- 2 Donationis actus est contrarius successioni testamenti vel ab intestato.
- 3 Ex successione testamenti, vel ab intestato ad casum donationis non insertur.
- 4 L.quisquis. C.ad leg.iul.maiest.an sit poenalis & odiosa, vel fauorabilis?
- 5 Lex quantūcunq; sit fauorabilis, tñ qñ poenam imponit est odiosa & non extendenda.
- 6 Filius rei criminis læse maiestatis erit capax donationis inter viuos sibi a matre facte.

Q V A E S T I O II.



- 1 E C V N D O quæro : vidimus supra proxime q̄ filius committentis crimen læse maiestatis efficitur etiam incapax maternæ hereditatis,tā ex testamento , q̄ ab intestato. l.quisquis. s. filij vero. C.ad leg.iul.maiest. Quid dicendum erit de bonis, a matre filio donatis? Hanc quæstionem late examinat Paris.in consl. 69.nu. 26 .cum sequent.in ij.vol. vbi arguit ad utrancq; partem:& tandem num. 171.concludit, q̄ tex.in d. l.quisquis. in d.s.filij vero.non vendicet sibi locum in bonis donatis per matrem filij, cum ex dispositione d.l. quisquis. filij reddantur incapaces maternæ successionis,tam ab intestato quam ex testamento. nec prohibet ille tex.matrem inter viuos filijs posse donare † iste enim actus donationis est penitus contrarius successioni testati vel ab intestato, continens tacitam voluntatem ipsius morientis.l.conficiuntur ff.de lute codicil.& quia dicti actus inter se nil commune habent.l.verba contraxerunt.ff.de verb. significat nec ex successione ex testamento vel ab intestato ad casum donationis inter viuos inferri potest.l.inter stipulantem. s. sacram. ff.de verb. obliga.facit glof.in l.i.in verb.donationem.C.de secund.nupt. & in donatione inter viuos habetur per Alex.in l.ij.col.ijj.versic.item in alio.ff.de legat.i.& pro ista conclusione longe plura adducit Paris.in d.suo consil. 69.quem videre poteris.comprobatur conclusio prædicta per ea quæ voluit Salyc.in d.l.quisquis. in s.filij vero. col.i. versi.adhuc quæro , quid si mater † vbi dicit , q̄ materia.d.l.quisquis.est poenalis & odiosa ideo non extendenda . Et licet aliqui dicant q̄ immo d.l. quisquis . sit fauorabilis 9.84.1.3° non odiosa, quia introducta fauore publico, vt homines a tam graui delicto abstineant metu poenæ,iuxta illud Oratij,Oderunt peccare mali for-

midine pœnæ: ut voluit Claud. de Seysel. in l. si quis id quod col. ij. circa medium. ff. de iurisdict. omni. iudi. nihilominus dato q[uod] hoc verum esset
 5 non tamen obstarer[t] quia quantumq[ue] lex sit fauorabilis, tamen ubi est apposita prena erit odiosa, & non extendetur, ut dixit Bal. in l. illud. col. ij. versic. istud est notandum. C. de sacrosanct. ecclesi. per tex. in auct. de
 6 non alienan. s. quia vero Leonis. el. ij. & ibi Iac. de Beluis. Erit ergo conclusio, q[uod] filius rei criminis læsæ maiestatis erit capax donationis inter viuos sibi a matre factæ: licet matr[is] necq[ue] ex testamento necq[ue] ab intestato succedere possit. Considera tamen q[uod] contra istam conclusionem videtur facere tex. in d.l. quisquis. in d.s. filij vero. ibi, sint perpetuo Egentes et Pau peres. & ibi, sint postremo tales ut hi perpetua egestate sordentibus sit et mors solatium, & vita supplitum, quæ dispositio esset innanis & frustratoria, si tales filij capere possent ex donatione matris, quod capere non possunt ex testamento vel ab intestato in bonis maternis: & sic fieret fraus dictæ legi. cum ergo ratio paupertatis conseruandæ in dictis filijs militet, etiam in donatione: & ubi est eadem ratio ibi debeat esse eadem iuris dispositio, vulgatis iuribus: Ergo idem uidetur dicendum de donatione. Nec mirum si propter atrocitatem tanti criminis filij innocentes puniuntur, nam Deus propter illud nefandissimum crimen deleuit funditus ciuitates Sodomæ, & Gomorræ, & tres illis finitimas ciuitates & tamen ibi proculdubio erant infiniti infantes & furiosi, qui innocentes erant.

S V M M A R I V M.

- 1 Filius damnati de criminе læsæ maiestatis, an sit capax donationis causa mortis sibi per matrem factæ?
- 2 Donatio causa mortis sapit ultimam uoluntatem.
- 3 Testari qui non potest ratione defectus consensus, non poterit donare causa mortis.
- 4 Usurarius manifestus qui non potest testari, nisi seruata certa solemnitate, non poterit donare causa mortis.
- 5 Cardinalis uel episcopus habet facultatem testandi a Papa donare poterit causa mortis.

Q V A E S T I O III.

- E R T I O quæro: quid dicendum de donatione causa mortis facta per matrem filio patre damnato de criminè læsæ maiestatis? Dicas huiusmodi donationem non valere. prohibitum est enim filio damnato de dicto criminè posse aliquid capere de bonis maternis, tam ab intestato quam ex testamento l. quisquis. s. filij vero. C. ad leg. iul. maiest. t do
- 

natio autem causa mortis sapit ultimam voluntatem. l. fin. C. de donat. causa mortis. inst. de donat. s. i. Bald. & alij in l. tam is. s. filius. ff. de donat. causa mortis. & habetur per Bar. & Doct. in l. ij. ff. de legat. i. & ibi solennis doctor p̄eceptor meus Dominus Vincent. Hercul. de Perusio. col. iiij. vbi dixit, q̄ donatio causa mortis videtur ultima voluntas, cum requirat quinq̄ testes, pro ut requirunt aliæ ultimæ voluntates, citra testamentum. l. fin. C. de donat. causa mortis. l. fin. C. de codicil. & qui non potest testari ratione ætatis, non potest donare causa mortis. l. i. s. i. ff. de tutel. & ratione. distrah. † Item qui ratione defectus consensus testari non potest, non poterit donare causa mortis. l. discretis. C. qui test. facer. possunt. † Hinc est, q̄ usurarius manifestus qui testari non potest, nisi seruata solennitate de qua in c. quanquam. de usur. in vi. ita etiam non poterit donare causa mortis, ut habetur per Lappum. alleg. 125. vbi dixit, q̄ nō valet donatio causa mortis facta ab usurario, nisi restitutis usuris vel præstata cautione: vt in d. c. quanquam. † facit etiam, quia si a Papa conceditur facultas Cardinali vel Episcopo testandi, poterit vigore huiusmodi facultatis fieri donatio causa mortis, & codicilli: vt dixit Angel. de Perigl. de Perusio. in d. l. ij. col. i. versic. sed si concederetur. ff. de legat. i. Cōcludo igitur, q̄ donatio causa mortis facta per matrem filio redito incapaci maternæ successionis, tam ex testamento, quam ab intestato, ex eo q̄ pater crimen læse maiestatis commisit, non valeat.

S V M M A R I V M:

- 1 Filius damnati de crimine læse maiestatis, an priuetur feudos?
 2 Delictum patris quo ad feudum nocet filijs, sed non agnatis.

Q V A E S T I O. IIII.



V A R T O quero: quid dicendum de feudo, an patre damnato de crimine læse maiestatis filius qui ex patris de licto efficitur insuccesibilis, iuxta terminos. l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest. illo priuetur? Andr. de Isern, in c. i. in s. præterea. in tit. q̄ fuit prima causa benefi. amittend. dixit, q̄ in feudis omnis descendens ex illo sanguine maculato & infecto est priuatus feudi successione: non habita distinctione, an feudum sit paternum & antiquum, & sic ex pacto & prouidentia, vel haereditarium. Hanc opinionem Isern. refert etiam et sequitur Math. de Afflic. in d. s. præterea. in versi. glos. iiij. nu. 8, quando sumus in crimine læse ma-

L I B E R T E R T I V S . T R A C .

- 2 iestatis: per tex. in d.l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest. † & ibidem dixit, q[uod] quo ad feudum delictum patris filii nocet, sed non agnatis. & allegat ad hoc Bald. idem dicentem. in l.i. in versi. vigesimo octavo quæro. ff. de rerum diuis. & tex. in c.i. in tit. si vasal. feud. priuet. vide ad hoc Afflict. loco præallegat. col. ij. nu. 11. vscq[ue] ad nu. 14. vide ad prædicta ea quæ dixi supra. q.v. in rubr. proxima præcedenti.

S V M M A R I V M .

- 1 Dispositio. l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest. an locum habeat in filiis iam natis?
 2 Filii propter delictum patris, quando puniuntur, regulariter intelligi debet de filiis post delictum natis.

Q. V A E S T I O V .



V I N T O quæro: an dispositio. l. quisquis. in s. filii vero, quæ inhabilitat filios eius qui crimē læsæ maiestatis commisit a successione paterna, materna, et auita, ac omnium proximorum & etiam extraneorum, locum habeat in filiis iam natis tempore delicti? In hac q[uod]. Cyn. & Petr. in d.l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest. tenuerunt q[uod] non:

- 2 per tex. in l. ij. C. de liber. & eorum liber. † vbi videtur tradi regula: q[uod] quādo propter delictum patris filii puniuntur, intelligi debet de filiis post delictum natis. ad idem allegat text. in l. diuo marco. C. de quæstio. & in l. emancipatū. ff. de senat. in quibus iuribus probatur, q[uod] attenditur tempus nativitatis seu conceptionis filij ad qualitatē, quā filius a patre suscepit, in danda. idem tenuit Angel. in d.l. quisquis. col. i. versi. in text. ibi filij nati. vbi dixit, q[uod] intelligi debet ibi de filiis natis post crimen contratum: tunc enim sunt ex sanguine reprobato & infecto, & ideo illi puniuntur tanquam criminis quodammodo participes: & q[uod] ante nati & concepti non punientur poena dictæ legis. Contrariam tamen partem magis communiter tenent Doct. q[uod] immo etiam nati ante delictum comprehendantur in dispositione. d.l. quisquis. quæ cum loquatur generaliter, generaliter intelligi debet. l. de prætio. ff. de publician. cum vulgaribus, & hanc opinionem sequitur Claudio. de Seysel. in l. si quis id quod. col. v. vi. & viij. ff. de iuris dict. omnium iudic. pro qua ibi multa adducit: idem tenuit Gemin. in c. quisquis. vi. q. i. & Specul. in tit. de sent. s. ij. versi. quinto quæro. Salyc. & Alberic. in d.l. quisquis. col. i. vbi dixit, q[uod] ratio quare filius puniatur in d.l. quisquis. est, quia præsummitur immitator patris: quæ ratio militat etiam

in filijs ante delictum natis, & post modum nascituris. Hanc etiam partem tenuit Angel. in tract. malefi. in verb. che hai tradito la tua patria. in versi. querit ibi Salyc. num. i. 3. vbi dixit idem esse in iam natis q[uod] in nascituris: & ad hoc August. de Arim. ibi in addit. allegat. not. per glof. Bar. Bald. & Salycet. in l. ij. C. de liber. & eorum liber. Nellus in tract. suo Bannitor. in ij. parte. primi temporis. q. x. dicit, q[uod] opinio Cyn. & Petr. supra relata, q[uod] nati ante contractum delictum non comprehendantur in d. l. quisquis. sed solum procreati & nati post delictum commissum, æquitatem sapit: Sed contraria opinio, q[uod] indifferenter nati & nascituri comprehendantur, forte verior est. Et istam opinionem, q[uod] nati ante, comprehendantur in d. l. quisquis s. filij vero. quæ communis est, sequor: pro qua ineuitabiliter facit text. in d. s. filij vero. vbi vita reseruatur ex Imperatoria lenitate filij eius qui crimen læse maiestatis commisit; Ergo de iam natis loquitur.

S V M M A R I V M.

- 1 Filij emancipati a patre, ante commissum crimen læse maiestatis, an puniantur?
- 2 Filij emancipati desinunt esse de familia patris.
- 3 Emancipatio facta per patrem de filio, parum ante commissum crimen læse maiestatis, præsumetur in fraudem facta.
- 4 Donatio facta ante delictum sed post quam delinquens delictum facere præposuerat revocatur.
- 5 Factum suspitione poene in fraudem fisci factum censetur.
- 6 Crimen læse maiestatis semper fit præmeditate.
- 7 Donatio facta omnium bonorum ante commissum delictum præsummitur facta in fraudem fisci.
- 8 Factum in fraudem fisci & poene præsummitur quando de propinquuo sequitur delictum. & nu. 9.
- 10 Fraus præsummitur ex uicinitate actus.

Q V A E S T I O VI.



EX T O quero: quid dicendum de filijs emancipatis a patre ante commissum per eum crimen læse maiestatis: an hi incident in poenas de quibus in d. l. quisquis s. filij vero. C. ad leg. iul. maiest. Dicas breuiter q[uod] non. Ita dixit glof. in c. si quis cum militibus. in verb. filij vero. vi. q. i. vbi est text. idem ad literam, vt in d. l. quisquis. & voluit illa glof. q[uod] filij per patrem emancipati ante delictum non comprehendantur

in d.l. quisquis. idem tenuit ibi Ioan. de Turre. Cremat. in versi. sed hic sur-
 git quæstio. idem dixit ibidem Præposit. in fin. & Archidiaco. in versic. in
 glos. filij. hanc eandem sententiam sequitur Lucas de Pen. in l. quisquis.
 col. ij. versic. filij autem. C. de pet. bonor. sublat. libr. x. ad idem Math. de
 Afflict. in sua glos. super constit. regni. in tit. de patare. receptat. col. fin. in
 2 fin. t & rationem huius decisionis esse puto: quia filius emancipatus desi-
 nit esse de familia patris sui. l. quin etiam. s. fin. ff. de rit. nupt. & nomen fi-
 lij amittit. l. senatoris. la. ij. ff. de senat. t Hanc conclusionem admittendam
 censeo cum hoc temperamento. videlicet: q non procedat. quando pater
 filium seu filios emancipauit parum ante quam crimen læse maiestatis co-
 tra principem vel eius Collaterales committeret. Talis enim emancipatio
 præsumeretur facta in fraudem: scilicet. vt filius non incurret in poenam.
 d.l. quisquis. s. filij vero. facit ad hoc q voluit Bar. & Doct. de donatione
 facta ante delictum cōmissum in l. post contractum. ff. de donat. vbi Bar.
 4 in versic. & vt plene. t dicit. q quando donatio facta est ante delictum
 cōmissum tempore quo iam delinquens delictum facere præposuerat.
 & sic propter delictum committendum alienauit. q tunc talis donatio co-
 5 dē modo reuocatur. prout reuocatur donatio post delictum facta t quia
 factum suspicione poenæ in fraudem fisci factum censemur. l. in fraudem
 6 in princ. ff. de iur. fisc. l. sed si maritus. in fin. ff. qui & a quibus t facit. quia
 vt videmus. crimen læse maiestatis semper fit præmeditate. vt probatur
 in d.l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest. Et p̄dīcta maxime procederent quan-
 do pater ante quam delictum huiusmodi commisisset filium emancipal-
 set. eidem honorum suorum in præmium emancipationis parte assigna-
 ta. arg. eorum quæ not. Bar. in d.l. post contractum. in versic. & prima est
 7 præsumptio t vbi dicit. q si is qui deliquit ante cōmissum delictum dona-
 uit omnia bona sua. præsummitur id in fraudem fisci fecisse. l. omnes. s. lu-
 cius. ff. de his quæ in fraud. credit. faciunt not. per Bald. in l. i. col. vlt. C. qui
 8 bon. ceder. possunt. & in l. si quis post hac. C. de bon. proscript. t factum
 enim in fraudem fisci & poenæ præsummitur. quando de propinquu se-
 quitur delictum. l. si ventri. s. fin. ff. de priuile. credit. & l. sed Iulianus. s. sed
 si filius. ff. ad Macedon. c. officij. ext. de elec. per quæ iura dixit Bar. in d.l.
 9 post contractum in versi. quinto præsummitur t q donatio facta a delin-
 quente ante contractum delictum censemur facta in fraudem fisci. Et proba-
 tur ista opinio in casu nostro per tex. in d.l. quisquis. in s. emancipationes.
 10 in fin. ibi. quo primum. & ibi. bona glos. in verb. nō valeant t facit etiam
 quia ex vicinitate actus. fraus præsummitur. de quo etiam per Corne. in
 consl. lxi. visa copia processus. col. i. in versi. secundo dictus. in ij. volu. &
 per Casaneum. in consl. xxxij. Hugo. & Martinus. col. fin. n. i. s. q etiam
 probatur

probatur, argum en. text. in l. si ventri. s. fin. ff. de priuileg. credit, & l. si quis post hac, ff. de bon. damnat.

S V M M A R I V M.

- 1 Filij naturales commisso criminē l. e. maiestatis per patrem an puniantur?
- 2 Spurijs appellatione filiorum continentur.
- 3 Filius natus in seruitute, spurius est.
- 4 Princeps est omnium subditorum pater.
- 5 Statutum faciens mentionem de filio, intelligitur de legitimo & naturali.
- 6 Luxuria non debet esse melioris conditionis quam castitas.
- 7 Filij ubi cōdemnantur per iudicē uel statutū ex delicto patris, uenient etiam naturales.
- 8 Papa, uel Imperator est omnium pater.
- 9 Bastardi non possunt appellari de domo, familia, seu agnitione patris.
- 10 Bastardi non possunt uti insignijs domus paterne.
- 11 Bastardi sunt infames, & uilis conditionis.
- 12 Domini Veneti filios legitimatos non admittunt ad nobilitatem & eorum consilia.
- Domini Veneti, etiam legitimatos per subsequens matrimonium non admittunt ad eorum nobilitatem, sed bene ad bonorum successiones.
- 13 Bastardi per Mosaycam legem templum domini ingredi usq; ad decimam generationem prohibebantur.
- Frater testamētum fratri querellare potest, si frater instituit bastardū eius heredem.
- 14 Filius naturalis tantum, cuius pater pr̄sumptive certus est comprehenditur in l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest.
- 15 Filij spurijs, quando sunt banniti omnes de tali domo, comprehenduntur.
- 16 Filius adoptiuus an comprehendatur in dispositione d. l. quisquis.
- 17 Filius adoptiuus an in ultimis uolūtibus, cōtractibus, & priuilegijs comprehendatur?

Q V A E S T I O VII.



E P T I M O quātro: quid dicendum de filijs naturalibus eius, qui criminē læsæ maiestatis cōmisit, an et ipsi comprehendantur in l. quisquis. s. filij vero. C. ad leg. iul. maiest. Et videatur dicendum q̄ & ipsi subiaceant poenis de quibus in d. s. filij vero. eorum patre commitente crimen læsæ maiestatis in principem siue eius Collaterales: Appellatione enim filiorum spurijs continentur. l. cum pater. ff. de legat. ij. facit, quia vulgari sermone naturales filij appellantur, cui appellationi standum Hierony. Gigas.

OO

L I B E R T E R T I V S . T R A C .

- est l. si seruus plurium. s. fin. ff. de leg. i. l. labeo. ff. de suppellect. legat. l. cum delanionis. s. A sinam molendinariam. ff. de fund. instruct. Et hanc conclusionem Alberi. in d. l. quisquis. col. ij. refert tenuisse quædam Thomam Formagiarum Doctorem Bononiensem disputando: & inter alias rationes adducebat, † quia filius natus in seruitute spurius est, ut cauetur. l. ex libera. ff. de suis. & legitimi. demum alia lege cauetur, q̄ nati in seruitute appellatione filiorum continentur. l. lutius. s. fin. ff. de legat. ij. Hanc conclusionem tenuit etiam Ioan. Andr. in c. statutum. de haeret. in vi. & Angel. in s. interdum. col. ij. versi. quod habetur. instit. de haered. quæ ab intest. defer.
- 3 & Bal. in d. l. quisquis sequitur eandem opinionē, † & dixit ibi, q̄ si filius spurius patrem occidat lege Pompeia de Paricid. tenetur: Ergo idem esse
- 4 debet cum de principe occidendo tractatur, † quia princeps est omnium subditorum pater: ut in l. postliminium. ff. de capt. & postlimini. reuers. & hoc dicit esse verum quando de iure cōmuni in materia indifferenti proferatur, istud verbum filij: † sed quando a statuto profertur tunc dicit intelligendum de filio legitimo & naturali, nam verbum filius est simpliciter prolatum, & nemo simpliciter appellari potest filius nisi sit iustus. l. vlt. ff. de iur. deliber. l. generaliter. in fin. ff. de instit. & substitu. quod etiam ostenditur ex diffinitione filij l. filium diffinimus. ff. de his. qui sunt sui. vel alieni iur. item spurij filij nuncupari non debent. Aut. ex complexu. C. de incest. nupt. & in au. & quibus mod. natu. effic. sui. s. præterea. Et pro ista opinione, q̄ filij naturales tantum comprehendantur in d. l. quisquis. s. filij
- 6 vero. C. ad leg. iul. maiest. facit ratio † quia luxuria non debet esse melioris conditionis quam castitas. casus est in simili in l. iij. iuncta rubr. C. de interd. matri. ad idem glos. in c. statutum foelicis. in verb. voluntas. de haeret. in vi. Ange. Imol. & Alex. in l. ex facto. s. qui rogatus. ff. ad senat. consult. trebellia. † vbi dicunt, q̄ si ex delicto patris condemnantur filij per iudicem, vel per statutum puniatur, q̄ filiorum appellatione veniunt etiam illegitime nati. idem dixit Dominus & Praeceptor meus Carol. Ruin. in cons. 80. de duobus est videndum. col. v. nu. 13. in iij. vol. idem voluit Ange. in tract. malefi. in verb. & hui tradito la tua patria. versic. quærerit Cynus. nu. 14. & hanc opinionem tenuit etiam Martin. de Laud. in tra. de crim. læse maiest. q. xx. vbi rationem adducit, † q̄ facere contra Imperatorem vel Papam est contra ius quasi naturale: quia Imperator & Papa est omnium pater. allegat ad hoc Alberic. in d. l. filium diffinimus. Facit pro ista opinione text. in c. si gens angelorum. lvi. distin. vbi habetur, q̄ bastardi sunt
- 9 prompti ad omnia deteriora. In contrarium tamen facere videtur, † q̄ isti naturales, quos bastardos vulgo appellamus, non possunt appellari de domo, familia, seu agnatione patris. Dyn. in l. cum pater. s. mater. ff. de leg. ij.

- 10 Andr.de Isern.in c.i.in tit.si de feud.defunct.† nec possunt insignijs Do-
mus paternæ vti , vt late per Andr. Tiraquel. in tract.suo nobilit.ca.25.
nu.12.e 13. item infames,& vilis conditionis sunt,vt per Azon.in sum-
ma.C.de infam.Bal.in l.ij. in princ.in vlt.not.ff.de liber.& posthu.Bal.
11 in consl.373.præmittendum est.in princ.in i.volū.† nec etiam legitimata
admittitur naturalis filius ad feudum concessum patri pro se,et filijs,vt
habetur in c.naturales.& ibi late Doct.in tit.si de feud.fuer.controu.inter
12 Dom.& Agnat,† et Domini Veneti tales legitimatos non admittunt ad
nobilitatem,nec ad eorum consilia,vt dixit Fulgos,in consl.62.stante sta-
tuto.col.ij.verfic.hoc quoq; evidentius. Quinimmo Domini Veneti nec
etiam legitimatos per subseqnens matrimonium admittunt ad eorum no-
bilitatem, sed bene illos admittut vitilegitimos ad bonorum successiones,
ad fideicommissa & feuda : iuxta terminos.c.tanta. qui fil.sint legit. facit
quia proprie filij naturales appellatione filiorum non veniunt: quia de iu-
13 sis intelligitur l.vlt.ff.de iure deliber.† quinimmo Mosayca lege isti ba-
stardi templum domini ingredi vscq; ad decimam generationem prohibe-
bantur : vt habetur Deutero.c.23. Et de iure communī si bastardus insti-
tuatur hæres in testamento fratris,frater tanquam sit instituta turpis perso-
na,testamētum fratris quærelare potest,vt per Cyn.in l.fratres.C.de inof-
fici.testam.Alex.in l.ex facto.col.v.in princ.ff.de vulgar.& pupillar.sub-
stit. In hac qd. Cyn. in d.l.quisquis.C.ad leg.iul.maiest.ad partes arguit,
quē vide ibidē in ij.col.in verfic. quarto qritur.demū distinguit sic, q; aut
filius natus est ex certo cōplexu,vt ex cōcubinatu vel ex alio cohitu certo
licet a lege dānato,& tunc quia pater est certus,dicit in eo locū habere.d.l.
quisquis. quia talis est de sanguine improbato.arg.tex.in l.nihil.& l.ado-
ptiuus.s.seruiles.ff.de rit.nupt. aut est natus de tali cohitu ex quo pater re-
putatur incertus,& tunc dicit Cyn.non habere locū.l.prædicta. quisquis.
quia cessant rationes secūdum quas nos informare debemus: vt in.s.opor-
tet.in auct. de iudic et ff. de rit. nupt.l.lege.s.i. cum ista distinctione tran-
fit Alberic.in d.l.quisquis.col.ij.& Saly c.ibidem col.i.vers.quæro tertio.
14 † Erit ergo conclusio, q; filius naturalis tantū,cuius pater præsumptiue cer-
tus est,comprehendetur in d.l.quisquis.in.s.filij vero.C.ad leg.iul.maiest.
& hanc conclusionem tenuit etiam.D.Ioannes Corrasius Tholosas in l.
15 liberos in fin.ff.de senator.† Pro qua facit,quod voluit Ang.in l.ita stipu-
lati.s.grisogonus.ff.de verb.obligat. vbi tenuit, q; si sunt banniti omnes
de tali domo,includuntur etiam spuri,proper communē vsum loquēdi,
licet proprie nō sint de domo. Ad idem Felyn. in prohæm. Decretal.col.
16 ij.nu.9.† Sed quid dicemus de filio adoptiuo,an comprehendendetur in di-
spositione.d.l. quisquis.s.filij vero.C.ad leg.iul.maiest. Dicas q; non : &
OO ij

erit ratio, quia ex quo nō descendit a sanguine infecto non militant in eodē rationes de quibus in d. s. filij vero. Ergo nec militabit eadem iuris dispositio. c. cum cessante. de appellat. cum vulgaribus. † facit etiā quia filius adoptiuus in vltimis voluntatibus, in contrariabus, in priuilegijs, & etiam in dispositione legali appellatione filij non venit. l. si ita quis. s. fin. ff. de legat. ij. & not. per Specul. in tit. de locat. s. nunc aliqua. versi. 6 s. Alex. in l. adoptiuum. ff. de in ius vocand. & l. fideicommissum. ff. de condit. & demonstra. & per D. Carolum Ruinum Preceptorē meum in consi. 87. Quia Mathaeus. col. viij. nu. 16. in ij. volu.

S V M M A R I V M.

- 1 L. quisquis. C. ad legem iul. maiest. an locum habeat in hæredibus secundi gradus?
- 2 Iura sanguinis, & carnis, magis transfunduntur in filios quam in Nepotes.
- 3 Liberorum appellatione comprehenduntur ceteri descendentes.

Q V AE S T I O VIII.

- CTAVO quæro; an dispositio. l. quisquis. s. filij vero. C. ad leg. iul. maiest. locum habeat in hæredibus secundi gradus, videlicet in nepotibus? Hanc quæstionem examinat Alberic. in d. l. quisquis. col. i. versi. item quæritur vtrum. vbi dicit, q̄ Ricardus sub dubio forte tenebat q̄ sic, allegando tex. in l. senatus consulto. ff. de rit. nupt. & tex. in l. filium. ff. ad Macedon. facit pro ista parte tex. in l. liberorum. ff. de verb. signifi. & l. filij. & l. iusta. eod. tit. Pro contraria vero opinione allegat tex. in l. q̄ si nepotes. ff. de testam. tutel. & hanc opinionem, q̄ hæredes secundi gradus non comprehendantur in dispositione. d. l. quisquis. s. filij vero. refert tenuisse Thomam Formagiarum Doctorem Bononiensem, qui hæc quæstionē disputauit, in quæ incipit, quæritur nunquid. vbi dicit, q̄ in nepotibus non est eadem ratio quæ est in filijs † quia iura sanguinis & carnis magis transfunduntur in filios, quam in nepotes, qui remotiores sunt. arg. l. cum quæritur. ff. de excep. rei iudic. Cyn. autem in d. l. quisquis. col. i. versi. tertio quæro. dicit, q̄ hoc dubium est sublatum per quandam constitutionem Federici Imperatoris, quam Romana ecclesia post ilius damnationem approbavit, in qua vtitur verbo liberorum † quorum appellatione comprehenduntur ceteri descendentes. l. quod si nepotes. ff. de testam. tutel. & l. liberorum. ff. de verbos. signific.

S V M M A R I V M.

- * Filius clericus patre cōmitete crimē lese maiestatis, an priuetur beneficio ecclesiastico?



- 2 Fili⁹ cleric⁹ non comprehendantur in l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest.
- 3 Fili⁹ cleric⁹ ob delictū crim. læſe maiest. a patre cōmissum, nō priuat⁹ sua præbēda.
- 4 Fili⁹ committentis crimen læſe maiestatis si post delictum patris fiant cleric⁹ sunt inca-
paces beneficiorum ecclesiasticorum propter infamiam.
- 5 Ius patronatus an transeat in fiscum commiss⁹ criminis læſe maiestatis?

Q V A E S T I O IX.



ONO quero: quid dicendum de filijs clericis, an compre-
hendantur in l. quisquis. s. filij vero. C. ad leg. iul. maiest?
Ioan. de Turre Cremat. in c. si quis. in versic. surgit hic du-
biūm. vi. q. i. dicit, secundum opinionem Laurētij q̄ non.
idem not. glos. 56. distinct. in c. satis peruersum † vbi di-
xit, q̄ filius clericus patre committente crimen læſe mai-
statis in principem non priuat⁹ suo beneficio ecclesiastico: quia cum sit
clericus est exemptus a iurisdictione Imperatoris: vt not. Doct. maxime
Ioan. Andr. in c. vergentis. in versic. conseruata. de hæreti. clericatus enim
eos exemps a iurisdictione iudicium secularium. 96. distinct. c. bene quidem.
hanc opinionem tenuit etiam Augusti. de Arimino. in addit. ad tract. An-
geli. de maleſic. in verb. et hui tradito la tua patria. in additioне quæ incipit.
2 Tu autem in hac materia † Et q̄ filij clerici non comprehendantur in di-
ſpoſitione. d. l. quisquis. ſentit etiam Archidia. in dict. capit. ſiquis. vi.
quæſtion. i. & Matl. de Affliſt. in c. i. ſ. & bona committentium. colum.
ix. in fin. nume. 118. in titul. quæ ſint regal. not. Doct. in clement. pa-
ſtoralis. de re iudic. Imol. in l. cum filius. ff. de verbor. obligat. & Angel. in
tract. maleſic. in verb. & eius bona publicamus. in versi. quid ſi filius fami-
lias. nu. 27. † vbi dixit, q̄ filius ob delictum criminis læſe maiestatis a pa-
tre commiſſum non priuat⁹ beneficio ecclesiastico q̄ obtinet, neque ſua
præbenda. Idem tenuit Collectar. in c. in quibusdam, versi. ſed quid ſi pa-
ter. ext. de poen. idem tenuit Henric. Boich. in d. c. vergentis. col. fin. in fin.
de hæret. vbi dixit, q̄ cum clerici ſint exempti a iurisdictione iudicis ſecu-
laris. 96. distinct. c. duo ſunt. & i. q. iiiij. c. contrarium. non perdunt benefi-
cia ob crimen læſe maiestatis a patre commiſſum. ſubdens, q̄ ſi tempore
delicti commiſſi per patrem filij erant clerici admittuntur etiam ad obti-
nenda beneficia ecclesiastica: † ſecus vero ſi tunc erant layci, & post pa-
tri delictum eſſe. & ſunt clericis quia tunc propter infamiam ad obtinenda
nō eſſent capaces, per text. in c. infames. vi. q. i. istā opinionem tenuit etiam
Cardinal. Zabarel. in d. c. vergentis. in fin. de hæret. & ibidem Ioā. de An-
nan. col. ij. versi. vtrum autem filii: pro qua adduco ea quæ late dixi ſu-
ſ. pra q. quarta. ſub rubri. de poen. committen. crim. læſe maiest. † vbi vidit

mus, an iuspatronatus transeat in fiscum commisso crimine læsæ maiestatis, & propterea confiscatis bonis delinquentis: & decisum fuit q̄ non, & tamen iuspatronatus est annexum spiritualitati. c. quanto de iudic. si ergo pater ex talī delictō iuspatronatus non amittit quo ad proprietatem, a fortiori filius ex patris delictō non amittet beneficium ecclesiasticum, quod est quid spirituale. Quid autem dicendum sit quando pater crimen læsæ maiestatis commisit offendendo Papam vel eius Cardinales, an eo casu filius amittat beneficia ecclesiastica quæ obtinet: vide infra q. xi.

S V M M A R I V M.

- 1 Filij rei crim. i.e. maiest. an puniatur qualitercūq; per patrem tale delictū sit cōmissum?
- 2 Filij rei criminis Læsæ maiestatis, qui molitus est contra Rēpublicam sive ciuitatis, an comprehendantur in l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest.
- 3 L. quisquis. C. ad leg. iul. maiest. continet nouam pœnam contra offendentem principem, uel eius Collaterales.
- 4 Filij rei criminis Læsæ maiestatis, in ciuitate Venetiarum Nobilitate priuantur.

Q. V AE S T I O X.

- D**E C I M O quæro: an dispositio l. quisquis. s. filij vero. C. ad leg. iul. maiest. vbi filij illius qui commisit crimen læsæ maiestatis efficiuntur incapaces successionis paternæ, maternæ, auitæ, & omnium proximorum, ac etiā extraneorum, locum sibi vendicet qualitercūq; per patrem committatur dictum crimen? Dicas q̄ non: sed solum quando pater dictum crimen commisit contra principem & eius Collaterales, qui pars principis reputatur. vt in d.l. quisquis. † Secus si quis molitus esset cōtra Rēpublicam Romanorum, aut suæ Ciuitatis. ita dixit Angel. in d. l. quisquis. col. i. in fin. in versic. in tex. ibi proximorum. & allegat. text. in l. eorum. ff. ad leg. iul. maiesta. idem sentit Cyn. in d.l. quisquis. s. filij vero. col. i. versi. tertio oppono. & Sozin. consi. 275. in causa fratum Andreæ. col. ij. versi. confirmatur. allegat tex. in l.i. ij. & ij. ff. ad leg. iul. maiest. in quibus legib⁹ ponitur pœna quam incurrit committens tale delictum contra Rēpublicam Romanorum: & tamen non irrogatur filijs aliqua pœna. † facit, quia tex. d.l. quisquis. continet nouam pœnam contra offendentem principem vel eos qui sunt ad latus illius, dicens, q̄ cum simus in odio suis extensio fieri non debet † & ego vidi seruatum in Alma Ciuitate Venetiarum q̄ patre damnato de criminе læsæ maiestatis filij tantum nobilitatis gradu priuati fuere, & non inhabilitati ad successiones aliquorum præterquam paternam: quia patris bona omnia in fiscum delata fuere.

S V M M A R I V M .

- 1 Filius patre committente crimen læse maiest. cōtra Papā amittit beneficia ecclesiastica.
- 2 Filius patre committente dictum delictum contra Papam vel Cardinalem sit inhabilis ad beneficia Ecclesiastica obtinenda.
- 3 Idem est si pater damnetur de hæresi.

Q V A E S T I O X I .

Vnde C I M O quæro: vidimus supra q. ix. proxima præcedente, qd filius patre committente crimen læse maiestatis contra principem sive eius Collaterales nō priuatur beneficijs ecclesiasticis, quæ obtinet. Quid dicendum erit, si pater crimen prædictum contra Papam vel eius Cardinales committat? Dicas tali casu filium beneficijs ecclesiasticis quæ obtinet priuari arg. c. i. de scismat. not. Ioan. de Imol. in l. si quis insultaret. in fin. prin. ff. solut. matri. Et hanc cōclusionem videtur sentire Io. de Turre Cremat. in c. si quis. vi. q. i. in versi. surgit. iterum quæstio. vbi dicit qd si pater committeret crimen læse maiestatis contra Papam credit qd hoc casu filius eius clericus priuaretur beneficijs, vt in c. fœlicis. de poen. in vi. & ita etiam tenuit Henric. Boich. in c. vergentis. col. fin. in fin. de hæret.
† vbi dixit, qd si pater committit crimen læse maiestatis contra Papam vel Cardinalem amittit filius beneficia quæ obtinet, & ad obtinenda inhabilis efficitur. Et pro ista conclusione est text. expressus in d. c. fœlicis. in §. quod si quis prædictorum. vbi expresse dicitur, qd filij nec non & nepotes eorum, qui crimen læse maiestatis Cardinalem hostiliter in sequentes vel percurientes sive capientes committunt, beneficijs ecclesiasticis priuantur, etiam si pontificali dignitate præfulgeant. de quo Doct. late in præalle gato. c. fœlicis. † idem est in hæresi: nam si pater damnetur de hæresi eius filius si sit clericus non solum fit incapax ad obtinenda beneficia ecclesiastica, sed etiam iam obtentis priuatur: vt habetur per Henric. Boich. in d. c. vergentis. col. si. prope finē. allegat tex. in c. quicūq; s. hæretici. eod. tit. in vi.

S V M M A R I V M .

- 1 Filii cōmittetiū crimen læse maiest. incurruunt infamia nō ex suo sed ex patris delicto.
- 2 Filii predicti an ab honoribus ecclesiasticis, & etiam ordinibus repellantur.
- 3 Filii eius qui commisit crimen læse maiestatis, si restituantur ad famam sive ad ordines per Papam, an in foro Imperiali ad honores admittantur?
- 4 Infamis restitutus ad famam per Papam etiam damnatus per secularem iudicem recipiendus est ab Imperatore.

- § Filii rei criminis læse maiestatis restituti ad famam per Imperatorem, an ad ordines Ecclesiasticos recipientur?
- 6 Infamis ex proprio delicto ab Imperatore restitutus ad famam, ad ordines Ecclesiasticos promoueri non potest.
- 7 Pater damnatus de crimen læse maiestatis, ex cuius delicto filii effecti sunt infames, si restituatur ab Imperatore, an censeantur & ipsi restituti.
- 8 Principali sublato tollitur accessorium.

Q V A E S T I O X I I .

- D**ODECIMO quæro: certum est q[uod] filij committentium crimen læse maiestatis in principem vel eius consiliarios efficiuntur infames: vt habetur in l. quisquis. in s. filij vero. C. ad leg. iul. maiest. & est speciale in crimen isto vt quis incurrat infamiam, non ex suo, sed ex alieno delicto: vt not. Archidac. in c. si quis. vi. q. i. † an propter hoc repellatur isti filij ab honoribus ecclesiasticis, & etiam ordinibus? Et dicendum est q[uod] sic. Infames enim omnes sunt qui, a legibus seculi infamantur. c. ii. vi. q. i. ita dixit Præposit. in d. c. si quis. in versi. an tales repellantur. facit vulgata iuris regula in c. infamibus. de regu. iur. in. vi. vbi dicitur, q[uod] infamibus portæ dignitatum non patent. l. infamia. C. de decurio. lib. x. l. iudices.
- 3 C. de dignitat. lib. xii. & habetur per Dyn. in d. c. infamibus. † Sed quid si Papa filium eius qui crimen læse maiestatis commisit restitueret ad famam, siue ad ordines habilitaret: an talis etiam in foro imperiali ad honores esset admittendus? Et dicendum q[uod] sic, per tex. in c. per venerabilem. qui fil. sine legit. & not. in c. cum te. de re iudic. ita voluit Præposit. in d. c. si quis. vers. supra allegato, & idem voluit ibidem ante eum Ioan. de Turre Cremat. in versi. item insurgit hic alia quæstio, vtrum si Papa. idem tenuit Collectar.
- 4 in c. in quibusdā. versi. quid si Papa ext. de pcen. † vbi dixit, q[uod] si Papa ali quem damnatum per secularem restituat ad famam, q[uod] talis recipiendus est ab Imperatore, qui minor est Papa. allegat Archidia. in c. verum. vi. q. i. reprehendentem Gratianum dicentem, infamiam ex lege ortam, non nisi per Imperatorem tolli posse: quia immo & Papa illam tollere potest.
- 5 † Quid autem dicemus si Imperator prædictos filios restituat? Dicas, q[uod] eccllesia statim illos ad ordines recipiet, cum ipsi nunquam deliquerint: ita
- 6 dixit Præposit. in d. c. si quis. versic. quæro an tales. † Secus tamen esset in his qui ex proprio facto infames sunt. Tales enim etiam ab Imperatore restitui & ad ordines promoueri non possent, nisi Papa eos restitueret. c. il li. vi. q. i. ita notanter dixit Ioan. de Turre Cremat. in d. c. si quis. in versic. item insurgit alia quæstio, Quid de alijs qui infames sunt. ead. causa & q[uod] Sed quid

- † Sed quid dicendum sit, quando Imperator patrem damnatum de crimi ne lœsæ maiestatis restituit, an filij qui ex patris delicto infames facti sunt (ut in d.l. quisquis. s. filij vero. C. ad leg. iul. maiest.) cœleanur et ipsi restitu ti, & ab infamia liberati, adeo qd ad ordines ecclesiasticos promoueri possint sine alia Papæ dispensatione? Dicas qd sic: Ita voluit Io. de Turre Cremat. in d.c. si quis. vi. q. i. versi. item surgit quæstio virum si Imperator. nu. 8.
- † facit, quia sublato principali tollitur accessorium: filij enim ex facto patris non suo infames effecti sunt: patre igitur, & sic principali ad famam restitu to ab Imperatore, & ipsi filij restituti censendi sunt.

S V M M A R I V M.

- 1 Patre damnato de crim. l.e. maiest. in contumaciā, quia noluit comparere, an filij puniantur?
- 2 Regulariter ubi quis ex alterius delicto punitur, non tenetur quando contra principalem ob eius contumaciam fertur sententia.
- 3 Distinctio Auctoris in casu prædicto.

Q V A E S T I O X I I I.



E R T I O D E C I M O quero: si pater imputatus de cri-
mine lœsæ maiestatis contra principem, vel illius Collate-
ralem Citatus ad se defendendum a tali imputatione non
compareat, & contra ipsum contumacem sit lata senten-
tia bannitoria & confiscationis bonorum; iuxta terminos.
l. quisquis. in princ. C. ad leg. iul. maiest. an tali casu punian-
tur eius filij, vt continetur in d.l. quisquis. s. filij vero? Videtur dicendum qd
non: † quia vbi aliquis ex alterius delicto punitur, non tenetur quando co-
tra principalem ob eius contumaciam fertur sententia. facit tex. in l. si ideo.
ff. de eu. ctio. l. præses. C. de pignor. & ibi glof. Dyn. in l. i. C. quando ex
fact. tutor. & habetur per Bart. in l. cum filius. in princ. ff. de verb. obligat.
† In isto articulo distinguerem: qd aut ex processu contra tales formato
probatum est ipsum crimen lœsæ maiestatis in principem siue eius Collate-
ralem commississe, & eo casu, quia sententia lata est contra coniustum, licet
contumacem, dicerem filios affici poenis de quibus in d.s. filij vero: quia ve-
re constat de patris delicto: Aut crimen in processu non erat probatum,
sed pater condemnatus fuit ex mera contumacia, & isto casu dicerem præ-
dictam sententiam filij non nocere, & sic locum esse superius dictis. Co-
gita tamen: Dubium enim facit quia dicitur in d.l. quisquis. qd eadem seue-
ritate voluntas sceleris huiusmodi, qua effectum puniri debet.

Hierony. Gigas.

PP

LIBER TERTIVS. TRAC.

S V M M A R I V M .

- 1 Filiæ committentis crimen læsæ maiestatis an incidat in poenas in quibus incident filiæ
- 2 Filius committetis crimen læsæ maiest. et filia eiusdē, quinq; modis inter se differunt.
- 3 Fœmine regulariter masculis timidiores sunt, secus in actibus uenereis.
- 4 Animalia Masculina fœmineis audaciora sunt, Virsa, & Pantera, fœmine maribus sunt audaciores.
- 5 Filiæ fœmine, an infames fiant sicuti masculi in casu l. quisquis. C. ad l. iul. maiest.
- 6 Extensio in materia poenali, licet fiat de persona ad personam, quando hoc procedat.
- 7 Masculinum licet alias in materia odiosa concipiatur fœminum, Secus est quando o-
dium est irrationale.
- 8 Rebells si quis factus sit cum suis, an fœmine ex ipso rebelle nate comprehendantur.
- 9 Filij bannitorum si prohibeantur a statuto stare in ciuitate, fœmine nō comprehenduntur.
- 10 Dispositio l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest. quo ad filios continet odium irrationale.
- 11 Constitutiones in quibus unus pro alio puniatur sunt contra ius naturæ, & diuinum.
- 12 Statutum q; imponit poenam uni pro alio non est laudabile sed ualde iniquum.
Statutum quo unus pro alio puniatur, nūquā extendi debet.
- 13 Dispositio in filijs non habet locum in filiabus quando est diuersa ratio.
- 14 Filius natus ex patre partiali contra Regem presumitur esse eiusdem uitij.
Filius gesta patris immittari presumitur.
- 15 Filius presumitur eiusdem intentionis cuius fuit pater.
- 16 Posteriorum appellatione ueniunt etiam fœmine.
- 17 Index in iudicando, a communi opinione regulariter recedere non debet.
- 18 Index qui contra communem opinionem iudicat, censetur per imperitiam iudicare.
- 19 Index iudicans contra communem opinionem item suam facere dicitur.

Q V A E S T I O X I I I I .

- V A R T O D E C I M O** quæro: an poena in famiæ & in-
capacitatibus: de qua in d.l. quisquis. in s. filij vero. inducta con-
tra filios eius, qui in principem vel eius Collaterales cri-
men læsæ maiestatis committunt, locum habeat etiam in
filiabus: Et dicendum q; non, per tex. in d.l. quisquis. s. ad
filias sane. C. ad leg. iul. maiest. ubi filiæ capiunt falcidiam
ex bonis matris, siue testata siue intestata decesserit, ex quo tex. iuncto tex.
ibidem in s. filij vero. plures elliciuntur differentiae inter filium & filiam
eius qui commisit crimen læsæ maiestatis. t. Prima erit, q; filius, a successio-
ne materna siue ex testamento siue ab intestato totaliter excluditur. d.s. fi-
lij vero. attamen filia falcidiam in bonis matris habere debet, vt in d.s. ad
filias. Secunda differentia erit, q; filius excluditur a successione extraneo.
- 

rum ex testamento, ut in d.s.filij vero. & tamen in filiabus hoc dispositum non reperitur, ut patet ex d.s.ad filias. Tertia erit differentia, nam filij perpetuo egentes & pauperes esse debent, ut in præallegato.s.filij vero. at filiae mediocrem alimoniam potius quam Emolumenntum & nomen hæreditis habere debent, ut disponitur in d.s.ad filias. Quarta erit differentia, quia filios paterna infamia semper concomitatur. d.s. filij vero. in filiabus vero hoc non reperitur dispositum. Quinta erit differentia, quia filij paterni hoc est haereditarij criminis exempla metiuntur, ut inquit text. in d.s.filij vero. filias autem pro infirmitate sexus minus ausuras esse confidimus: ideo circa eas mitior debet esse sententia, ut dicit text. in præallegato.s. ad filias sane. in fin. † ex quo not. Cyn. q̄ fœminæ regulariter masculis timidiiores sunt: secus tñ dicit esse in actibus venereis, allegat illud Iuuenal. 3.

Fortem animum præstant rebus quas turpiter agunt.

- 4 Idem dicas esse in animalibus in quibus fœminæ pariter Timidiiores sunt, ut inquit Aristotel.lib. ix. de animal. Excipit tamen Vrsam & Pantaram, quas dicit audatores maribus esse. † Sed quæro: an secunda & quarta differentia circa fœminas veritatem continant, & sic an filiae in casu. d.l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest. reddantur infames sicuti filij, & pariter in capaces ad successiones extraneorum? Bart. in l.i. ff. de verbo. signific. tenuit. poenam infamie & incapacitatis honorum, de quibus in d.s.filij vero. extendi non debere ad filias fœminas: dum ibi dicit, q̄ appellatio filiorum non veniunt filiae, & sic q̄ masculinum non concipiatur fœmininum in terminis d.l. quisquis. s.filij vero. & rationem esse dicit, quia dicta. l. quisquis. continet odium irrationalis. & idem tenuere Bal. Angel. & Salicet. in l. quicunq̄. C. de seru. fugit. quia & ipsi ea ratione mouentur, † q̄ licet alias in materia penalí extensio fiat de persona ad personam, ut not. glos. & Doct. in l. si quis id quod. ff. de iurisdict. omnium iudicium. & not. Bal. per illum tex. in c. i. s. porro. in tit. quæ fuit prima causa benef. amittend. in vībus feud. Hoc tamen procedit quando odium est rationale secus si sit irrationale, ut in d.l. quisquis. s.filij vero. nam irrationale est, q̄ filius pro patre puniatur quando ipse nō deliquit. Isto enim casu de una persona ad aliam non sit extensio: Ita dixit Dec. in terminis. d.l. quisquis. in consi. lxvij. Et diligenter pro viribus. col. penul. versi. cōfirmatur hoc quia. in i. vol. † Quin immo licet alias in materia odiosa masculinum concipiatur fœmeninum, ut in d.l. si quis id quod. Tamen quando odium est irrationale secus est, ut in d.l. quisquis. s.filij vero. & hoc etiam tenuerunt Bal. Angel. & alijs. in l. Gallus in princ. ff. de liber. & posthu. Imol. in l. si ita scriptum. de legat. ij. Cyn. & alijs in d.l. quicunq̄. C. de seru. fugit. Et q̄ propter odium irrationale q̄ continet d.l. quisquis. in s.filij vero, ibi masculinum non concipiatur fœminum.

LIBER TERTIVS. TRAC.

nimum, tenuit etiam Ias. in d.l. si quis id quod col. ij. versi. item vbi tractatur de odio. & ibidem col. ij. versic. Sexto limita. & idem voluit Areti. in
 8 consi. 3. 9. per totum tibi notanter dixit, qd si aliquis sit factus rebellis ipse & sui, ea ratione quia ipse Tradidit Arcem sive Fortilitium Hostibus, qd sub illo verbo, sui non venient foeminae ex ipso rebelle natæ. ad idem fa.
 9 cit qd dixit Bal. in l. quicunqz. C. de seru. fugit. tibi voluit, qd si ex forma statuti filij bannitorū prohibeantur stare in ciuitate, sub dispositione dicti statuti filiae foeminæ non comprehendentur. idem tenuit Curt. Iunior. in consil. 1. 76. præsupponitur in facto. col. ij. nu. s. & Curti. Senior. consil. 30. in facto contingit dubitari. Et qd vbi agitur de odio irrationali (vt in d.l. quis quis.) masculinum foemininum non concipiatur, tenuit etiam Dominus Carolus Ruinus præceptor meus in consil. 103. vñis legitimationibus col. 8.
 10 nu. 1. 4. in ij. vñum. t Pro conclusione prædicta, qd dispositio. d.l. quis quis. in d.s. filij vero. contineat odium irrationalē, facit qd legitur Ezechiel. c. 17. & in c. Iudxi. i. q. iiii. vbi scriptum est, qd filius iniqutatem patris non portabit, ad idem facit qd voluit Bald. & ibidem Saly. in rubr. C. res inter
 11 ali. a. ta. tibi dixit, qd constitutiones in quibus vñus pro alio punitur sunt contra ius naturæ & diuinum. Et dixit idem Bal. in l. dotis. C. de iure dor.
 qd statutum quod filijs pro patribus poenam imponit, est valde durum &
 12 Rigorosum. t & dixit Angel. in l. Sancimus. C. res inter alios a. ta. quod statutum quod imponit poenam vni pro alio non est laudabile, sed valde iniqum, ad idem facit qd voluit Bal. in l. captivi. C. de epis. & cleric. vbi dixit, qd statutum quo vñus pro alio punitur, tanquam odiosum nunquam extendi debet, maxime quando poena corporalis vel infamiae imponitur.
 Confirmatur prædicta conclusio, qd d.l. quis quis. in s. filij vero. contineat odium irrationalē ex eo, qd filius ex patris delicto puniatur: quia id est contra iuris communis dispositionem, quo cautum est, qd poena suos tenere debeat Authores. l. Sancimus. ff. de poen. & in rubr. C. ne fil. pro patre. & rursus est contra ius diuinum, in quo scriptum est, anima qua peccauerit ipsa morietur. c. si habes. 24. q. ij. est etiam contra ius canonum, quo caetur, vt nullus odio alterius prægrauetur. c. non debet. de regu. iur. in vi. Et qd masculinum non concipiatur foemininum in d.s. filij vero. propter odium irrationalē, de quo ibi, tenuit etiam Dec. in l. foemine. nu. 109. ff. de reg. iur. comprobatur & alia ratione: qd in d.l. filij vero. appellatione filiorum non
 13 veniant filiae t quia vñcunqz est diuersa ratio in filiabus quam in filijs dispositum in uno non habet locum in alio, vt notanter dixit Bald. in l. seruus. C. commu. de success. in d. auten. s. filij vero. dicitur, qd ideo ibi disponitur contra filios, quia paterni hoc est hereditarij criminis exempla in eis metiuntur, qd ibi dicit Saly. in ij. not. qd filius censetur heres eiusdem pro

ditionis, et de simili prodictione contra eum est præsumptio, per verba tex-
 tus ibi, in quibus &c. Adde tu, q̄ filius natus ex patre partiali contra re-
 gem, præsummitur & ipse esse eiusdem virtū, vt notanter dixit Angel. in
 l. si fugitiui. C. de seru. fugit. & filius gesta parentis immittari præsummi-
 tur. Specul. in prob. Specul. ad idem facit q̄ voluit Bal. in liberti li-
 bertæq;. C. de oper. libert. vbi. dixit, q̄ filius præsummitur eiusdem inten-
 tionis cuius pater fuit, faciunt plura quæ ad hoc congerit Thom. Gram. in
 consil. i. 3. in causa milioniana. col. ij. & idem in consil. 3. i. in causa mag. Io.
 Bap. col. i. nu. 4. 5. In. s. vero ad filias sane in ead. l. quisquis. C. ad leg. iul. ma-
 iest. dicitur, q̄ circa eas mītior debet esse sententia, quas pro infirmitate se-
 xus minus ausuras confidendum est. & sic patet, q̄ diuersa est ratio in fi-
 liabus quam in filijs, merito de masculo ad foemina ad fœminam ibi nō fiet extensio.
 Et ista est commu. opinio contra quam insurgit Claudius de Seysello in
 d. l. si quis. id quod. ff. de iurisd. omnium iudic. vbi. voluit, q̄ poena incapaci-
 tatis & infamiae statuta contra filios committentis crimen læsæ maiestatis
 (de qua in d. s. filij vero.) locum habeat etiam in filiabus: asserens ita con-
 suluisse in quadam causa quæ runc indecisa pendebat, & multa circa hoc
 pro, & contra adducit, & tandem residet in d. contraria opinione. Et licet
 omnia adduta per Claudium contra dictam commun. opin. transcribe-
 re non intendam, non propterea omittam respondere aliquibus per eum
 addutis, quæ magis stringere videntur pro eius opinione.

Et primo non obstat, q̄ idem Claudius dixit, q̄ tex. d. l. quisquis. in. s. fi-
 lij vero. declaratur per tex. in l. fi. C. de bon. damnat. in fin. vbi dicit tex. q̄
 committens crimen læsæ maiestatis iustum poenam ad suos etiam poste-
 ros transmittit, & posteriorum appellatione vniuent etiam filiæ. vt per
 glos. in l. sordidorum. C. de excusat. muner. lib. x. & facit text. in c. vbi cūq;. de
 poen. in vi. Nam dico, q̄ d. l. fina. in fin. C. de bon. damnat. non declarat
 d. l. quisquis. immo ab illa declaratur, vt colligitur ex glos. in verb. trans-
 mittit in d. l. fin. quæ declarando illa verba ad suos posteros transmittit, re-
 fert se ad text. in d. l. quisquis. ad quod facit etiam text. in au. t. bona dam-
 nat. C. eod. titu. de bon. damnat. quæ au. t. immediate sequitur post d. l. fin.
 & d. au. t. in fin. dicit, in maiestatis vero criminē cōdemnatis veteres leges
 seruari iubemus. & ibi glos. in verb. iubemus. dicit, vt supra ad leg. iul. ma-
 iest. Ex quo clare patet. d. l. fin. in fin. non declarare text. in d. l. quisquis. sed
 ab illo declarari. Nec etiam obstat communi opinioni tex. in d. l. fi quis id
 quod. ff. de iurisd. omni. iudic. in quo Claudius facit magnum fundamen-
 tum pro sua opinione: quia licet ibi verbum, si quis, declaretur per illum
 tex. comprehendere tam fœminam quam masculum contravenientem, id
 merito procedit, quia poena suos Authores tenet, q̄ etiam erit in criminē.

læsæ maiestatis. Nam nemo dubitat, quod in d.l. quisquis. C.ad leg.iul.ma
 iest. illud verbum, quisquis non comprehendat etiam foeminam commit-
 tentem crimen læsæ maiestatis : sed in d.s. filij vero, disponitur, qd filij non
 ex suo sed ex patris delicto puniantur, ergo non est bona illatio qd idem sit
 in filiabus in quibus est inducta alia dispositio diuersa, vt habetur in eadē.
 l. quisquis. in s. ad filias sane. Secundo respondeatur, qd tex. in d.l. si quis id
 quod. continet odium rationale: quia punit pariter & masculum & foemi-
 nam delinquentem: sed tex. in d.l. quisquis. s. filij vero. punit filiū, nō ex suo
 sed ex paterno delicto, quod est irrationalē, vt supra dictum fuit. cum igi-
 tur tex. in d.l. si quis id quod. continet calum longe diuersum, ex eo ad ca-
 sum nostrum, nō erit bona illatio. l. Papinianus exuli, de minor. ff. Et dum
 subdit Claudius loco præallegato, qd eius opinio tenenda est in iudican-
 do & consulendo, & qd temerariū esset aliter iudicare, cōstat ex præmissis
 secus fieri debere: maxime quia (vt dixi,) Prima opinio communis est,
 17 † & a communī opinione regulariter in iudicādo recedere non debemus,
 vt not. Doct. in c.i. vbi Abb. col. iiij. versi. & vt habeas. de constitut. et Bal.
 in l.i. in fin. ff. de vulgari & pupillar. substit. & in c.i. in fin. de nat. success.
 feud. Alex. in consi. 25. nu. 2, in vi. vol. Soci. nepos. cons. 189. nu. 74. in ij.
 18 vol. † Quinimmo iudex, qui contra communem opinionem iudicat, cen-
 setur per imperitiam iudicasse, vt dixit Alex. in l. cum prolatis. & ibi An-
 gel. ff. de re iudic. Ias. in l. fin. col. penul. ff. qui satisfar. cogant. & dixit Bar.
 19 in l. ij. C. de poen. iudic. qui mal. iudic. † qd iudicans contra communem
 dicitur facere litem suam. Cæterum si cupis uidere quibus casibus masculinum
 concipiatur foemininum, vide per Archid. in c. si quis suadente. xvij.
 q. iij. & ibidem per Egid. Bellem. latissime, Et per doct. in d.l. si quis id
 quod. ff. de iurisd. omni. iudic. & per doct. in l. quicunq. C. de seru. fugit.
 & per Decium. in d.l. foeminæ ff. de regul. iur.

S V M M A R I V M .

- 1 Filia damnati de crimine læsæ maiestatis an dotari debeat a fisco, in quem bona pa-
tris deuenerunt?
- 2 Ferdinandus Rex Neapolis Principis Rosani filias, qui contra eum crimen læsæ mai-
estatis commiserat, honorifice dotauit.
- 3 Filij immitatores patris esse censemur.
- 4 Foemine minus auctore iudicantur.
- 5 Foemine timidiiores uiris sunt, præterquam in actibus uenereis.
- 6 Ratio cur mulieres sint audatiores uiris in actibus uenereis.
- 7 Filia qñ simul cū patre machinata est contra principem uel eius statum, æque punitur.
- 8 Mulieres de Bocacijs Brixienses dammate fuere pro crimine læsæ maiestatis.

Q. V. A E S T I O . X V.



VINTO DECIMO quæro: an filia damnati de crimi
ne læsæ maiestatis dotari debeat a fisco in quæ patris dam
nati bona detuenerunt? In hac quæstione Bal. in l. si patri.
col. iij. C. de dot. promissio. tenet q. sic. quem refert & se
quitur Math. de Affl. in c. i. in s. præterea si vasallus. in
versic. glof. iij. nu. s o. in tit. quæ fuit prima causa benefic.

amittend. & idem Math. in tit. quæ sint regal. in s. & bona committitum.

col. i. circa princ. t vbi tenendo hanc opinionē refert, q. tempore suo Ferdinandus Rex Neapolis hoc seruauit: Nam cum fuisset damnatus Princeps Rosani, qui notorie maiestatis crimen commiserat contra ipsum regem, illius bonis omnibus fisco delatis, idem rex eiusdem dānatī filias honorifice nuptui tradidit, easdem ex paternis bonis fisco additis dotando. Et sic ex hoc confirmatur conclusio de qua supra q. proxima præcedenti, Quod filiae rei criminis læsæ maiestatis non puniuntur eisdem poenis quibus masculi ex huiusmodi patris delicto. t Et diuersitatis ratio, est quia filii immittatores patris esse censemur, & eius delicti hæredes. d. s. filii vero l. quisquis.

C. ad leg. iul. maiest. t foeminæ vero minus auture iudicantur, cum mari bus timidiiores sint, vt not. Doct. in d. l. quisquis. in s. ad foeminas sane. vbi Cyn. in vi. not. t dicit, foeminas timidiiores viris esse, præter quā in actibus venereis, in quibus viris audaciores sunt. facit illud Ouidij lib. 4. Metham.

Callida per tenebras uersata Cardine Tysbe.

Egreditur, fallitq; suos, adopertaq; uultum

Peruenit ad tumulum, dictaq; sub arbore sedit.

Audacem faciebat amor.

t Rationem autem, cur mulieres audatores sint viris in actibus venereis esse puto, quia (vt inquit Aristotel. lib. iij. de animal.) foeminæ habent partes inferiores validiores quam viri: viri vero partes superiores validiores quam foeminæ: Ideo mulieres ad luxuriam proniores sunt. Et quia tempore aestiuo mulieres magis stimulantur ad venerem, quam tempore hiemali, puto eas audaciores in actibus venereis esse aestate quam hiemali: secus in masculis, qui tempore hiemali magis quam mulieres venerem appetunt, teste Aristotel. lib. v. de animal. t Limita tamen supradictam conclusiō nem nom procedere, quando filia simul cum patre machinata fuisset contra principem, vel eius statum. per tex. in d. l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest. Nam sub illo verbo, quisquis, comprehenditur tam masculus quam foemina committens crimen læsæ maiestatis, vt not. ibi Doct. & habetur expressum, in l. si quis id quod. ff. de iurisd. omni. iudic. multoties enim repertum.

est fœminas etiam in prædictum crimen incidisse, † Et ego vidi condemnationem latam vsq; de anno domini millesimo quadringentesimo duodecimo die trigesimo Iulij per quædam. D. Petrum de Ballano tunc postularem Brixiae, pro magnifico. D. Pandulfo de Malatestis, tunc Brixiae et Bergomi Dominio, contra quasdam mulieres de Boccacij pro criminis læse maiestatis quæ insimul cum eorum viris rebellarent ab eodem Domino Pandulfo, & adheserat Domino Fazio Cani Scaligero, qui tunc Veronæ Dominatum tenebat. fuere etenim dictæ mulieres ad poenam capitales, & bonorum confiscationem condemnatae.

S V M M A R I V M.

- 1 Hermafroditus patre cōmittente crim. læse maiest. an puniatur sicut ceteri filii eiusæ?
- 2 Hermafroditus incalescens magis in sexum fœmineum, quam virilem, non succedit in feudo, a quo foemine excluduntur.
- 3 Hermafroditus cum baptizatur, quando sibi imponatur nomen maris uel fœminei.
- 4 Hermafroditus an posset esse testis.
- 5 Fœmine in testamentis an possint esse testes?
- 6 Primus Hermafroditus fuit Veneris, & Mercurij filius.
- 7 Androgine sunt Populi in Africa utriusq; sexus.
- 8 Hermafroditus pariter incalescens in utroq; sexu quomodo sit iudicandus?
- 9 Hermafroditus incalescens pariter in utroque sexu ad ordines clericales promoueri non potest.
- 10 Reprobatur opinio Præpositi circi hermafroditum.
- 11 Una & eadem res non debet diuerso iure censerit.
- 12 Incertitudo actum uitiat.
- 13 Hermafroditus pariter in utroq; sexu incalesces, an ad successionem feudi admittatur?
- 14 Imperfectus non est omnino qui perfecto similis est.
- 15 Hermafroditus quod incalescat magis in uno quam in alio sexu, quomodo cognoscatur.
- 16 Hermafroditus qui utriusque membra officio fungi potest, cogi potest alterum eligere quo uti uelit.
- 17 Aequus Turcus in ciuitate Venetiarum uisus est habens utrumque sexum.
- 18 Hermafroditus tenetur singulo anno confiteri peccata sua.
- 19 Statutum quod mulier contrahere non posset sine consensu consanguineorum an comprehendat hermafroditum?
- 20 Matrimonium contractum cum Hermafroditu an teneat?
- 21 In Ciuitate Venetiarum Hermafroditus quidam qui reputabatur puella nupsit, & matrimonium fuit dissolutum.

Q V A E S T I O XVI.



EXTODECIMO quero: vidimus supra quæstione
xiiij. & q. xv. proxime præcedentibus, qualiter ex patris
delicto in criminè læsæ maiestatis filius puniatur: & qd cū
filiabus mitius agitur: & qd text. in l. quisquis. in princ. C.
ad leg. iul. maiest. comprehendit, tam fœminam quam ma-
sculum dictum crimen perpetrantem: † Quid dicendum
erit de Hermafrodito, an iudicandus sit secundum dispositionem. tex. d. l.
quisquis. in s. filij vero. aut secundum dispositionem d. l in s. ad fœminas
fane. & sic an vti filius vel vti filia illius qui crimen læsæ maiestatis com-
misit iudicandus sit? Pro intelligentia huius quæstionis distingendum
puto: qd aut Hermafroditus incalescit magis in sexum virilem, aut magis
in sexum fœmineum. Primo casu vt masculus iudicabitur. l. sed & quæsti-
tum. & ibi doct. maxime Alex. ff. de liber. & posthu. Et eo casu vti filius
masculus iudicabitur incurisse poenas, de quibus in d. s. filij vero patre co-
mittente crimen læsæ maiestatis. Secundo vero casu, quando magis inca-
lescit in fœmineum sexum, & tunc vt fœmina censendus est. l. cum quæriri
ff. de stat. hom. & sic comprehendetur sub dispositione. d. s. ad filias sa-
ne. † facit ad hoc, quia quando Hermafroditus incalescit magis in sexum
fœmineum quam virilem, (quo casu iudicatur vt fœmina,) non succe-
det in feudo, a quo regulariter fœminæ excluduntur. vt voluit glof. in l.
de quibus. in verb. quibus. ff. de legibus. per text. in d. l. cum quæritur. se-
cū si magis in virilem sexum incalescat, vt voluit Bal. in c. i. de alien. feud.
pater. & idem in c. si clientulus. col. iiij. de alien. feud. doct. in l. i. C. quæ sit
long. consuet. & Bald. in l. fin. C. de suis. & legit. † facit quia cum baptiza-
tur Hermafroditus, si eius sexus magis in virilem præualeat, ei nomē ma-
sculi imponitur: si secus fœminæ nomen ei imponendum est, vt per Bal.
in l. quoties. C. de suis. & legit. & Ang. in l. de quibus. ff. de legibus. † Sed
an Hermafroditus poterit esse testis? Dicas hoc dependere a qualitate eius
sexus, vt dicit text. in c. testes. s. Hermafroditus. iiiij. q. iiij. & l. repetūdarum.
ff. de testibus. Nam si quæramus, an possit esse testis in testamento: viden-
dum erit an magis in eo sexus masculinus quam fœmineus præualeat.
Nam si præualeat sexus fœmineus non poterit esse testis in testamento:
† quia fœminæ in testamentis testes esse non possunt. s. testes. inst. de testa-
men. & ita dixit glof. in d. s. Hermafroditus. & ibi doct. maxime Ioan. de
Turre Cremat. idem voluit Specul. in titul. de instrum. editio. s. xij. versic.
quid si unus ex testibus. In indicijs vero admitteretur, vt dicit præalle-
gat glof. Si vero magis in sexum virilem incalesceret, tunc etiam in testa-
mento.

Hierony. Gigas.

QQ

- mento testis esse poterit, ut dicunt doct. ibi quod ex illo tex. probatur, dum ibi dicitur, Hermafroditus an ad testimonium admittatur, qualitas sexus in calescentis ostendit, & ibidem Ioan. de Turre Cremat. idem tenuit Hosten. in summa, in tit. de testibus. in versi, quis posse esse testis, versi, quid de Hermafroditio. Vide Nellum, in tract. suo. de testi. nume. 4. & Steph. Aufer. in simili tract. suo. nu. 49. & Jacob. Butri. similiter in tract. de testib. nu. 7. & Ioannem Corasium Doctorem Tholosanum in l. cum queritur.
- 6 ff. de stat. homin. † vbi dixit quod primus Hermafroditus fuit Veneris & Mercurij filius, dictus ab Hermes quo nomine Mercurius a Græcis nuncupabatur, & Aphrodite, quod est Venus, et appellatur etiam Androginos.
- 7 qui vir est, & foemina, & vt testatur Plinius lib. vii. cap. 3. † Androgino sunt Populi in Aphrica utriusque sexus, inter se mutuis vicibus coeūtes, qui huius dextera Mama virilis est, leua muliebris.
- 8 † Quid autem dicendum erit si in Hermafroditio sit Paritas sexus, adeo ut non magis in uno quam in alio sexu incalescat, Hug. quem referunt doct. in d. s. Hermafroditus. dicit se credere quod tunc de eo sit iudicandum sicuti de foemina, & ideo testificari non poterit, in casibus in quibus foemina in testes non admittuntur, & minus tali casu ad ordines clericales promoueri posset, ut voluit Ioan. de Turre Cremat. qui refert etiam Guiliel. ita tenuisse, & Praeposit. in d. s. Hermafroditus, rationem adducens, quia vbi in Hermafroditio paritas sexus reperitur, ordinari non deberet, quia Tutor via tenenda est c. Iuuenis. de sponsal. sed circa testimonii ferrendum dicit esse dubitabile, quia editum de testibus est prohibitorum certarum personarum, & qui non reperitur prohibitus testificari posse videtur l. i. & l. ii. in princ. ff. de testibus. subdens quod Hermafroditus solum reperitur prohibitus, quando magis in foetuum sexum incalescit, vbi foemina a testimonio arcentur, ergo in casu dubio testificari non erit prohibitus, & in ista opinione residet idem Praeposit. quæ salua tanti virireuerentia mihi non placet. Nam in Hermafroditio iure statutum est quod ad hoc ut sciamus an testis esse possit nec ne, qualitas sexus in calescentis ipectanda est, ut dicit expresse tex. in d. c. si testes, in præallegato. s. Hermafroditus, ergo eo non apparente testificari non poterit, secundo reprobatur dicta doctrina Praepositi ex alio, quia ipse in d. s. Hermafroditus concedit, quod non apparente in quo sexu magis præualeat ordinari non poterit, quod nulla alia ratione esse potest, nisi quia potius foemina quam mas iudicetur, cum foeminæ ordinari non possint, ut supra dictum tuit, Ergo pariter in testimonio ferendo, vbi in teste requiritur qualitas masculina,
- 11 admitti non debet, & quia una & eadem res non debet diuerso iure censi. l. eum qui edes. ff. de vsu cap. facit quia vbi actus est in incerto non est

satisfa^{tum} legi requirenti certam qualitatem, puta masculinitatis, vt in l.
 12 repetundarum. ff. de testi. & in d.c. si testes. §. Hermafroditus. iiiij. q. iij. † vi-
 demus enim quod incertitudo actum vitiatur. l. duo sunt Titij. ff. de testam.
 tutel. præterea si teneremus opinionem Præpositi, esset destruere dictum
 Hug. quem refert et sequitur idem Præpositi. in d.s. Hermafroditus. qui vo-
 luit, q̄ in paritate sexus Hermafroditus iudicetur ut fœmina. Nec obstat
 fundamentum Præpositi dum dicit, q̄ edictum de testibus est prohibitio
 rum certarum personarum. l.i. & l.iiij. ff. de testibus, & qui non reperitur
 prohibitus testificari potest: quia respondeo, q̄ in casu nostro decisum est
 in iure, qualitatem sexus magis incalescentis in Hermafroditto spectandam,
 vt sciamus an in negotio de quo agitur testis esse possit, vt in d.l. repetun-
 13 darum & in d.s. Hermafroditus. † Quid autem dicendum erit quo ad
 feudi successionem, an Hermafroditus æqualiter in utroq; sexu incalesces
 ad illam admittatur? Angel. in l. de quibus. ff. de legibns mouet hanc quæ
 stionem in ij col. versi. sequitur in glo. idem erit. Et ibi decidit, q̄ si talis pe-
 teret se ad feudum admitti tanquam masculus, & exciperetur contra eum
 q̄ esset fœmina, tunc cum probationes essent æquales succumberet agēs.
 arg. text. in l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui sat. dar. cogant. Bal. vero
 in l. quoties. col. ij. versi. Sed contrarium dicebatur. C. de suis. & legitim. di-
 cit se consuluisse, q̄ si visis pudendis quæ sunt vilissima pars corporis no-
 strinon appareret maior incalescentia in uno sexu quam in alio, si tamen
 ex alijs operibus virtutis q̄ agilitate corporis in eo virilitas præpondera-
 14 ret, q̄ talis casu in feudo succederet: † quia nō est omnino imperfectus qui
 similis est perfecto: quia imperfectio tali casu est occulta, quia tegitur: per-
 fectio autem est euidens & manifesta, & ideo dicit hanc eligendam.
 15 † Sed quæro: quomodo cognosci possit, q̄ Hermafroditus magis in
 uno quam in alio sexu incalefacat? Præposit. in c. testes. §. Hermafroditus.
 iiij. q. iij. refert Hug. dicere, q̄ hoc cognoscitur per aspectum corporis vel
 conuersationem, vel si barbam habet, & semper velit virilia pertractare
 & exercere, non autem fœminea, ac semper cum viris vult esse & conuer-
 sari, non autem cum fœminis. dicit enim ex hoc significari q̄ in virilem se-
 xum magis incalefacat, si vero barba careat, & semper velit esse cum fœ-
 minis, & opera fœminea exercere: & eo casu iudicari posset fœmineum se-
 xum in eo præualere. Idem dixit ibidem Ioan. de Turre Cremat. & ibidē
 dicit Præposit. q̄ ad huiusmodi præpositum multum facit inspectio geni-
 talium. Dicas tamen, q̄ si ex inspectione genitalium non appareret q̄ ma-
 gis in uno quam in alio sexu præualeret, sed ex corporis agilitate & alijs
 virtutibus virilibus, & operibus virilitas cōstaret, vt masculus iudicaretur.
 vt dixit Bal. in præallegat. l. quoties. col. penul. versi. sed contrarium dice-

- ¶ 6 batur. C. de suis & legiti. hæredi. † Quid si Hermafroditus vtriusq; mæbri offic. fungi possit, q; vtric; quādoq; accidisse inuentū est? Et Hostiens. in summa in tit. de teste. in versi. quis possit esse testis. vers. quid de Hermafrodit. Testatur, q; in sua villa Seruſiæ Hermafroditus inuentus est, qui & foeminei & virilis sexus officio vtebatur. Dixit Hostiens. ibidem, q; co-
gi potest eligere quo vti velit, & iureiurando astringetur de cætero ad al-
tero non vtendum: cum duplici officio, & maxime tam diuerso, fungi nō
debeat. arg. xvi. q. i. c. presbyteros. & arg. tex. in c. diuersis. de cleric. coniu-
gat. & l. si plures. ff. de paet. quod suo tēpore fecisse dicit Episcopum Tau-
rinensem eius Diocesanum. Et ego vidi in Ciuitate Veneriarum hoc an-
no. 1551. de mense Ianuarij equum Vnum Turchum habentem vtrūq;
sexum, & carentem testiculis: sed sexus foemineus in eo erat admodum
paruus ac inutilis, emittebat enim Vrinam ex membro quod etiam erat
- ¶ 7 satis paruulum, non ex signo foemineo. † Cæterum Hermafroditus te-
netur singulo anno confiteri peccata sua, vt masculus & foemina: Ita dixit
Anto. de Butr. in c. omnis vtriusq; sexus. de poenit. & remissio. & ibidem
- ¶ 8 Iac. Zochus. Ferrariensis. † Item Hermafroditus incidit in poenam. l. si quis
in tantam. C. vnde vi, secundum Bar. & Bal. in d. l. si quis in tantam. col. ii.
- ¶ 9. † Quid dicendum stante statuto, q; mulier contrahere non possit sine cō-
sensu consanguineorum, an in eo comprehendetur Hermafroditus. Bal. in
l. omnes populi. col. ix. vers. 4. quid si statutum dicat. ff. de iust. & iur. dixit,
q; non: quia Hermafroditus est homo mixtus, non autem propriæ mu-
lier. idem teuuit Petr. de Anch. in repet. c. canonum statuta. in versi. venio
ad quartum membrum. de constitut. de quo vide solennem Doctorem
Præceptorem meum D. Guliel. Pōtanum Perusinum in l. stipulationum;
- ¶ 10. col. viij. circa. fin. versi. quod firmat Bal. ff. de verbis. obligat. † Ex p̄-
dictis deciditur quæstio: vtrum matrimonium contractum cum aliquata
quam muliere, qua tamē vtrunc; sexum habebat, tenuerit: Nam si se-
xus masculinus præualet, vtic; matrimonium erit inualidum, si vero in ea
- ¶ 11 foemininus sexus validior esset, vtic; matrimonium tenebit. † Et casus ac-
cidit iam multis annis in has alma Ciuitate Veneriarum, q; quedam no-
bilib; puella, (ita enim reputabatur) nupsit cuidam nobili, a quo transdu-
cta, & a viro vt secum tanquam cum eius vxore matrimonium consuma-
ret requisita, inuenta est magis in virilem quam in foemineum sexum in-
calescere, quo circa re in iudicium corā R euerendiss. Patriarcha loci ordi-
nario deducta matrimonium inter eos contra statum inualidum existere
pronuntiatū extitit, de quo perbelle alludens Christophorus Pierius Gī-
gas Patrius meus egregius poeta sic scriptit.

Sanguine Patritio Puer est, & nata Puella.

Credita femella est : mas fuit ille simul.
In dubio est sexu, maris at plus parte calescit.
Pro Pudor. Ut mulier nupsit Adulter erat.

S V M M A R I V M .

- 1 Mater committens in principem sicut pater, incidit in crimen læse maiestatis.
- 2 Lex exhorbitans aliquando loquens in matre ad patrē extenditur ex idētitate rationis.
- 3 Filij matre committente crimen læse maiestatis in principem, an incident in poenam.l.
quisquis.C.ad leg.iul.maiest.
- 4 Filius non dicitur una persona cum matre, sicuti cum patre.
- 5 Mater committens crimen læse maiestatis punitur eisdem poenis quibus pater tale delictum committens.
- 6 Secus quo ad filios.
- 7 Quando aliquis punitur a iure , uel ab homine usque ad certam generationem descendentes ex linea masculina tantum comprehenduntur.
- 8 Priuilegia concessa masculis & eorum posteris ad foeminas non extenduntur.
- 9 Posteri plus in delicto patris quam matris puniuntur.
- 10 Statuta loquentia in patre non extenduntur ad matrem.
- 11 Maritus non punitur uxore committente crimen læse maiestatis.
- 12 Filij a semine uiri procedunt non matris.
- 13 Filius patri non matri assimilatur.
- 14 Filius generationem a patre non a matre consequitur.
- 15 Masculus potest generare in alio, foemina uero est que generat ab alio.
- 16 In generatione an requiratur concursus paterni & materni seminis?
- 17 Filius cum patre una & eadem caro reputatur.
- 18 Crimen læse maiestatis, & crimen hæresis equiparantur.
- 19 Argumentum de crimine læse maiestatis, ad crimen hæresis validum est. Non, econtra.
- 20 Maiestatem diuinam offendere plus est quam offendere terrenam.
- 21 Aequiparatio criminis læse maiestatis, & hæresis, quo casu procedat.

Q V A E S T I O X V I I .



E C I M O S E P T I M O quæro: vidimus hucusq; quomodo ex delicto læse maiestatis per patrem commisso filij puniantur iuxta terminos.l.quisquis.C.ad.l.iul.maiest. verum quia etiam mater committens dictum crimen incidit in poenam illius legis (quam non est dubium a dicta lege cōprehendi, ut dixit Angel.in tract.malefi.in verb. & hui tradito la tua patria.in verbi. & aduertendum est. vbi refert, q; licet iusitatum videatur, q; mulier huiusmodi crimen committat, tamen q; ip-

- se semel de facto vidit Bononiæ. Idem tenuit Angel. in s. interdum. instit.
 1 de hæred. quæ ab intest. deferunt. † vbi dixit, q̄ glof. in d.l. quisquis. in s. ad filias sane. in verb. non ausuras. quæ dicit, q̄ mater incidit in crimen læsæ maiestatis si in principem committat, vt est dictum de patre in eadem.
 2 l. quisquis. in princ. est communiter approbata, † nec hoc est mirandum: quia aliquando lex exorbitans loquens in matre ex identitate rationis ad pa
 3 trem extenditur, vt not. per glof. in l. foeminæ. C. de secund. nupt.) † An autem commissio criminis læsæ maiestatis in principem per matrem filij pugnantur, sicuti puniuntur quando pater huiusmodi crimen commisit: In
 4 ista quæstione Alberi. in d.l. quisquis. col. penul. dixit, q̄ non: † quia filius non dicitur vna persona cum matre sicuti cum patre. Et quia ille text. hoc non dicit: ergo extendi non debet l. interpretatione. ff. de poen. hoc idem tenuit Odofre. ibi in vers. sed quero quid erit si mater. vbi dixit, q̄ Azo. contrarium tenuit, quamuis pro sua opinione non alleget aliquam legem. & q̄ d.l. quisquis. loquitur ratum de patre, et nil de matre dicit: unde cum sit poenalis & odiosa, vt colligitur arg. ff. de liber. et posthu. l. cum quidam
 5 † Oldrad. vero in hac quæstione vt resert. Alberic. in d.l. quisquis. distinguebat, q̄ aut loquimur de peenis quibus puniuntur committentes dictum crimen quæ ipsius committentis personam concernunt: Et eo casu idem sit in matre tale delictum committente quod est in patre, videlicet q̄ capite puniatur & eius bona fisco applicentur: et isto modo procedat glof.
 6 in d.l. quisquis. supra allegata. † Quo vero ad poenas quæ alios tangunt, vt puta q̄ filij bonis maternis sicuti paternis, quando pater delinquit puniatur, vel quantum ad id quod sint incapaces successionum aliorum: quod hoc casu d.l. quisquis locum non habeat. Et ita etiam tenuit Ho
 7 stiens. in c. vergentis. de hæret. & rationem adducit, † nam quoties ab homine vel, a iure puniuntur aliqui usq; ad certam generationem, solum illi qui descendunt ex linea masculina puniuntur: non autem ex linea foemina, nisi aliud a lege vel ab homine exprimatur. c. vbi cunque de poen. in vi.
 8 † sicuti & privilegia concessa masculis eorumq; posteris, non ad foeminas, sed solum ad masculos extenduntur. l. i. s. i. ff. de iur. immu. ergo poena ad eas multomagis non sunt trahendæ: vt not. in c. statutum. de hæret. in vi.
 9 & in ista Decisione residet Alberic. in d.l. quisquis. col. i. † facit pro ista opinione, quia posteri plus in delicto patris quam matris puniuntur: & est ratio, quia maior est dignitas in sexu virili. l. i. ff. de senator. & not. Ioan. Monach. in c. statutum in princ. de hæret. in vi.

Contrariam vero partem, q̄ immo & filij matre committente crimen læsæ maiestatis puniatur, eisdem poenis sicuti quando pater dictum erime admisit, tenuit glof. in d.l. quisquis. in s. ad foeminas sane. in verb. minus

ausuras, quam glof. sequitur Petr. ut refert ibi Cyn.col.i. circa medium. In
 versic. circa legē istam. vbi dicit, q̄ ratio qua Petrus mouetur illa est, quia
 eadem ratio est in matre quæ in patre: & vbi eadem est ratio, ibidem idem
 ius esse debet. Ia titio. ff. de verb. obligat. Et in ista opinione videtur etiam
 Cyn. residere. pro qua est glof. in c. statutum. el ij. de hæret. in vi. in verb.
 Innane, quæ tamen ad hoc nil allegat, sed tantummodo refert glof. in d.l.
 quisquis. Salyc. tamen in d.l. quisquis. in s. filij vero. col. i. versi. adhuc quæ
 ro, relata opinione Petri & Cyni dicit eorum' opinionem sibi non videri
 tutam, cum materia sit penalis & odiosa. † Ideo statuta in Patre non sunt
 ad matrem extendenda. argumē. eorum quæ not. in l. ij. C. de patr. qui fil.
 distrax. & argumen. eorum quæ notantur in l. raptiores. C. de episc. & cle
 ric. & in s. ite mixta. inst. de action. † & rationem adducit: quia si vxor
 committit crimen læsæ maiestatis, maritus & sic Pater filiorum non pu-
 nitur. † Ergo nec filij, quia a semine viri procedunt, non matris, vt l. lege
 duodecim tabularum. s. i. C. de suis. & legit. hæred. & in hac opinione resi-
 det Salyc. cuius opinionem tanquam æquiorem amplectit. † pro qua fa-
 cit, quia filius patri nō matri assimilatur, iuxta illud, Sæpe solet filius simi-
 lis esse patri. & hinc est, q̄ in crimen læsæ maiestatis filius paterni criminis
 hæres esse censetur, vt dixit tex. in d.l. quisquis. s. filij vero. † Itē facit, quia
 filius generationem a patre, non a matre, consequitur: Nam principium
 motus in generatione pater est. Mater vero est sicut materia, vt dixit Ari-
 stotel. lib. i. 4. de animal. hinc est, q̄ fœmina non generat pro se: quia in di-
 get principio motus, q̄ est mas, vt idem Aristotel. testatur eo libr. vbi etiā
 dixit, † quod mas est illud quod potest generare in alio: Fœmina vero
 est quæ generat ab alio: merito ergo patris non matris naturam filius se-
 qui præsummitur. † An autem in generatione requiratur concursus pa-
 terni & materni seminis, vel sufficiat solum emissio seminis patris receptū
 a matre? vide quæ late circa hoc scribit Nicolaus Boerius alios referens
 decis. 241. nu. 7. & nu. 8. in ij. part. Et hinc est, q̄ filius dicitur esse portio
 paterni corporis. l. cum scimus. C. de Agricol. & censit. lib. xi. & cum pa-
 tre (vt dictum fuit) vna & eadem persona. l. fin. C. de impub. & ali. sub-
 stit. † quinimmo filius cum patre vna & eadem caro reputatur, vt habe-
 tur 35. q. vi. c. hæc authoritas. Et pro ista opinione, q̄ filij non puniantur
 matre in principem crimen læsæ maiestatis committente, facit etiam, q̄
 not. do. & in d.c. statutum. el ij. de hæret. in vi. vbi Philip. Franc. & Petr. de
 Anch. dicunt, q̄ maior est infectio in patre quam in matre. † Nec obstat
 si quis dixerit, q̄ cum crimen læsæ maiestatis & crimen hæresis equipar en-
 tur, per tex. in l. Manicheos. C. de hæreti. & c. vergentis. eod. tit. & ibi glof.
 in verb. ex hæredatio, Ergo dispositum in uno debet in alio locum habe-

re: cum de crimine hæresis ad crimen læsæ maiestatis arguatur. glos. in d.l. manicheos. in verb. debet. & not. in auct. Gazaros. C. de hæret. vbi Cyn. & Salyc. sed in hæresi si mater incidat eius filij puniuntur, vt habetur in d. c. statutum. de hæret. in vi. & ibi glos. in verb. Inane: Ergo idem erit in cri-
 mine læsæ maiestatis. † Respondendo ad huiusmodi obiectum dicas, qđ de crimine læsæ maiestatis ad crimen hæresis validum est argumentum, sed non econtra. Si enim in crimine læsæ maiestatis aliquid est permisum, multo magis id erit in crimine hæresis. d.l. manicheos. & in præallegata auct. Gazaros. C. de hæretic. & d.c. vergentis. in fin. Non tamen omnia quæ in crimine hæresis admittuntur locum habent in crimine læsæ maiestatis, ita voluit Ioannes Igneus in repet. l. necessarios. s. non alias. num. 6. & 45. ff. ad Syllenian. ratio prædictæ diuersitatis esse potest: quia per hæresim offenditur Diuina Maiestas: per crimen læsæ maiestatis offenditur maiestas terrena. † plus autem est diuinam quam terrenam offendere maiestatem. l. hi qui sanctam. C. de hæretic. c. vbi cunque. de pœn.
 21 † Quinimmo equiparatio prædicta de crimine hæresis, ad crimen læsa maiestatis habet locum in his quæ in iure expressa sunt, ut voluit Præposit. in c. penul. s. porro. vi. q.i. sed iure cautum non reperitur, qđ in crimine læsæ maiestatis filij puniantur ex delicto matris: Ergo in hoc non procedet æquiparatio inter hæresim, & crimen læsæ maiestatis, per prædicta.

S V M M A R I V M.

- 1 Crimen læsæ maiestatis commissum per maritum, an noceat eius uxori?
- 2 Vxor pro marito pati non debet.
- 3 Vxor marito committente crimen læsæ maiestatis, quo tempore dotes suas repetat.
- 4 Exilium paupertatem inducit.
- 5 Vxor etiam bonis mariti non publicatis dotem suam repetere poterit.
- 6 Vxor repetit suam dotem a fisco a quo bona mariti sunt occupata.

Q V A E S T I O X V I I I .

- D**E C I M O O C T A V O quero: si maritus crimen læsæ maiestatis in principem commiserit, an ex hoc aliquod nocumen-
 tum sequatur eius vxoris? Dicas qđ non: per tex. in l. quisquis. s. vxores sane. C. ad leg. iul. maiest. vbi tex. dicit, qđ vxores co-
 2 mittentium crimen læsæ maiestatis recuperant suas dotes. † Non enim vxor pro marito pati debet. l. ob maritorum. C. ne vxor. pro marit. & ha-
 betur in toto illo tit. Nec ex mariti delicto conditio vxoris in suis bonis
 fit deterior.

fit deterior. l.i.C. ad leg. iul. de vi publi. & l.i.C. de priuile. fisc. & ita tenuit
 etiam Ant. de Bur. consil. 61. stricte non reputo. nu. 3. † Sed videndum
 est quo tempore vxor dotes suas repetere poterit: & dicendum est, q̄ Si
 mulier non est in culpa statim viro bannito illas petere poterit. † Exilium
 enim paupertatm inducit. glo. not. in auct. de exhib. & intromit. reis in
 princ. idem dixit Ioan. Andr. in tit. de donat. s. fin. super versic. quid si vir
 est in banno. in addit. Specul. Et ita tenet Alexand. in l. si cum dotem. s. si
 maritus. versic. Ex his infert I mol. ff. sol. matr. Ang. in l. cum acutissimi. s.
 illud. C. de præscript. xxx. annorum. & Roma. in cōsi. 187. † Quinimmo
 etiam bonis mariti banniti non publicatis vxor dotem suam repetere po-
 terit: vt voluit Bar. in d.l. si constante. in versicul. quinto quāero, pone q̄
 maritus. † Et si bona mariti essent a fisco occupata, mulier dotem suam a
 fisco repetere poterit: vt in l.i. & ibi not. C. de repud. ita dixit etiam Bapti-
 sta de Sancto Blasio, in suo tract. de priuile. dot. Centuria ij. in versic. cente-
 simo trigesimo, num. 46. & habetur per Campege. in tract. suo de dote. in
 iii. parte q. 23. incipiente, si maritus sit bannitus.

S V M M A R I V M .

- 1 Vxor sequens maritum reum criminis læse maiestatis, an incurrat aliquam poenam?
- 2 Vxor non tenetur capere, uel denuntiare regi maritum suum rebellem, ut capiatur.
- 3 Vxor dans opem marito contra regem punitur.
- 4 Opem ferre dicitur, qui aliquem adiuuat ad peccandum.
- 5 Vxor an teneatur sequi maritum bannitum?
- 6 Maritus & uxor dicuntur socij diuine & humane Domus.

Q. V AE S T I O XIX.



E C I M O N O N O quāro: si vxor maritum pro cri-
 mine læse maiestatis bannitum sequatur, an incurrat in
aliquam poenam? Dicas q̄ non: quia propter mariti re-
bellionem non separatur matrimonium. Scriptum est
 enim Mathæi cap. 19. & erunt duo in carne vna. idem
 Genes. cap. 2. Pauli ad Ephes. cap. 5. & ad Corinth. ca. 6.
 Marci. cap. 10. Hoc tamen procedit, dummodo ipsa vxor contra princi-
 pem aliquid machinata non fuerit: vt habetur per Andr. de Iser. in c. i. s. si
 quis hominem. de pac. tenet. & in c. i. s. porro. quæ sit prima causa benefi.
 amit. & idem voluit Math. de Afflict. in constit. regni. lib. ij. de vxor. for.
 iudicat. nume. 4. † Hinc est vt dicit ibi idem Math. q̄ vxor non tenetur

Hierony. Gigas.

RR

LIBER TERTIVS. TRAC.

capere, vel denunciare regi maritum suum rebellum ut capiatur: de quo
 habetur in au^t. vt nul. iudic. s. si vero contra imperium. Arctissima enim
 coniunctio, quæ est inter virum & vxorem, illam a tali denuncia excus-
 sat: Et ita iudicatum fuisse restatur ipse Mathe. loco præallegato. † Secus
 tamen esse dicit, quando daret opem marito contra regem, vt pura si ven-
 deret sua iocalia, vt maritum rebellantem contra regem iuuaret. † opem
 enim ferre dicitur qui aliquem adiuuat ad peccandum. xliij. q. vi. c. si reus.
 l. qui opem. C. de furt. Et q. vxor non teneatur denunciare maritum re-
 bellem tenuit etiam idem Math. in consti. regni lib. i. in titu. ne fil. pro patr.
 nu. 7. † Sed an vxor teneatur sequi maritum bannitum, habetur per Bar.
 in l. meuiā. s. fin. ff. de annu. legat. per Alexan. & alios. in l. si cum dotem. s.
 maritus. ff. sol. matr. & in c. i. de coniug. lepros. per doct. in quibus locis cō-
 cludunt, q. vxor tenetur sequi maritum bannitum. † dicuntur enim mari-
 tus & vxor socij diuinæ & humanæ domus. l. aduersus. C. de crim. expil.
 hæred. Quid enim tam humanum est quam vt fortuitis casibus mulieres
 maritos, aut vxorem viri participem esse, vt dicit tex. in d. l. si cum dotem. s.
 si maritus. ff. sol. matr. & habetur per Ioan. Bosche. in tract. suo. de iniust.
 nupt. libr. n. versicul. quantum ad exilium. nu. 8. & per Claud. de Seysel.
 in l. si constante. in viij. col. ff. sol. matr.

S V M M A R I V M.

- 2 Receptans malefactorem punitur eadem poena, qua puniendus esset malefactor.
- 2 An uxor receptans uirū bannitum pro crimen læse maiest. tenetur poena receptatorum?
- 3 Vxor de infortunio mariti participare debet.

Q. V AE S T I O X X .

I G E S I M O. quæro: cauatum est iure nostro, q. receptas
 malefactorem puniatur eadem poena qua malefactor pu-
 niendus esset. l. i. C. de his qui latro. & l. i. ff. de recept. ybi
 tex. dicit, q. pessimum genus est receptatorum, sine qui-
 bus latere nemo diu potest, † Quid dicendum de vxore
 receptante virum bannitum, maxime pro crimine læse
 maiestatis? Dicas, q. tali casu poena receptatorum non tenebitur vxor: ita
 tenuit Alber. in tract. suo statu. in iij. part. q. viij. ybi dicit ita fuisse Parmæ
 iudicatum, per tex. in l. i. C. de repud. ibi, non mutet vxor affectū, præser-
 tim quia † vxor de infortunio mariti participare debet l. si cum dotem. s.
 maritus. ff. sol. matr. idem tenuit Angel. in tract. suo malefi. in verb. dicto
 maleficio semper astitit, num. 25. & ibidem Augus. de Arim. in sua addit.



S V M M A R I V M.

- 1 Vxor an teneatur alere virum bannitū pro crimine læse maiestatis uel pro alio delicto.
- 2 Vxor tenetur alere virum suum extra territorium.
- 3 Si fructus dotis sufficienter ad alimenta utriusq; Alias secus.
- 4 Vxor an cogetur alimenta præstare viro suo bannito, ex bonis parafrenalibus que ipsa habet?
- 5 Vxor an cogetur alimenta præstare ex bonis parafrenalibus viro suo, qui esset Hostis Ciuitatis? Et de ueritate istius conclusionis vide nu. 7.
- 6 Iuri particulari bonum publicum præfertur.
- 8 Obligatio uxoris erga maritum & e conuerso est de iure diuino.

Q V A E S T I O X X I .



1 I G E S I M O P R I M O quero: an vxor virum bannitū pro crimine læse maiestatis, vel alio delicto, alere teneatur? Specul. in tit, de donat. inter virum & vxor. s. fin. versic. Sed quid si vir est in banno. dixit, qd vxor quæ suā exegit dotem iuxta formam. l. vbi adhuc. C. de iur. dot. tenetur alere virum suum bannitū siue excommunicatū de dotis suae fructibus, idem voluit August. de Arim. in sua addit. ad tractat. Ang. de malefici. in verb. Et dicto maleficio semper astitit. in vlt. addit. in versl. sed tu vide Speculatorem. † vbi dixit vxorem teneri alere virum suum extra territorium. & Specul. sequitur Bar. in l. si constante. in versic. Quinto quero. Pone qd maritus. ff. solut. matr. vbi dixit dictum Specul. esse menti tenendum: pro quo facere dicit tex. in l. mutus. s. manente. ff. de iur. dot. & tex. in auct. de incest. nupt. in. s. si vero contigerit. col. ij. † Hanc tamen conclusionem procedere dicas si fructus dotis sufficienter ad alimenta utriusq; alias secus, vt dixit Ioan. Franc. Ripa in d. l. si constate in prin. 4 col. x. versl. Quarto dum Barto. ff. sol. matr. Sed pone, † fructus dotis non sufficient, mulier tamen est diues habens bona parafrenalia, an ex talibus bonis cogetur viro alimenta præstare? circa hoc glos. in l. si stipulata. in fin. ff. de don. inter vir. & vxor. tenuit qd non: sed communiter reprobaratur a doctoribus. Contrarium enim tenuerunt. Bar. Ange. & Alex. in l. si cum dotem. s. fin autem in saeuissimo. ff. sol. matr. & Spec. in tit, qui fil. sint legitimi. s. i. versic, quid si mulier diues. Et hanc opinionem humanam esse & tenendam attestatur solennis Doctor Dominus & præceptor meus Ioā. Crot. in repe. d. l. si constante. col. xvi. in versic. tertia sit conclusio. nu. 48. licet ingenij exercendi gratia contra ipsam arguat. † Prædictam tamen conclusionē limita nō procedere, qn̄ maritus esset hostis ciuitatis, vt dicitur de bānito, qui ex forma statuti ipse occidi posset. l. amissio. s. qui deficiunt. ff.

L I B E R T E R T I V S . T R A C .

- de capit. dimin. Ita prædictam conclusionem limitat Bald. Nouel. in d.l.
 6 si constante. † mouetur ex eo, quia iuri particulari bonum publicum præ-
 fertur. l. veluti arguendo ab ordine litero. ff. de iustit. & iur. l. i. s. si ea. ff. de
 7 ventr. in poss. mitten. † prædicta limitatio non videtur vera; nam vide-
 mus q̄ propter insolubilem obligationem, quam habet vxor erga virū
 suum, vxor non tenetur denunciare maritum reum criminis læsæ mai-
 estatis, de quo late dixi supra in rubr. qui accus. poss. in crim. læsæ maiestatis.
 q. 15. Item vxor virum bannitum etiam pro criminis læsæ maiestatis se-
 qui tenetur, vt dixi supra. q. 19. proxima præced. Et ad idem faciunt di-
 eta supra q. 20. proxima præcedente, vbi dixi, q̄ vxor receptans virum
 damnatum & bannitum etiam pro criminis læsæ maiestatis non punitur.
 8 † Quinimmo obligatio vxoris erga maritum, & econuerso est de iure di-
 uino. Scriptum est enim in Euangilio, & erunt duo in carne una. Math.
 cap. 19. & Marci. cap. 10. ac Genes. cap. 2.

S V M M A R I V M .

- 1 Filio committente crimē læsæ maiestatis, an pater ex eius delicto aliquā poenā incurrat?
 2 Pater non portabit iniuriam filij.
 3 Dispositio. l. quisquis. in. s. filij vero. C. ad leg. iul. maiest. continet odium irrationalis. Ideo
 extendi non debet.
 4 Interpretatio stricta fieri debet in materia criminis læsæ maiestatis.

Q V A E S T I O X X I I .



- 1 I G E S I M O S E C V N D O quero: vidimus supra qua-
 liter filij siliæve committentis crimen læsæ maiestatis in
 principem puniantur iuxta terminos. l. quisquis. C. ad leg.
 iul. maiest. † modo videndum est an econuerso filio com-
 mittente crimen læsæ maiestatis pater ex eius delicto ali-
 quam poenam incurrat? Salyc. in l. quisquis. in. s. filij vero.
 2 in versic. ad dictum vero sacræ scripturæ. dicit, q̄ non: † quia scriptum
 est in sacris literis, q̄ pater non portabit iniuriam filij. Item adducit alia
 rationem: quia in patre cessat ratio successionis sanguinis improbati. fa-
 cit, quia vbi cessat ratio dispositionis cessat & ipsa dispositio c. cum cessan-
 te, de appellat. Tertiam adducit rationem, quia poenæ sunt moliendæ. l.
 3 interpretatione. ff. de poen. Addo quartam rationem, quia dispositio. d.
 l. quisquis. in præalleg. s. filij vero. continet odium irrationalis: quia ibi fi-
 lius ex facto patris punitur. ita dicunt ibi doct. ideo extra suos terminos

extendi non debet. Hinc est qd dispositio d.s. filij vero. non extenditur ad filias, de quo late dixi supra q. 14. proxima præcedenti sub hac eadem rubric. & hanc opinionem tenuit etiam Odofred. in d.l. quisquis. in versicul. Or Signori. idem tenuit Deci. in consil. 410. in causa mota Mediolani col. 4 iij. nu. 16. in iij. volum. † Stricta enim interpretatio fieri debet in materia criminis læse maiestatis, ut etiam dicit idem Deci. in d. consil. 410. col. 16. versicul. Et ylterius. nume. 15.

S V M M A R I V M.

- 1 Dispositio l. quisquis. præfertim in s. filij uero. c. ad leg. iul. maiest. an locum habeat in omnibus capitulois criminis læse maiestatis?
- 2 Dispositio d.l. continet nouam dispositionem contra offendentem principem, & eos qui sibi assuntur.
- 3 Poena d.l. respectu filiorum, de consuetudine non seruatur.
- 4 Crimen læse maiestatis proprie committi dicitur, quando contra personam principis, & astantium ad eius latus, & qui sui corporis pars dicuntur, committitur.
Improprie uero, ceteris alijs casibus.
- 5 Si quis commiserit crimen læse maiestatis contra Ciuitatem non recognoscetem superiorem, eius filij non incident in poenas de quibus, in d.l. quisquis. s. filij uero.
- 6 Secus tenet Salyc.
- 7 Concordia opinionum per Auctorem, in supradicto articulo.
- 8 De principe superiori non recognoscere idem iudicatur, quod de supremo principe.
- 9 Quam opinionem teneat Auctor, in supradicto articulo.
- 10 Author uidit Vnetijs seruatum, quod damnato quodam nobile de crimine læse maiestatis, eius filij tantum nobilitate priuati fuere, sed non propterea redditi incapaces successionum aliorum.
- 11 Ciuitas Venetiarum superiori non recognoscit.
Domini Veneti quod agunt in sua Ciuitate, iure suo agunt.
- 12 Domini Veneti cur Imperatorijs legibus non utantur?
- 13 Vera ratio assignatur per Authorem.
- 14 Nec est reprehensibile eorum institutum, immo laudabile.
- 15 Melius est iusto principe regi, qui secundum æquitatem causas iudicet, quam iusta lege.
- 16 In Gallia solennitates iuris, et subtilitates etiam in curijs secularibus non seruantur.
Et actiones contrarie in Gallia cunulantur.
Et layci legibus imperialibus non utuntur.
- 17 Parisijs, & in locis circuinicinis ius ciuale non legitur.
Consuetudines feudales in tota Gallia non fuerunt recepte.
Galli Romanis legibus non utuntur, nisi in quantum ratione nituntur.

- z 8 In Hispania lege cautum est, quod quicunque legem imperialem receperit capite puniatur.
 Pance prouintie reguntur iure ciuili.
 z 9 Prouintie que iure ciuili non utuntur.
 z 10 Offendens Consiliarium de latere Imperatoris ab eo missum ad regendam prouinciam uel Ciuitatem, an puniri debeat tanquam delinquens in magistratum, uel tanquam delinquens in Consiliarium Imperatoris?

Q. V A E S T I O X X I I .

V I G E S I M O T E R T I O quæro: An dispositio.l. quisquis. C.ad leg. iul. maiest. præsertim in.s. filij vero. locum habeat in omnibus capitulis criminis læsæ maiestatis quæ plura sunt, vt vidimus supra sub Rubric. qualiter & a quibus criminibus læsæ maiestatis commit. in pluribus quæstionibus: In ista quæstione dicendum videtur, quod dispositio dicit.l. quisquis. in.s. filij vero, inhabilitans filios committentium crimen læsæ maiestatis ad successiones maternas, & aliorum etiam extraneorum, locum sibi non vendicet, nisi in terminis d.l. quisquis. videlicet, quando tale crimen committitur contra principem & eius Collaterales in eorum necem conspirando, & sic in primo capite criminis prædicti, ita tenuit Cyn. in d.l. quisquis. cuius opinionem sequitur Socin. in consi. 275. in causa fratrum Andreæ, colum. ij. versicul. Confirmatur. in ij. volum. pro qua allegat text. in l.i. ij. & ij. ff. ad leg. iul. maiest. In quibus legibus exprimitur poena quæ committenti crimen læsæ maiestatis contra Rempublicam Romanorum infligitur, & tamen pena prædicta inhabilitatis & infamiae filiorum non imponitur, nec mirum. † quia tex. d.l. quisquis. continet nouam dispositionem contra offendentem principem, & eos qui sibi assidunt, vt ibidem dicunt doct. Ergo extendi non debet, cum simus in poenalibus & odiosis. c. odia restringi. de reg. iur. in vi. & c. in poenalibus, eod. titu. idem voluit Angel. in d.l. quisquis. col. i. in fin. in versic. Item in tex. ibi, ubi dixit, q[uod] poena de qua ibi, q[uod] filij aliquid capere non possint, etiam ex testamento extraneorum, locum habet solum quando eorum pater damnatur ex criminis læsæ maiestatis directe in principem, vel eos qui recte principis pars reputantur, commisso: non autem ex eo q[uod] quis contra Rempublicam Romanorum, aut luxæ ciuitatis machinatus fuerit, allegat tex. in l. eorum, ff. ad leg. iul. maiest. idem 3 voluit Angel. in l. fallaciter. C. de Abolitio. † ubi dixit, q[uod] poena d.l. quisquis, respectu filiorum deconsuetudine non seruatur, quod verbum An-

gelī tanquam viri Excellentissimi & magni Pratici multum esse pondere
 randum a iudicibus affirmat Socin. in p̄r̄alleg. consil. 275. colum. ij. in
 versicul. confirmatur. hoc idem videtur sentire Salyc. in d.l. quisquis. in
 princip. in prima opposit. † vbi dixit, q̄ licet crimen læsæ maiestatis pluribus
 modis committatur, tamen proprie committi dicitur quando contra
 personam principis, & astantium ad eius latus, & qui sui corporis pars di-
 cuntur committitur: Impropræ vero cæteris alijs casibus. idem voluit
 Cardin. consil. 191. & Ioan. Fab. in s. publica. instit. de public. iudic. vbi
 dixit, quod patre committente crimen læsæ maiestatis filij tantum pu-
 niantur, in casu d.l. quisquis. & pro ista opinione tanquam verissima mul-
 ta congerit Socin. in d. consil. 275. per tres aut quatuor colum. ad idem
 Socin. in consilio. 121. p̄mittenda est disputatio. versicul. secundo re-
 spondeo. in iiiij. volum. idem voluit Augusti. de Arimin. in addit. ad tract.
 Angel. de malefic. in verb. Et hanc tradito la tua patria. in ij. addit. incipien.
 Tu autem in hac materia. † vbi tenuit, quod si quis commiserit crimen
 læsæ maiestatis contra Ciuitatem non recognoscetem superiorē, eius filij
 non incident in poenas de quibus in dict. l. quisquis. s. filij vero. pro qua
 opinione allegat text. in l. prima iuncta Rubric. C. de seditionis. vbi habe-
 tur qua poena puniantur committentes contra propriam Reipublicam.
 Et pro ista opinione consuluit Bartholom. Cepol. in consilio. 80. vbi ex-
 pressus dixit, quod dispositio. dict. l. quisquis. in s. filij vero. priuans filios
 committentium crimen læsæ maiestatis successione extraneorum, pro-
 cedit quando huiusmodi crimen committitur contra principem, seu eos
 qui sunt pars corporis ipsius principis: secus esse dicens in alijs capitulis
 dicti criminis. † Salycket. vero qui videbatur sentire in dict. l. quisquis.
 in princip. prædictam opinionem, ibidem in versicul. Iuxta hoc, quæ-
 ro. secus tenet. Dicit enim quod si quis crimen læsæ maiestatis contra
 aliquem ex dominis Italie non recognoscetem superiorem commit-
 tat, de eo iudicandum esse vt de committente tale crimen contra per-
 sonam Imperatoris. argumento notatorum per docto. in l. hostes. ff.
 de capt. & postlimin. reuersi. & per Guilielm. in l. ex hoc iure. ff. de iu-
 stit. & iur. Quando vero huiusmodi crimen committeretur contra prin-
 cipem recognoscetem superiorem, vt puta in Italia sunt aliqui Vi-
 carij Imperatoris, si quis aliquem eorum offendat, licet committat cri-
 men læsæ maiestatis, vt in lege prima. ff. ad legem iul. maiestatis. Ta-
 men hoc casu dicit Salycket. poena ad filios non extendetur: ex quo di-
 cit insurgere quoddam mirandum, quod maior erit poena quando ta-
 le crimen committitur contra eum qui de facto dominatur, quam
 quando contra eum, qui dominatur de iure, seu cum titulo iuris.

qnod ideo esse dicit, quia in isto secundo casu quis non offendit principem sed eius vicarium. hoc tamen reprobat August. de Arim. in addit. ad tract. Angel. de malefi. in verb. che hai tradito la tua patria. in versi. quæro aliquis congregat. per tex. in d.l. quisquis. Dicas † q̄ opinio Augnſt. procedere posset in eo qui esset Vicarius Imperatoris in aliqua Civitate imperio subiecta, non tamen perpetuus sed ad tempus: Sed in Vicario perpetuo qui Titulum habet, secus dicerem. Et est ratio, quia Vicarius perpetuus, licet habeat iurisdictionem ab Imperatore, tamē illam exercet nomine suo: Vicarius autem temporalis non suo sed Imperatoris nomine iurisdictionem exercet. ad quod facit q̄ voluit Bart. in extrauag. qui sint rebell. in verb. rebellando, vbi dicit, q̄ solum crimen læſæ maiestatis committitur contra personam principis & eius officialium qui nomine ipsius administrant: Secus est contra eos qui principaliter propter se iurisdictionem administrant, licet illam a principe habeant. quod sequitur Deci. in consil. 410. in causa mota Mediolani. col. fin. in fin. in iij. vol. & ad prædicta est tex. optimus in d. extrauagan. qui sint rebell. ibi, contra nos & officiales nostros in his quæ ad commissum eis officium pertinent rebellando. faciunt ad hoc dīcta supra in rubric. qualiter & a quibus crimen læſæ maiestatis commit. quæstione. vi.

Erit ergo conclusio secundum Salyc. in d.l. quisquis. q̄ pena d.l. quisquis. quo ad filias locum habeat etiam quando quis commisit crimen læſæ maiestatis contra aliquem principem vel Rempublicam superiorem non recognoscentem. hanc opinionem tenuit etiam Martin. de Laud. in tract. suo de crim. læſæ maiest. q.i. & rationem adducit, † quia de principe superiorem non recognoscēte idem iudicatur q̄ de supremo princiipe: adducens in argumen. not. in d.l. hostes. ff. de capt. & postlim. reuersi. ideo dicit, q̄ tali casu erit locus poenis de quibus in d.l. quisquis. etiam quo ad filios; lecus tamen esse tenet quando tale crimen esset commissum contra principem superiorem recognoscentem. † Prima opinio supra relata, q̄ poenæ de quibus in d.l. quisquis. quo ad filios locum non habeant extra casum illius legis, mihi plus placet, & est communis. & licet Angel. in d. tract. malefic. in verb. & hai tradito la tua patria, in primo versic. incipiente. quæro aliquis congregat gentem. dixerit, q̄ si contra Dominos Italiæ, qui communiter loco principis habentur quis committat crimen læſæ maiestatis, perinde esse ac si contra Principem tale delictum commissum esset, tam contra delinquentium personas, quam contra personas eius filiorum, vt in d.l. quisquis. hoc non procedere constat, quia dicit, vide tamen Bar. in tract. qui sint rebell. in glo. contra nostrum honorem. versicu. Sed an hæc constitutio. vbi nil dicit de hoc, credo q̄ voluerit allegare Bartol. ibi, in

ibi, in verb. rebellando, qui contrarium tenuit, ut dixi supra. Et prædicta
 opinione, quæ ut dixi communis est, tenuit etiam Nicol. Boer. in tract.
 suo de seditionis. in vi. præsupposito nu. 26. Et ego † vidi Venetijs serua-
 rum, q̄d damnato quodam Nobile de criminē laſe maiestatis eius filij tan-
 tum Nobilitate priuati fuere, sed non propterea redditū incapaces succes-
 sionum aliorum, ut disponitur in d.l. quisquis. in s. filij vero. C. ad leg. iul.
 1 maiest. Et tamen clare constat † Ciuitatem Venetiarum superiorem non
recognoscere, ut dixi supra in princ. huius tract. Et quod agunt Domini
 Veneti in sua Ciuitate iure suo agunt. viuunt enim eorum proprijs legi-
 bus, non communī iure. † Cur autem Imperatorij legibus non vtantur?
 nōnulli id factum putant, ne Venetae libertati præiudicium fiat, nōnullo
 rum regum exemplo. Bernardus vero Iustinianus Venetæ Historiae scrip-
 tor id factum arbitratur, ut lites breviores fierent. At Bald. in l. milites co-
 lum. ij. C. de milit. test. in versi. Ex prædictis appetit. dixit, q̄d Domini Ve-
 neti reputant se adeo sapientes q̄d iure communi viuere nolunt. Ludouic.
 vero Bologninus in sua addit. ad consilium Ioan. de Annan. 53. in fin. de
 trahens Venetorum gloriæ ausus est dicere, q̄d Domini Veneti id ex su-
 perbia faciunt, ex eo q̄d non dignantur viuere secundum leges imperiales,
 quod erroneous esse liquido constat. Nam Domini Veneti omnes alias
 eorum Ciuitates Imperialibus legibus vti permittunt, q̄d vtiq; non face-
 rent si superbia & autoritate vti yellent, ut in considerate asserit Bolo-
 gnin. Vera igitur † ratio, quare Domini Veneti in eorum Ciuitate vsum
 imperialium legum non receperint, ea fuit, ut lites breviores fierent, ideo
 eorum statutis & de bono & æquo in Ciuitate ipsa Vrbanas causas iudi-
 cant: q̄d sane fieri constat pro maiori commoditate incolarum, præsertim
 cum Ciuitas ipsa infinitis mercantilibus negocjis repleta sit. † Nec est re-
 prehensibile eorum institutum, immo laudabile, quia secundum Aristotel.
 Politi, lib. ij. melius est Ciuitatem Regi, a viro optimo quam lege optima.
 Et ut not. Bar. & ibi Paul. de Castr. in l. præsenti. C. de his qui ad eccles. cō-
 fugi. † melius est iusto principe regi, qui secundum æquitatem causas iu-
 dicet, quam iusta lege. Ideo Dauid Psal. 95. dixit, iudicabit orbem terræ
 in æquitate, & populos in veritate sua. Clarum est igitur q̄d necq; ex eo q̄d
 Domini Veneti reputent se nimium sapientes, ut dixit Bal. in d.l. milites.
 necq; ex eo q̄d ex superbia non dignentur viuere secundum leges imperia-
 les, ut dixit Ludo. Bollogni. loco præalleg. sed pro commodiori & celerio
 rīcausarum vrbinarum eorum ciuitatis expeditione, in iudicandis causis
 non admittunt imperialium legum dispositionem. † Quin immo vide-
 mus q̄d etiam in Gallia solennitates iuris, & subtilitates etiam in curijs se-
 cularibus non seruantur, ita q̄d actions contrarie in Gallia cumulantur, ut

LIBER TERTIVS. TRAC.

euitetur circuitus, & tamen secus est de iure communi, ut per doct. in l. edita. C. de edend. & ita testatur Chasane, in consil. s. i. col. v. & vi. in versic. ex quo sequitur. Quinimmo in Francia layci legibus imperialibus non
 17 vtuntur. Hinc est † q̄ Parisius & in locis circumiacinis ius ciuale non legi-
 tur, tex. est in c. super Specul. de priuileg. immo consuetudines feudales in
 tota Gallia non fuerunt receptae: Nec Galli Romanis legibus vtūtūr, nisi
 in quantum ratione nituntur, nec eas pro legibus receperunt, ut dixit idem
 18 Chasani. in consil. s. super duobus, versic. item & maxime. colū. v. † Et in
 Hispania lege cautum est, q̄ quicunq; legem imperialem receperit capite
 puniatur. de quo Ioan. Andr. in c. super specula, in princ. de priuileg. alle-
 gat ad hoc Vinc. ibi. Quinimmo scribit Hostiens. in d. c. super specula, in s.
 19 quia tamen. q̄ paucæ prouinciae reguntur iure ciuili: † Nam Hispania,
 Anglia, Scotia, Balia, Hibernia, Alemania, Datia, Suetia, Vngaria, Boe-
 mia, Polonia, Bulgaria, non vtuntur legibus seu iure ciuili: sed specialibus
 consuetudinibus, & statutis, excepta Italia, & Regno Arelatense. & Ant.
 de Butr. in d. c. super specula in princ. scribit, q̄ in Italia excipitur Nobilitas
 Ciuitas Venetiarum, quæ vt plurimum regitur iure non scripto.
 20 † Sed pone Imperator misit aliquem ex suis consiliarijs, qui residet apud
 se & eius lateri adherent, ad regendum & gubernandum aliquam suam
 prouinciam seu ciuitatem, queritur, si quis illum offendat vel contra eum
 proditionem faciat, an incidat in poenas de quibus in d. l. quisquis. C. ad
 leg. iul. maest. & sic an puniri debeat tanquam delinquens in magistratum
 vel tanquam delinqnens in consiliarium Imperatoris? Salyc. mouet hanc
 questionem in d. l. quisquis. in versicu. quæro tertio, pone princeps. & ibi
 dicit, quod credit q̄ talis puniri debeat tanquam in magistratum commi-
 tens: quia ille magistratum agebat, re & nomine, licet tunc consiliarius Re-
 gis seu Imperatoris esset, ideo dicit attendendam qualitatem magistratus
 allegat tex. in l. qui sub prætextu, et ibi not. per Guiliel. de Cun. C. de sacri-
 sanct. eccles. & tex. in l. cum queritur de stat. homin. allegat etiam text. in
 d. l. quisquis. quæ de his Consiliarijs tantum loquitur, qui Consilijs & Co-
 fistorio Princpis intersunt. & ad idem adducit in simili tex. in l. legatis ser-
 uis. s. officio. ff. de legat. iij. pro opinione Salyc. adduco tex. in extraua. qui
 fint rebell. vbi Imperij rebelles pronunciantur etiā illi, qui contra officiales
 Imperij in his, quæ ad commissum eis officium pertinent, rebellant.

DE PRODITORIBVS

S V M M A R I V M .

* Proditor quis sit?

Proditor dicitur, qui propter timorem tacet, & ueritatem non defendit.

- 2 Proditor dicitur, qui alterius crimen sibi soli notum, malitiose detegit.
- 3 Proditor dicitur, qui secretum sibi commissum publicat.
- 4 Prodictionis crimen, ex tribus causis dicitur maius vel minus.
- 5 Proditor dicitur is, qui bellum mouet sine diffidatione.
- 6 Proditor dicitur, qui alicui uenenatam potionem propinat.
- 7 Proditor dicitur, qui non ostendit se facere illud quod facit, & secrete contrarium facit eius quod facere debet.
- 8 Proditores dicuntur qui ueniunt contra fidem datam.
- 9 Proditor dicitur, qui dum se amicu[m] ostendit postea danu[m], iniuriu[m], vel machinatione infert.
- 10 Proditor est qui ad hostes se transfert, vel eius literas mittit in damnum Reipublice vel domini sui.
- 11 Proditor dicitur, subditus qui infamat dominu[m] suu[m], vel aliquid contra illius honorē facit.
- 12 Proditor dicitur, qui Castru[m], Arcē ue, seu locū cōsimilē sue fidei cōmissū hostibus tradit.
- 13 Proditor dicitur, uassallus, vel subditus principis qui permisit uenire in sui principis territorio eius inimicos.
- 14 Quandoq[ue] quis dicitur proditor sui ipsius.
- 15 Proditor principis dicitur proditor dei.
- 16 Proditorie occidere dicitur quis, quando sine diffidatione aliquem occidit.
- 17 Dux Valentinus proditorie occupauit statum Guidobaldo Feltrio Vrbini Duci.
- 18 Guidobaldus Vrbini Dux fuit admodum eruditus literis Grecis, & latinis.

Q V A E S T I O . I.

RIMO quæro quis sit proditor? Dicas q[uo]d proditor quis dicitur multis modis, ut inquit glos. in c. clericus qui adulatio[n]ibus. 46. distinc[t]. & ibi loan. de Turre Crema. col. ii. in fin. Et primo proditor dicitur qui propter timorem tacet, & veritatem non defendit. xi. q. iii. c. nolite. de quo dixi in tract. meo de Resid. Episc. in proemio. † Secundo is proditor dicitur, qui alterius crimen sibi solum notum malitiose detegit. ii. quæstio. i. c. si peccauerit. † Tertio proditor dicitur, qui proximum circumuenit & eum calide seducit, ut illum in periculum salutis trahat. 24. q[uo]d. ii. c. transferunt, & i. q. i. c. si cupis. † Quarto is proditor dicitur qui fraterna discordia infestus, iura charitatis & veritatis spernit. xi. q. ii. c. abiit. † Quinto dicitur proditor, qui secretum sibi commissum publicat. de poenit. distinc. vi. c. sacerdos. & c. clericus 46. distinc[t]. c. si peccauerit ii. q[uo]d. i. & in c. nolite. 4. xi. quæstion. ii. Et in hoc sciendum est † q[uo]d crimen prodictionis ex tribus causis dicitur maius vel minus. uno modo ex parte personæ quæ prodit secretum, ut puta, si sit sacerdos, ut in præallegat. c. sacerdos. Secundo modo ex parte personæ proditæ: Magis enim peccat, qui Dominum

LIBER TERTIVS. TRAC.

suum prodit quam alium.c. de forma. xxij.q.v. Tertio & ultimo modo
 ex modo proditionis: Longe enim differt an secretum in poenitentia co-
 missum fuerit, an non. [†] Sexto proditor dicitur, is qui bellum mouet sine
 diffidatione, ut dixit Ioan. Andr. in c.i. de homicid. in vi. [†] etiam proditor
 dicitur qui alicui venenaram potionem propinat, ut fecit scælestissimus, et
 nefaudissimus ille Illustrissimo & Inuictissimo Francisi. Mariæ Feltrio de
 Ruuere Vrbini Duci, & Illustrissimi Dominij Venetorum generali Capi-
 taneo, ex qua potionem cum vniuerso totius Italie ac etiam exterorum me-
 rore extintus fuit. [†] Septimo proditor dicitur, qui non ostendit se facere
 illud q[uod] facit, & secrete contrarium facit eius q[uod] facere debet. I. omne deli-
 ctum.s. exploratores. ff. de re milit. l.i.ff. de prævaricat. l. atlætas.s. penult. ff.
 de his qui not. infam. Bartol. in l. respiciendum in s. delinquunt. ff. de pœn.
 Ioan. Andr. in c.i. de homicid. in vi. in nouel. Bald. in c.i. in princip. in titul.
 quibus mod. feud. amitt. in vñibus feud. & in au. Item nulla. C. de episco.
 & cleric. glos. in c. clericus qui. 46. distin. Bar. in extrauag. qui sint rebel.
 in verbo rebellis. versic. item nota q[uod] proditorie. [†] Octauo proditores di-
 cunt qui veniunt contra fidem datam, Angel. in l.i.s. non fuit. ff. de dol. al-
 legat tex. in l. proditores. ff. de re milit. & tex. in l. fin. C. de delator. libr. x.
 Alexan. in consil. xij. consideratis his quæ in thæmate, col. ij. nume. ix. in
 vi. volum. [†] Nono proditor dicitur qui dum se amicum ostendit postea
 damnum, iniuriam, vel machinationem infert, ut dixit Angel. in s. inter-
 dum. nume. 6. inst. de hæredit. quæ ab intest. defer. ad idem glos. 46. distin.
 in c. clericus. & xi. q. iij. c. nolite. [†] Decimo proditor est qui ad hostes se
 transfert, vel eius literas mittit in damnum Reipublicæ vel Domini sui, ut
 dixit Math. de Affl. & in c.i.s. porro qui Dominum, num. 26. in titu. que
 fuit prima causa benefic. amitt. in vñibus feud. [†] Undecimo proditor dici-
 tur subditus qui infamat Dominum suum, vel aliquid contra illius hono-
 rem facit: Ita dixit D. Hippol. Marsil. præceptor meus in consil. prim. co-
 lum. iij. nu. 22. in i. volum. alleg. Ioan. Andr. in c.i. de feud. quem refert &
 sequitur Bald. in c.i. in princ. col. vi. versicul. quid de rebus. in titul. quibus
 caus. feud. amitt. [†] Duodecimo proditor dicitur, is qui Castrum, Arcemve-
 seu locum consimilem suæ fidei commissum, hostibus tradit. 22. q.v. c.de
 forma. [†] Tertiodecimo proditor dicitur, vasallus vel subditus principis,
 qui permisit venire in sui principis territorio eius inimicos, ut voluit Bal.
 in l.i. ff. de rerum diuis. q. 42. & Marti. de Laud. in tract. de crim. laesæ ma-
 iest. q. 38. hoc tamen sane procedit si vasallus vel subditus poterat impe-
 dire ne gentes inimicæ pertransirent. facit text. in l. si quis a Barbaris. ff. de
 re milit. & ita tenuit Math. de Affl. in c.i. in s. & bona committentium
 nu. 100. in tit. quæ sint regal. [†] Quandoq[uod] quis dicitur proditor sui ipsius,

vt puta in multis quæ extrinsecus ostendit nolle viro consentire, & illi resistit aliquantis per, tamen aliud in corde gerit, & se victimam dissimulat: de qua Ouid. sic alludens dicit.

Quæ cum ita pugnaret tanquam quod vincere nollet,

Victa est: non egre proditione sua.

Et si cupis plura videre in hac materia, videoas Paridem de Put, in tract. de remilit. in titul. quando prouocat ad pugnam ratione prodit. nu. 5. & ibidem nu. 3. dicit, tq proditor principis dicitur proditor dei: allegat. 23. q. v. c. si apud. & ij. q. viij. c. non potest. & Prouer. cap. viij. & l. fin. C. de summa trinit. & fid. cathol. vide etiam late per Lucam de Penna in l. fin. C. de delat. lib. x. & dicit idem Luc. in l. quisquis. col. ij. in versic. tales delinquentes. C. de peti. honor. sublat. libr. x. quia proditor dicitur is qui crimen læse maiestatis commisit.

¹⁶ Proditorie autem occidere dicitur quis, quando sine dissimulatione aliquem occidit, ut habetur in c. i. de homic. in vi. & per Math. de Affili. in suis de cisis. Neapolit. Decis. 265. nu. 64. Et proditorie quid fieri dicitur, quando fingo me amicum, & traxo te ut inimicum, ut dixit Bar. in extraug. ad reprimen. in verb. rebellis. facit illud Psalmi 61. Ore suo benedicebat: corde autem maledicit. & quod dicitur, Populus iste labijs me adorat: cor autem ipsorum longeesta me, ut habetur. Math. cap. 15. tq Et ita fecit Cæsar Borgia Alexandri. vi. Pont. Maximi filius Valentinus Dux nuncupatus, qui fingens se amicissimum Guidobaldi Feltrij eius nominis primi Vrbini Ducis, vellebat per eius loca cum exercitu in Romandiola prouinciam iturus pertransire, circiter annum Domini millesimum quingentesimum, cum primum ciuitatem Callij ut dicti Vrbini Ducis amicus ingressus est, illam occupauit: & nisi re intellecta Guidobaldus Dux Vrbini existens insperatae rei nouitate perterritus fugam arripuisse, in illius sanguinolenta manus incidisset: & propterea merito illum proditorie id egisse scribit Ias. in consil. suo 86. in causa Reuerend. Domini Gentilis, in ij. volum. Et haec ipse noui, quia tunc puer eram, & Ciuitas Forosempronij mihi patria demum de anno. 1502. de mense Octobris direpta & lacerata fuit miserabiliter ab exercitu dicti Valentini Ducis, & ipse in tenera ætate tunc constitutus præda dictorum militum fui, qui me aliquandiu in Fanensi primo, demum in Pisaurensi Arce captiuum detinuere, donec a patre meo tercentum aureorum numorum pretio redemptus fui. Sed relinquamus ista quæ potius ad Historiam quam ad præsentem tractatum pertinent.

¹⁸ tq Hoc unum silentio non præteribo, quia Guidobaldus Dux præfatus admodum literatus, græcas enim & latinas literas non minori studio, in quibus admodum eruditus fuit, quia Federicus ille sumus armorum Dux, ac sem-

L I B E R T E R T I V S . T R A C .

per victoriosus eius pater literatisimus coluit, cui Christophorus Pierius
Gigas Patruus meus ob singularem eius doctrinam Poeta non obscurus
admodum gratus extitit, eisq; vt patrem immitaretur sic scripsit.

Quid opus est graios uideas librosue latinos:

Vt belli & pacis tempora nosce queas.

Nam propria uirtute Ducem clarumq; triumphis.

Ante oculos si uis ponere: pone patrem.

S V M M A R I V M .

- 1 An Proditor dicatur qui iustitiam barratauit?
- 2 Qui iustitiam opprimunt, cum positi sint ad illam administrandam, proditores nuncupandi sunt.
- 3 Arma iudicum qui iustitiam peruerunt depicta in Ciuitate seu Palatio deleri debent ad eorum uituperium.
- 4 Index qui in commisso sibi officio iuste & laudabiliter se gerit, dei minister appellabitur.

Q V A E S T I O II .

- E C V N D O quero: An proditor dicatur qui iustitiam barratauit? Dicas q; sic: & q; contra eum procedi debeat instar rei criminis læsæ maiestatis, ut in l.i. & in au^t.ibipo sita. C. de poen. iudi. qui mal. iudica. & ita tenuit Paris de Put. in tract. de sindic. in princip. col. ij. nu. ix. † Tales enim qui iustitiam opprimunt, cum positi sint ad illam administrandam, iustitiam prodere videntur: merito igitur proditores nuncupandi sunt. & propterea dixit idem Paris loco præalleg. † q; iudicum, qui iustitiam peruerunt, Arma depicta in ciuitate seu Palatio deleri debent. ad eorum uituperium. argumen. tex. in l.eorum, cum ibi not. per Bar. ff. de poen. † Dei enim minister appellabitur iudex qui in commisso sibi officio iuste & laudabiliter se gesserit. 2 3. q.v.c qui malos. & ideo tales publice commendandi sunt. l. iustissimos. C. de officio rector. prouinc. facit q; dicitur Psal. 3 2. Rectos decet collaudatio: Econtra vero iustitiam vendens aut aliter perueriens Satanae minister nuncupandus erit.

S V M M A R I V M .

- 1 Filius si sit proditor patrie uel domini sui, an ex hoc poterit a patre exhereditari?
- 2 Filius si crimen læsæ maiestatis commiserit, & a patre prætereat in suo testamento non propterea tanquam præteritus testamentum rumpit.

Q V A E S T I O III.



B R T I O quæro: si filius sit proditor patrī vel domi-
ni sui, an ex hoc poterit a patre exheredari? Videtur dicen-
dum q̄ non: & est ratio, quia ista causa non est de enumera-
tis in s. causas. in auct. vt cum de appell. cognos. ex quib-
us pater filiū exheredare possit, ita dixit Marti. de Laud.
in tract. de crīm. lœsae maiest. q. 39. Veruntamē talis filius
patrī succedere non poterit: quia est proprie proditor. i. i. C. de hæred. inst.
& not. in l. eius qui. ff. de test. & in l. fallaciter. C. de abolitio. In contrarium,
quod immo pater filium proditorem patrī vel principis sui exheredare
possit, facit q̄ dixit Andr. de Iser. in c. i. s. præterea si vasallus colum. iij. in
versic. Audiui iudicatum, in titu. quæ fuit prima causa benefi. amit. vbi vo-
luit, q̄ pater exheredare possit filium crīmen lœsæ maiestatis committen-
tem, & qui fuit proditor regis vel Domini sui. facit, † quia si filius crīmen
lœsæ maiestatis commiserit, & a patre prætereatur in suo testamento, non
propterea tanquam præteritus paternum testamentum rumpit. Censetur
enim mortuus licet viuat, vt voluit Bar. in l. hac adicāli. C. de secūd. nupt.
quem sequitur Math. de Afflīct. in c. i. in s. & bona committeant col. iij.
nu. 32. in tit. quæ sint regal. in vſibūs feud. facit etiam, quia si filius patre
committente crīmen lœsæ maiestatis cōtra personam Imperatoris vel eius
Consiliariorum punitur, quia infamis efficitur perpetuo, & insuccesibilis
hæreditatum tam ab intestato quam ex testamento, quorumcunq; etiam
extraneorum, vt in l. quisquis. s. filij vero. C. ad leg. iul. maiest. ergo multo
magis cum ipse commiserit huiusmodi crīmen a patre exheredari poterit.
auct. multo magis. C. de episc. & cleric. cum similibus.

S V M M A R I V M.

1 An Proditor a duello repellatur?

2 Maximum delictum attribuitur ei cui proditio impingitur.

3 Filiua, siue Iulia mulier impudica detexit coniurationem Catilinae, in Romanam Rem
publicam.

Q V A E S T I O IIII.



V A R T O quæro: an proditor a duello repellatur? Circa
hoc Paris de Puteo in tractatu suo de re milit. in titul. quando
prouocat. ad pugn. ratione proditionis. in princip. Tenet
quod sic. Hoc tamen sane procedit quando notorium esset,

L I B E R T E R T I V S . T R A C .

- vel per sententiam appareret aliquid proditorem esse: secus autem esset quando non fuisset de proditione condenatus, vel non adessent testes probantes dictam proditionem. Isto enim casu si quis aliquid proditorem appellaret, ille sic infamatus se defendendo posset ipsum infamautem & proditorem nuncupantem ad Duellum prouocare: ita voluit Paris de
- 2 Put. loco præallegat. † Maximum enim delictum attribuitur ei cui proditio impingitur: nam proditionis poena ipsum, eiusque honorem, famam bonam, & posteros maculat. facit tex. in l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest. & l. proditores. ff. de re milit. Ita voluit etiam elegans doct. Andr. Alciat. in tract. suo de Duel. in tit. quæ except. repellant prouocantem. vbi ponit, an huiusmodi exceptio, tu es proditor, repellat prouocantem ad Duellum in criminis læsæ maiestatis. & quod talis non repellatur. facit, quia quicunque admittitur ad accusandum & testificandum in dicto criminis, etiam si sit infra mis. l. famosus & ibi doct. ff. ad leg. iul. maiest. † Et Lucij Sergij Catilinæ in Romanam Rempublicam factam coniurationem Fulvia impudica mulier (alijs Iuliam dicunt) detexit: & Marcum Tulium Consulem in eius iudicium instruxit. putat tamen Alciatus loco præallegato etiam tali casu a Duello proditorem rejeci.

S V M M A R I V M .

- 1 Vasallus si fuit proditor Domini sui, an feudum amittat?
- 2 Fieri non posse dicitur, quod honeste & sine dedecore fieri non potest.
- 3 Qui proditionem commisit, ita deinceps facturus præsummitur.
- 4 Proditor stare non potest in curia principis.

Q V A E S T I O V .

- 1 VINTO quæro: si vasallus fuit proditor Domini sui, an feudum amittat? Dicas breuiter quod sic c. i. in titul. An ille qui interfecit fratrem Domini sui, feudum amittat. ad idem tex. in c. i. in s. item si fratrem, in tit. quibus modis, feudum amittat. Ideo talis in curia Domini sui sine dedecore esse non potest. † Dicimus enim quid fieri non posse non solum quod secundum naturam fieri non potest, verum etiam quando honeste, & sine dedecore fieri non potest, ut dixit Iac. de Beluis. in d. c. i. in præalleg. titul. An ille qui interfecit, allegat ad hoc text. in l. an eadem. ff. ex quibus caus. maior. Dicas pro hoc esse tex. apertum in l. Nepos proculo. ff. de verbis, signific, vbi dicitur, quod fieri posse non dicitur, quod honeste fieri non potest. ad



- 3 test.ad idem text.in l.filius. ff.de condit.instit. † qui enim proditionem ei
misit ita deinceps facturus præsummitur.argument. ff.de accusat.l. si cui.
4 hijsdem criminibus. & l.fin.eod.tit. † Ideo proditor stare non potest in ci-
ria principis, immo a conuentu principum repellitur, vt dixit Bald.in d.
c.i.in titul.An frater qui interf.fratr . domini.& ibi Mathe. de Afflict.co-
lumna quarta,nume, 23.

S V M M A R I V M.

1 Qua poena puniatur Proditor Principis, Regis, vel Domini sui?

2 Idem dicitur, de proditore populi cui subest, & patria.

3 Quo genere mortis proditores puniantur, attenditur consuetudo regionis.

4 In Italia ut plurimum furcis suspenduntur.

5 Nobilis proditor punietur grauiori poena quam Ignobilis.

Nobilis si proditionem committit in Gallia, altioribus furcis suspenditur.

6 Rebelles, & committentes crimen læse maiestatis in Gallia qua poena puniantur?

Q V A E S T I O VI.



E X T O quæro:qua poena puniatur proditor Principis
Regis, vel Domini sui, vt puta Baronis, Comitis, Mar-
chionis, vel Episcopi temporalem iurisdictionem haben-
tis? Dicendum q[uod] poena mortis punietur: quia crimen la-
sæ maiestatis vel quasi committit, vt voluit Bald. in l. da-
ta opera.col.ij.versicul.vlti.in hac.C. qui accus. non pos.

† Idem dicendum in proditore populi cui subest & patriæ: Dicitur enim
committere crimen læsæ maiestatis, vt voluit Alexand. in consil. 13. Con-
sideratis his quæ in thæmate, colum.i.in vi.vol.vbi dixit, hoc probari in l.
fin.cum glos.ibi in verb.prodita.vbi not.do & C.de abolit.vbi etiam An-
gel qui dixit ad hoc illam glos, esse singularem. & not.lac. de Butr.in d.l.
, quisquis.in fin.C.ad leg.iul.maiest.& Bald.in l.i.C. de fals.monet. † Quo
autem genere mortis proditores puniantur, attendenda erit consuetudo re-
gionis in qua huiusmodi delictum committitur. Sed vt plurimum in Ita-
lia furcis suspenduntur, quod recte factum exemplo est nobis Iuda Schariot
vñus ex duodecim discipulis Iesu Christi Seruatoris nostri, qui post-
quam Christum Phariseis tradidit semetipsum laqueo suspendit, vt testa-
tur, Matheus, Marcus, Lucas, & Ioannes Evangelistæ, in eorum Euangelij
4 passionis. † Sciendum tamen est, q[uod] si Nobilis sit proditor non ea poena
qua Ignobiles pro tali delicto punietur, sed grauiori, vt dixit Bald. in c.

Hierony. Gigas.

TT

LIBER TERTIVS. TRAC.

cum quidam , ext. de iure iurand. vbi voluit, qd Nobilis incidens in crimē
 prodicōnis altioribus furcis suspēdatur , qd in Gallia seruari dicit: & refert
 ac sequitur Felyn. ibidem in versic. Tertius est. & in versicul. quod autem
 dictum est, & in c. Pastoralis. colum. i. versicul. secundo fallit. de officio de-
 legat. & prædicta reassumit solennis Doctor Andr. Tiraquellus in tract.
 suo de nobilit. cap. 20. nu. 116. At curiosius agens t̄ quæsiui a præclaro
 Doctore Dom. Ioanne Coratio Tholosano, cum quo mihi ar̄tissima est
 amicitia, & qui in Ferrarensi Gymnasio modo ius ciuale legit , quo nam
 mortis genere rebelles Regis, & qui crimen læsæ maiestatis in regem com-
 mittunt, in Gallia puniantur: qui mihi retulit, qd huiusmodi nefandissimi
 crimini rei quatuor ferocissimis æquis manibus pedibusq; alligati viui di-
 laniantur. vide ad prædicta quæ latius scripsi supra in rubric. de poen. com-
 mitt. crim. læsæ maiestatis q.i.

S V M M A R I V M .

- 1 Si quis fuit proditor principis, et tandem ad gratiam restitutus fuerit, si post huiusmodi restitutionem aliquis illum proditorem vocet, an iniuriarum agere possit contra nominantem ipsum proditorem?
- 2 A Principe restitutus amplius proditor dici non potest.
- 3 Restitutio tollit omnem maculam.
- 4 Proditori a principe restituto, si quis dixerit, tu fuisti proditor, iniuriarum actione non tenebitur.
- 5 Si quis dicat proditori restituto, quod est proditor et quod uult cum eo pugnare & probare quod est proditor, talis restitutum ad duellum iniuste prouocaret.

Q V A E S T I O VII.

- 1 E P T I M O quæro: si quis fuit proditor Imperatoris vel Regis seu alterius Principis, & tandem ad gratiam restitutus fuerit, princeps sibi nanc; indulxit, si post huiusmodi restitutionem & indulgentiam aliquis illum proditorem vocet, an iniuriarum agere possit, contra nominantem ipsum proditorem? Hac questionem mouet Andr. de Isern. in c. i. s. præterea si vasallus. col. v. versicul. Vnde qui vocat hunc in titul. quæ fuit prima causa benefic. amittend. vbi dixit, qd vocans restitutum proditorem actione iniuriarum tenetur, per text. in l. imperiale. s. ij. C. de nupt. & l. qd ita statutum. ff. de edil. edict. idem dixit Math. de Afflic. in d. s. præterea. in versic. glosa tertia, nume. 98. t̄ per restitutionem enim



1 a principe factam amplius proditor dici non potest, cum princeps de inh
2 bili habilem facere possit. l. quidam consulebant. ff. de re iudic. & l. ij. C. de
3 crim. sacrileg. † Restitutio enim tollit omnem maculam, ut voluit Andr.
4 de Isern. in c. i. in tit. de vasal. decrep. ærat. & etiam in d. s. præterea. per tex.
in l. i. ff. de postul. & l. non omnis. s. barbaris. ff. de re milit. Veruntamen
† si quis dixit tali restituto, tu fuisti proditor, iniuriarum actione non tene
bitur, ut dicit idem Isern. in d. s. præterea. quem sequitur ibidem Affl. ct.
in d. versic. glos. ij. nu. 10. Et hoc procedit etiam si princeps in restitutio
ne dixisset, volumus qd tibi dici non possit qd fuisti proditor, de quo Af
fl. loco præallegato. Vnum non omitto, † qd si quis dicat restituto qd
est proditor, & velit cum eo pugnare dicens qd vult probare, qd est prodi
tor, talis restitutum ad duellum iniuste prouocaret: quia facta restitutio
amplius non est proditor, ita dixit Iac. de Castillo in tract. suo de Duell.
libr. iiiij. capitul. viij.

S V M M A R I V M.

- 1 Dñati de proditione per eū contra principem commissa, & propterea banniti, an eius
arma depicta in Ciuitate, a qua ipse ob tale delictum exul factus est, deleri debeant?
- 2 Qua poena puniatur corruptus rebellis, aut proditoris imaginem in foro pictam
ad illius ignominiam, ut cunctis appareat.
- 3 Depingere figurā alicuius propter proditionē, uel laudē est imperij, uel iurisdictionis.
Et depingens eam, sine superioris licentia, tanquam utens imperio & iurisdictione, in
cidit in crimen læse maiestatis.
- 4 Proditor non potest esse testis in aliqua causa.
- 5 Principis proditor, dei proditor dicitur.
- 6 Proditorem principis quilibet denunciare tenetur.

Q V A E S T I O VIII.



C T A V O quero: aliquis damnatus fuit de proditione
per eum contra principem commissa, & propterea banni
tus, an eius arma depicta in ciuitate, a qua ipse ob tale deli
ctum exul factus est, deleri debeant? Dicendum qd sic, se
cundum Bart. in l. ij. ff. de oper. public. idem tenuit Marti.
de Laud. in tract. de crim. læse maiest. qd. 4. & Math. de
Affl. in c. i. in s. & bona committentium col. ij. in x. spetiali. nume. 25. in
tit. quæ sint regal. facit tex. in l. eorumff. de poen. quem ad hoc singularem
esse dixit Rom. in singulari suo. 476. incipiente, Eorū Arma. & idem fin-

LIBER TERTIVS. TRAC.

gulari 669. idem dixit Andr. Tiraquellus in tract. suo de nobilit. cap. 20. nu. 116. idem dixit Bart. in d.l. eorum. & Ias. in §. poenales. inst. de actio. & Paris de Put. in tract. suo de syndic. in prin. nu. 9. Vide ad hoc ea quæ scripsi in rubr. de rebelli. q. 23. infra. † Sed qua poena punitur is, qui rebellis aut proditoris imaginem in foro pictam pedibus, seu pedum altero suspensam ad illius ignominiam, ut cum tis appareat, corrumpit, seu delet, ne cognosci possit? Dicas talem puniri in ducatis quingentis. l. si quis id quod. ff. de iurisdicit. omnium iudic. & ibi doct. idem dixit Marti. de Laud. in tract. de crim. laesæ maiest. qd. 26. Ad praedicta vide, quæ scripti supra q. 59. in rubric. qualiter & a quibus crim. laesæ maiest. commit. Vnum nō omittam, † qd depingere figuram alicuius propter proditionem vel laudem est imperij, vel iurisdictionis: Ideo fieri non potest sine auctoritate superioris: immo talis sine superioris licentia id faciens, tanq; vtens imperio & iurisdictione, cum illam non habeat, incidit in crimen laesæ maiestatis, vt scribit Curtius Junior in l. si quis id quod col. i. nu. 5. ff. de iurisd.

4 Scendum est etiam, † qd proditor non poterit esse testis in aliqua causa, se cùdum Bal. in c. licet vniuersis. de testi. quod tenuit etiam Marti. de Laud. in suo tract. de crim. laesæ maiest. q. xlviij. facit, † quia principis proditor ipsius dei proditor esse dicitur. 23. q. v. c. si apud. & ij. q. viij. c. non potest. &

6 prouerbior. c. 8. & l. fin. C. de summa. trinit. & fide. Cathol. & ideo tunc de iure quis non teneatur aliquem denuntiare, nihilominus proditorem principis quilibet denuntiare tenetur. l. methodorum. ff. de poen. ita dixit Andr. de lser. in c. i. §. i. in tit. quæ fuit prima causa benefi. amittend. idem tenuit Marti. de Laud. in tract. de principe. q. 55 8. & idem in tract. de crim. laesæ maiesta. q. 53. & Math. de Afflict. in c. i. in §. & bona committentium nu. 373. in tit. quæ sint regal.

S V M M A R I V M.

- 1 An Proditor, & rebellis inter se differant?
Non subditus, non dicitur committere crimen laesæ maiestatis.
- 2 Proditor potest esse etiam qui subditus non est.
- 3 Proditor sui episcopi uel alterius domini spiritualis habentis temporalem iurisdictionem, crimen laesæ maiestatis committere dicitur.
- 4 An proditor, uel quicquam proditorie facere deferant?
- 5 Associans aliquem in itinere, & nulli inter eos superueniente rixa, socium percutiens, id proditorie fecisse dicitur.
Proditor agens contra priuatum, non dicitur proditor, sed proditorie agere.
- 6 Proditor dicitur is, qui contra Principem uel Republicam proditionem facit.
Multis modis contra Principem, uel Republicam committitur proditio.

QVAESTITO IX.



ONO quæro: an proditor & rebellis inter se differant, an vero sint vnum & idem? Dicas q[uod] differunt, quia rebellio non cadit in non subditum illius principis contra quem committitur, de quo dixi. infra q. viij. sub rub. de rebelli. & ita voluit Bar. in extrauag. qui sint rebell. in verb. rebellis. ad idem Bald. in l. amissione. s. qui deficiunt, post glos. ibi. ff. de capit. diminut. & habetur per Sigismund. Lofredi. in consil. v. omissa facta serie c. ol. x. prope finem nu. 42. & faciunt dicta supra. q. 68. in rubr. qualiter et a quibus criminibus laesæ maiestatis committat. ubi vidimus, q[uod] non subditus non vicitur committere crimen laesæ maiestatis, t[ame]n proditor vero potest esse etiam qui subditus non est, ut dixit Bar. in d. extrauag. qui sint rebel. in d. verbō rebellis. & propterea dicitur, q[uod] non omnis proditor dicitur committere crimen laesæ maiestatis, sed solum is qui dum subditus est proditionem committit, in magnum principis aut Reipublice, cui subest, damnum, ut dixit Math. de Afflict. in c. i. in s. & bona committentium col. viij. versi. Trigesimo septimo in fin. nu. 99. in tit. quæ sint regal. in usibus. feudor. Ideo t[ame]n proditor sui episcopi vel alterius domini spiritualis, habet temporealem iurisdictionem crimen laesæ maiestatis committere dicitur, ita dixit Bal. in l. data opera. C. qui accus. non possunt, quem sequitur Io. de Anan. in c. qualiter & quando ij. s. fin. col. iiiij. de accusat. & Præposit. in c. imprimis. in s. de persona col. ij. versi. q[uod] proditor. ij. q. i.

Sed an proditor, vel quicquam proditorie facere differant? Bar. in l. respiciendum. s. delinquent. in princ. dixit, q[uod] prodere est vnum actibus ostendere, & aliud in mente gerere; allegat not. in l. i. ff. de prævaricat. & tex. in l. iiiij. in prin. ff. ad leg. iul. maiest. Ideo dicit, t[ame]n q[uod] si aliquis assotiat aliquem in itinere, & nulla inter eos superueniente rixa sotium percutiat, id proditorie fecisse dicitur: quia aliud gerebat in animo quam in actu. l. fin. C. de delator. lib. x. vel cum aliquis ostendens se alicuius amicum illum retro percutit, id proditorie egisse dicitur, ut per Bar. in d. s. delinquent. quem sequuntur Doct. in c. i. de homicid. ubi Petr. de Ancha. loan. de Anan. & Felyn. & tali casu proditorie agens contra priuatū, nō dicitur proditor, sed proditorie agere. l. athletas. s. i. ff. de his qui not. infam. ad idem Alex. in consil. 145. viso thæmate col. ij. versi. & ex his. in viij. vol. & Alber. in l. si amici domum. ff. de Adul. t[ame]n proditor autem dicitur is qui contra principem vel Rempublicam proditionem facit, ut declarat Bar. in d. extrauag. qui sint. rebel. in verb. rebellis. in versic. item nota quod proditorie. Multis autem modis contra principem vel Rempublicam committitur proditio, de qui-

bus dixi supra in princi. in prima q. huius Rub. Multa alia de proditoriis
bus scripsi supra l.i. & ij. in variis questionibus, quæ hic non repeto.

DE REBELLIBVS

S V M M A R I V M.

- 1 Rebellig quis dicatur?
- 2 Rebelles dicuntur etiam, qui rebellant contra prosperitatem Pape.
- 3 Rebellig dicitur omnis in proterua & notoria inobedientia existens.
Rebellis pluribus modis quis dicitur,
- 4 Rebellig, a Rebellando dicitur.
Rebelles appellantur qui in fide non permanent, & iussis Principis non obediunt.
- 5 Rebellig exponitur, id est Infidelis.
Rebellio dicitur quasi reiteratio belli, & post pacem ad bellum reuersio.
- 6 Resistere quis dicitur pluribus modis.
Transfuga appellabatur ab Antiquis, qui recedebat de terris principi subiectis, &
ibat ad hostes.
- 7 Isti uiui exuruntur, aut furca suspenduntur.
- 8 Scipio Africani superior deuicta Carthagine, grauius in Romanos quam in Iau-
nos trans fugas animaduertit.
- 9 De Iure ciuili antiquo, qui Rebellando, locum in quo sub Principis obedientia stabant
retinebant speciale nomen non habebant, sed hi qui deficiunt uocabantur.

Q V A E S T I O I.

- 
- 1 VM etiam hi, qui a suo Principe Rebellant, in crimen le-
sae maiestatis incident: Ideo de eis quoque uidendum erit.
Et primo quero: T quis dicatur Rebellig? Dicas, q. is dici-
tur, qui quomodocunq; publice vel occulte contra Princi-
pis honorem & fidelitatem Rebellionis opera facit, & con-
tra Imperii prosperitatem aliquid machinatur, uel contra
principem & eius officiales in his quæ ad commissum eis officium per-
tinent Rebellando, ita dicit tex. in Extraug. qui sint Rebel. T Rebelles di-
cuntur etiam non, solum qui Rebellant contra prosperitatem Imperato-
ris, sed etiā qui rebellant contra prosperitatem Papæ, ut per las. in consil.
lxxxvi, in causa Reuerē. Domini Gentilis, col. iii. ver. Rebelles in ij. volu.
& idem las. in consil. cxxxix, in præsenti consultatione col. ii. in fin, vers.

3. Nam rebellis, vbi dixit, \dagger quod rebellis dicitur omnis in proterua & notoria inobedientia existens. Dicitur etiam quis pluribus aliis modis rebellis: sed quia alii modi quibus quis rebellis dicitur non faciunt ad materiam nostram, ideo de illis aliter non scribam, sed poteris uidere Bar. in d. Extrauagan. qui sunt rebel. in verb. rebellis, & per Doct. in clemen pastoralis. de re iudic. et Præposit. in c. in primis in s. de persona. ij. q. prima.
4. \dagger Et dicitur rebellis, a rebellando: nam rebello, verbum, repugno significat, & quasi bellando aut certando contrauenio & contendō: vnde rebels appellantur qui in fide non permanent, & iussis Principis non obediunt, ita testatur Ambr. Calepi, in suo Dictionario, ad idem Bar. in d. extra uag. qui sunt rebell. in verb. rebellis \dagger vbi exponit rebellis, idest infidelis, et idem in eadem extrauag. in verb. tenore, vbi dixit, quod rebellare idem est quod resistere. Et isto vocabulo antiqui legum conditores non utebantur. Ea propter Henricus viij. Imperator constitutionem prædictam fecit ad hoc declarandum, ut testatur ibidem Bar. in prædicta glos. Dicitur & rebellio quasi reiteratio belli, & post pace in ad bellum reuersio, ut dixit Domi. in c. si. ; 8 Distin. istud autem competet ciuitatibus, quas bello deuiciisset Prin ceps, quae demum ab eo rebellarent.
5. \dagger Resistere autem quis dicitur pluribus modis. Primo aliquid faciendo contra, vel non faciendo, ut puta, non obediendo. Et quia antiqui (ut dictum est) hoc nomine, rebellis, non vivebantur: Quando aliquis recedebat de terris principi subiectis ad hostes eundo, transfuga appellabatur, ut in l. si quis aliquid. s. transfuga. ff. de poen. & in l. postliminium. s. transfugæ. & s. filius. ff. de capt. & postlimi. reuersi. \dagger Isti aut vivi exurruntur, aut furca suspenduntur, ut dicit rex. in d. l. si quis aliquid. s. transfugæ. \dagger et ideo Scipio Africanus superior deuicta Carthaginē cum omnes, quos de exercitu Romano ad Carthaginenses transfugerant, in suam redigisset potestatem, grauius in Romanos quam in latinos transfugas animaduertit. Romanos enim tanquam patriæ fugitivos crucibus affixit, latinos vero tanquam perfidos socios securi percussit, ut testatur Valer. Maximus, libr. ij. in rubric. de milit. disciplin.
6. \dagger Quandoque autem quis rebeilandando locum, in quo sub principiis obediencia stabat, recinebat: Et isti de iure ciuili antiquo, speciale nomen non habebant, sed hi qui deficiunt, vocabantur, ut in l. amissione. s. qui deficiunt. ff. de capit. diminut. Ita declarat Bar. in præallegat. glos. in verb. tenore. sub dens, quod isti si rebellant faciendo bellum principi, tanquam hostes ipso iure puniebantur, & ea quæ iuris ciuillis sunt amittebant; illi autem qui principi non obediendo rebellabant, ut puta non acceptando eius gentem, ipso iure non puniebantur, nec ea quæ iuris ciuillis sunt amittebant, nisi sena

L I B E R T E R T I V S . T R A C .

tus vel princeps id declararet, ut in præalleg. l. amissione. Ideo in hoc Hæ
ricus Imperator supplet prædictam suam constitutionem, statuendo, q.
quomo docunq; aliquis contra principis honorem committat vel machi-
netur rebellando, rebellis sit, & ita declarat Bar. in d. sua glos.

S V M M A R I V M .

- 1 An Rebells Imperii dicatur, qui se Imperio subditum fatetur, sed odio personæ Imp-
ratoris rebellat?

Non potest quis dicere, q. est rebellis Imperatoris, & non Imperij, nec e contra.

Q V A E S T I O II .



E C V N D O qro : An rebellis imperij dicatur qui se Im-
perio subditum fatetur, sed odio personæ Imperatoris re-
bellat? Et est dicendum q. sic, per tex. in l. amissione. ff. de
capit. dimin. & per tex. in d. extraugant. qui sunt rebel. &
habetur per Barto. in sua glos. in verb. tenor e. in d. extra-
ug. vbi dicit, q. non potest quis dicere, q. est rebellis Im-
peratoris, & non imperij : nec econtra. de quo Barto. in glos. in verb. no-
stri, in præallegat. Extraugant,

S V M M A R I V M .

- 1 An is qui officiali Principis parere recusat Rebells dicatur?
Rebells dicitur, qui parere recusat officiali principis in his quæ ad commissum illi offi-
cium a principe spectant.
- 2 Rebells impropriæ dicitur, qui officiali principis pardre recusat in his quæ ad com-
missum ille officium non spectant.
Rebells dicitur etiam, qui iudici suo non vult parere.
- 3 Rebelles intelliguntur, omnes qui sunt in proterua & notoria inobedientia.
- 4 Verbum Rebells est uerbum generale, & comprehendit quenlibet subditum contradic-
centem dicto uel facto sui superioris.

Q V A E S T I O III .

- 3 E R T I O quero : an is qui officiali principis parere recusat
rebells dicatur? Responde distinguendo : q. aut quis parere
recusat officiali principis in his quæ ad commissum illi offi-
cium a principe spectant, aut non. Primo casu talis rebellis di-
citur, vt

citur, ut dicit tex. in extrauag. qui sunt rebellis. & per Barto. in l. hostes. ff. de capt. & postlim. reuersi. & per Deci. in c. sane. el. ij. in iij. not. col. ij. de officio delegat. Secundo vero casu dicitur rebellis, sed improprie. Nam non solum dicitur rebellis qui domino suo resistit, sed etiam ille qui iudici suo non vult parere, ut dicit Decius in d. c. sane. de officio delegat. in iij. not. alleget tex. in c. ea quæ s. primo. de stat. monach. ibi contumaces & rebelles. & in c. ij. de nou. operis nnniciat. ubi Deci. dicit, t̄ q̄ omnes qui sunt in protervia & notoria inobedientia rebelles intelliguntur, quod not. Angel. in l. ij. s. fin. ff. de iudic. ad idem Bal. in l. si vero s. qui ergo ff. de milit. testam. vbi dixit, t̄ q̄ verbum rebellis, est verbum generale, & comprehendit quemlibet subditum contradicente dicto vel facto sui superioris. Itaque non omnis rebellio inducit crimen læse maiestatis, sed solum quæ statum imperii concernit, ut dixit Bonifa. in clemen. pastoralis. s. sane, in i. col. nu. 4. yes sicul. Non enim omnis rebellio. de re iudic.

S V M M A R I V M .

- 1 An Rebells dicatur, qui coacte, et per metum Rebellionem fecit?
- 2 Voluntas coacta non est proprie uoluntas.
- 3 Rebello facta per Castrum Duce contra communitem Imole, ex quo fuit meticulo se facta et ex iusto timore, puniri non debet.
- 4 Rebello facta ad importunas preces alicuius Tyranni, puniri non debet.
- 5 Facere metu Tyranni, et ad illius importunas preces facere equiparantur. Preces Tyranni iussi equiparantur.
- 6 Renuntiatio Beneficii metu perdendi patrimonium suum a clero facta, non ualeat. Etiam si esset iurata.
- 7 Matrimonium metu contractum est nullum.

Q U A E S T I O I I I I .



V A R T O quero: An rebellis dicatur qui coacte & per metum rebellionem fecit? Dicas q̄ non: ita voluit Bal. in consi. 36. proponitur consuetudo Ciuitatis, in ij. volum. vbi dixit, q̄ talis rebellio dicitur passiva non activa. facit t̄ quia voluntas coacta non est proprie voluntas, ut dixit Bald. in consi. suo scismat. q̄ est impressum sub rub. si quis aliquem testa. prohibu. Abb. in consi. ij. q. vi. in ij. volum. & Imol. in consi. 34. vissi & ponderatis col. fini. vers. circa secundum, vbi consuluit, t̄ q̄ re Hierony. Gigas,

L I B E R T E R T I V S . T R A C .

bellio facta per Castrum Ducis cōtra communitatem Imolæ, ex quo fuerat meticulose facta & ex iusto timore puniri non deberet, cum non sit imputandum illi qui aliquid propter iustum metum facit, per ea quæ notantur in l.i. & per totum titulum ff. de eo q̄ met. causa, t̄ & hoc procedit etiā si rebellio esset facta ad importunas preces alicuius Tyranni, nam metu Tyranni facta diceretur. t̄ Äquiparantur enim ista, aliquid facere metu Tyranni, & ad illius importunas preces facere, ut dixit Innoc. in c. petitione iur. iuran. & Barto, in tract. de Tyran. q. viij. preces enim eorum, iussu æquiparantur, ut per glos. in l.i. in princip. ff. q̄ iussu. circa q̄, plura allegantur.

Math. de Affl. in suis decision. Neapolit. Decis. 69. nu. 5. facit, t̄ quia renuntiatio beneficij metu perdendi patrimonium suum a clero facta, non valet, c. Abbas, extr. de his quæ vi met. ue causa fiunt. vbi tex. in fin. dicit, q̄ quæ metu fiunt de iure debent in irritum reuocari. Immo si renuntiatio beneficij metu facta esset etiam iurata non valeret, text. est in c. ad audiencem, eod. tit. t̄ idem dicimus de matrimonio metu contracto quod est nullum, ut per Abb. & alios in c. cum locum. de sponsal. & in c. consulationi eod. tit. Idem Abb. in c. veniens vers. item potest notari. de sponsal. & in c. ad id q̄, vers. nota prim. eod. tit. vbi concludit, q̄ Matrimonii metu contractum est ipso iure nullum. Et præmissam conclusionem, q̄ rebel lis non sit qui metu rebellionē fecit, tenuit etiam Aymo. Crauetta in consil. vi. col. xvij. in vers. septimo arguitur, nu. 84. ad idem Lauren. Calcaneus in consil. s. i. col. ii. & vide Grāmat. in consil. 3. i. in causa mag. Ioannis Bapt. per totum, ubi consuluit in contingentia facti pro ista opere.

S V M M A R I V M .

- 1 Machinare contra imperium quid sit?
- 2 Machinare est aliquid dolose ordinare.
- Machinatio in arte uerborum consistit.
- Rebellans contra officiales Imperatoris pro his quæ petunt pro statu imperij, sine dubio, rebellis dicitur.

Q V A E S T I O V .



V I N T O q̄ro, dixi supra in diffinitiōe rebellis, q̄ rebellis est qui aliquid machinatur cōtra prosperitatē imperij: modo videndū, quid sit machinare contra Imperium? Bar. in extrau. qui sint rebel. in verb. machinantur, dicit, t̄ q̄ machinare est aliquid dolose ordinare: machinatio. n. in arte uerborū cōsistit, vt ff. de dolo. l.i.s.i. & ibi not. & ita dixit, d.

glos. ibi in verb. machinationē, vt puta dicit ibi Bar. faciendo inter se ligas & societates prohibitas, sub aliquo velamine vel colore lictio, allegat tex. in l. iij. ff. de extraordi. crimin. subiungens Exemplū, quando Imperatore vel eius nuncio volente ingradī. Civitatem pro recuperandis iuribus Imperii, tam ibi quam alibi aliqui respondent q̄p nolunt tot armatos vel tantā eius gentem; quia esset periculorum eorū statui, & sic illi dant verba donec labatur tempus in quo multa fieri possent pro prosperitate Imperii. Dicit enim Bar. ibi q̄p iste sunt quædā machinationes, licet ad bellicos actus non sit deuentum. Ista namq̄ machinatio inobedientia sequuta, illos rebelles facit, ad idē vide Curt. Iunior cōs. 1, 7. col. iij. nu. 12. in iij. volu. vbi dixit, t̄ q̄p qn̄ aliquis rebellat contra officiales Imperatoris pro his quæ petunt prostata Imperii, sine dubio rebellis dicitur: ideo concludit q̄p homines cuiusdā castri qui denegarunt hospitari milites Cesareæ Maiestatis ad mandata Capitanei generalis merito dici poterunt rebelles Imperij.

S V M M A R I V M.

- 1 An esse rebellem imperij uel esse in odium imperij idem sit?
- 2 Rebello est quid mortale.
- 3 Esse in odium imperij est medicinale.

Q V AE S T I O . V I .



E X T O quero: An esse rebellem Imperij uel esse in odium imperij idem sit? Dicas q̄p non: nam rebellio est quid mortale, nec remitti potest, nisi ex Principis gratia, ut habetur per Doct. in c.i.s. & bona committentium, vbi Mathe. de Afflict. in tit. quæ sint regal. in usibus feudor. t̄ Esse autē in odium imperij est medicinale: remittitur enim odii purata contumacia, Au&t. item nulla communitas. C. de epis. & cleric. ita uoluit Mart. de Laud. in tract. de crim. lœsæ maiest. q. xl viii. Dicas q̄p fuit originalis doctrina Bar. in extraua. qui sunt rebel. in sua glos. in verb. rebellis, in vers. Item nota q̄p aliud.

S V M M A R I V M.

- 1 Si hi qui libertatem ab Imperatore recognoscunt siue ex priuilegio, siue ex Imperatoris patientia imperio sint rebelles an priuari possint libertate?
- 2 Et an idem sit in his qui a Papa libertatem recognoscunt?

- 3 An idem sit in Dominis Venetis?
 4 Domini Veneti liberi sunt.
 5 Ciuitas Venetiarum cum in mari fundata sit Imperatorem recognoscere non tenetur.
 6 Nonnulli dicunt Dominos Venetos ex eo liberos esse, quia libertatem contra Imperatorem præscriperunt.
 Albericus de Rosate, testatur uidisse priuilegium exemptionis concessum Duci & Ciuitati Venetiarum Bulla aurea munitum.
 7 Non subditus rebellionem non committit.
 8 Ciuitas Venetiarum uim Imperatoris habet, & potest in suis terris omnia que Imperator in suis.
 9 Quelibet Ciuitas que superiorem non recognoscit, tantum habet imperium in suo territorio quantum Imperator in uniuerso.

Q. V. AE. S. T. I. O. VII.



- 1 E P T I M O quæro: si hi quilibetatem ab Imperatore cognoscunt, siue ex priuilegio, siue ex Imperatoris patientia imperio sint rebelles, an priuari possint libertatem? Dicas q[uod] sic, secundum Bald. in c. sicut, de iur. iurand. Idem erit in his qui a Papa libertatem recognoscunt, ita voluit Mart. de Laud. in tract. de crim. laesæ maiest. q. 51. sed t[em]p[or]e in quantu[m] dicunt de Dominis Venetis, ab eis differentio: quia Domini Veneti sunt liberi iuris, cum eorum Ciuitas in mari fundata sit, Bal. in rub. ff. de reru[m] diuis. col. iiij. vers. circa ædificia quæro, iure enim gentium Ciuitates in mari fundatae sunt ipsorum ædificantium l. interim. in princ. ff. de reru[m] diuis.
 4 Barth. Cepol. in tract. de seruit. rustic. prædio. in c. de mari. nu. 4. t[em]p[or]e cum igitur Domini Veneti non in solo alicuius, sed in mari eorum ciuitatem edificauerint, liberi sunt: vt, ratione prædicta, tenuit etiam Ias. in l. ex hoc iure. nu. 6. ff. de iusti. & iur. idem voluit Ioan. Franc. Ripa in l. posessio. col. iiij.
 5 nu. 8. ff. de acquir. posessio. vbi dixit, t[em]p[or]e ideo Ciuitas Venetiarum Imperatorem recognoscere non tenetur, quia in mari fundata est, ita etiam dicit idem ripa in l. si insulam. nu. 2. ff. de verbo. obligat. Idem nulli atq[ue] dicunt Dominos Venetos ex eo liberos esse, quia libertatem contra Imperatorem præscriperunt, vt dixit Barto. in l. i. ff. de rerum diuis. & ibidem Bal. idem dixit Ioa. Igneus in repet. s. non altas l. necessarias. ff. ad Syllenia. nu. 203. Ias. in d. l. ex hoc iure. col. iiiij. nu. 6. Alberi. in l. cunctos populos, col. v. in vers. cōmuniter glos. & omnes, C. de summa trinit. & fid. Chatol. vbi dixit, q[uod] ciuitas Venetiarum allegat præscriptionem libertatis tanti temporis cuius initij memoria non existit: licet postmodum subdat vidisse

priuilegium exemptionis concessum Domino Duci, & ciuitati Venetiarum, bulla aurea munitum. vt cuncti sit, siue dicamus dominos Venetos liberos esse, quia eorum ciuitas est in mari aedificata (quod mihi plus placet) siue ex eo quod libertatem prescripserint: vtique verum est dicere quod non sub sunt imperio: ergo non possunt dici committere rebellionem contra imperium, quia tamen non subditus in dictum crimen non incidit, vt dixit Bar. in d. extrauag. qui sint rebelles. in verbo rebellando, in princ. & in vers. quod si alius homo de terris Ecclesie, Ad hoc quod non subditus non dicatur committere crimen rebellionibus habetur etiam per Parisi. confi. 101. Bona de quibus n. 33. in. i. volu. faciunt quae late dixi supra in Rubr. qualiter & a quib. crim. q. 68. Et ex istis liquido, constat dictum Mart. de Laud. de Dominiis Venetis non esse verum. Et quod domini Veneti non subsunt imperio, tenuit etiam Math. de Affl. in c. i. in vers. in glo. i. in princ. in tit. de pac. tend. & eius violat. in usibus feudor. ad idem facit, quod voluit Ias. in d. l. cun 8 etos populos col. xix. vbi dixit, tamen quod Ciuitas Venetiarum Imperatore non recognoscit: immo & ipsa vim Imperatoris haberet: & quod potest in suis terris omnia quae Imperator potest in suis, hoc idem dixit idem Ias. in confi. 70. in iij. volu. facit quod notanter dixit Bar. in. l. infamem, in fin. C. de publi. iudic. vbi dixit, tamen quod quaelibet Ciuitas quae superiorem non recognoscit, tam habet imperium in suo territorio quantum Imperator in yniuerso,

S V M A R I V M.

- 1 An quis posset esse rebellis occulter?
- 2 Rebellis occulter an impune occidi posset?

Q V A E S T I O . VIII.



C T A V O quero: An quis posset esse rebellis occulter? Et videtur dicendum quod non, quia secreta cordis iudicat solus deus, & occulta solus scit. c. erubescam. 32. distinct. Dicas tamen aliquem posse esse occulter rebellem, vt habetur in extraua, qui sint rebell. ibi publice uel occulter. Sed tamen impune occidi posset rebellis occulter? Dicendum quod sic: quia ipso facto rebellis incurrit poenam contentam in d. extrauag. & an fuerit occulter rebellis iustificabitur in iudicio super homicidio: argu. tex. in. l. de pupillo in. s. si quis riuos. vers. totiens. ff. de oper. nou. nunciat. & ita voluit Bar. in d. extrauag. qui sint rebell. in verb. rebellando, vers. circa secundum. idem uoluit Petr. de Anch. conf. 287. ex predicta factu narratione col. ij.

L I B E R T E R T I V S . T R A C .

faciunt quæ dixi supra q.v.nu. i. 9. in rub. qualiter & a quibus crim. læse maiest. committat. in vers. conclusionem supra firmatam, vbi tenui Cardinalē expresse vel occulte rebellem Papæ posse impune offendī, q̄ est not. ad limitationem tex. in c. scelicis de poen. in vi.

S V M M A R I V M .

- 1 Vasallus an teneatur obedire domino rebelli cui ante rebellionem præstiterat iuramentum fidelitatis?
- 2 Debitor fidelitatis non tenetur obedire domino rebelli.

Q V A E S T I O I X .

-  **O** NO quæro: An vasallus teneatur obedire domino rebelli, cui ante rebellionem fidelitatis præstiterat iuramentum? Et dicas q̄ non: ita tenuit Bar. in extrauag. qui sine rebel. in vers. rebellando, vbi dixit, t̄ q̄ debitor fidelitatis non tenetur obedire dño rebelli, non ex eo q̄ sit liberatus a fidelitate per rebellionem domini: sed tanquam, a principio promissio fidelitatis fuisse conditionata, videlicet, si non erit rebellis principi, per tex. in c.i. in tit. hic finitur lex, deinde incipi. constit. cū ibi notat. & ita etiam tenet solennis doctor præceptor meus D. Carol. Ruin. in cōsi. cv. casus iste de quo quæritur, col. i. nu. 4. in i. volu. ad idem Alber. Brun. in conf. 28. Nobilis domine, col. i. vers. rebellio autem, in ij. volu.

S V M M A R I V M .

- 1 An Ciuitates quæ a Tyrannis per vim capiuntur vel occupantur, qui Tyranni hostes Imperij sunt, rebelles dicantur?
- 2 In Ciuitate rebelle & eius territorio quilibet potest prædari, & comburere.

Q V A E S T I O X .

-  **E** C I M O quæro: an ciuitates quæ, a Tyrannis per vim capiuntur vel occupantur, qui Tyranni hostes imperij sunt, rebelles dicantur? Responde q̄ non: sed quæ proprio motu ciuium vel maioris partis eorum rebellant, rebelles sunt. Et in istis quo ad amissione eorum iurium id seruatur quod in priuato. t̄ quo autem ad poenam per

hominem inferendam, dicendum est q̄ quilibet potest prædarī in dicta Ciuitate & eius territorio, ac etiam comburere, & similia facere quæ con-
suevere fieri in eos contra quos nobis est bellum. l. iij. in fin. ff. de acquirē-
rerum domin. ita notanter dixit Bart. in dicta extrauag. qui sunt rebell. in
verb. rebellando versic. item istæ poenæ.

S V M M A R I V M.

- 1 An per rebellionem subditorum princeps sua posseſſione priuetur?
- 2 Domini a subditis non dependent.
- 3 Seruus aufugiens a domino non potest suam posſeſſionem domino interuertere.
- 4 Subditi alicuius non possunt iurisdictionem quam ipsi non habent in alium transferre.
- 5 Subditi rebellantes si dominum suum repellant de territorio, vel in carcerem coniiciat,
interuertunt ei posſeſſionem.

Q V A E S T I O XI.



N D E C I M O quoro: an per rebellionem subditorum princeps sua posſeſſione priuetur? Dicas q̄ non, per text.
& ibi not. per doct. in l.i.C. de seru. fugiti. vbi dicitur, q̄ ex fuga serui Domino suo damnum non sit, & ibi Bal. in vlt. notab. dicit, q̄ ex fuga serui & malitia subditorū non sit præiudicium domino: t̄ cum Domini a subditis non
dependeant, subditi enim a Dominis inuiti possidentur. l. male agitur. C.
de præscript. xxx. annorum, ita dixit Bald. in d.l.i. col. iij. versic. solue q̄
3 per furtum. C. de seru. fugiti. t̄ subdens ibidem, q̄ seruus qui a Domino
suo aufugit non potest suam posſeſſionem Domino interuertere, immo
iram, et vindictam contra se prouocat qui rebellat. l. si certus. s. apetitus. ff.
ad senar. consult. Syllan. l. omne delictū. s. contumacia. ff. de re milit. & l. li-
beri. in fin. C. de inoffi. testamen. & hanc opinionem, quæ vera est, tenuit
Bald. in l. si aquam. in sua repet. C. de seruit. & Marti. de Laud. in tract. de
4 crim. læſe maiest. q. 28. comprobant prædicta: t̄ quia si rustici se summi-
tant alterius iurisdictioni, & se etiam constituant id ius nomine illius cui
se submiserunt possidere, non tamen propter hoc transferunt in illum ali-
quod ius iurisdictionis, si subditi erant iurisdictioni alterius Domini. nam
subditi alicuius non possunt iurisdictionem, quam ipsi non habent, in aliū
transferre: ita voluit Bart. cum quo cæteri transeunt, in l. quod meo. ff. de
acquir. posſeſſio. col. vlt. versicu. sed si rustici. Et hoc tenet etiam Egregius
Doctor Regius Cōſiliarius Dominus Andreas Tyraquellus in tract. de

iure consti. possessor. in ij. parte Ampliatione 3 2. nu. 4. allegat idem tene
re Innoc. in c. dilectus. extr. de capel. monachor. & in c. olim inter. de restit.
spoliat. hanc etiam conclusionem, q̄ per rebellionem subditorum Domi-
nus non priuetur sua possessione, tenuit etiam Anton. Corsettus in suo
3 tract. de potest. regia. in i. parte. col. penult. nu. 7. † Illam tamen sane limita
non procedere, quando subditi rebellantes dominum suum repellerent
de territorio, vel in carcerem coniacerent. l. i. s. penult. ff. de vi & vi armat.
vt voluit Corsett. loco præallegato.

S V M M A R I V M.

- 1 An cōmunitas rebellando cōtra suū dominū crimē lēse maiestatis cōmittere dicatur?
- 2 Quando Regimina deputata delinquent consilio solēniter congregato, totus populus
interpretatiue diliquisse dicitur.
- 3 Quid facit consilium totus populus facere uidetur.
- 4 Si cōmunitas uel uniuersitas esset pro rebellione punienda pecūniariter, innocentes et
qui contradixissent non essent collectandi & exequendi.
- 5 Bononia propter rebellionem semel aratrum passa est, ac demū ex gratia rēedificata.
- 6 Idem Carthagini contingit.
- 7 An si uniuersitas punita fuerit propter rebellionem, posset etiā contra particulares per-
sonas pro tali delicto procedi? Et nu. 8.
- 9 Ciuitas si rebellat officiali principis propter principem, quia non uult ipsi principi p-
norere, crimen lēse maiestatis committit.
Secus si rebellaasset propter ipsum offici.lem tantum.

Q V A E S T I O XII.

- VODECIMO;** quæro: An Communitas rebellando
contra suum Dominum crimen lēse maiestatis commit-
tere dicatur? Et dicas q̄ sic: punitur enim esto q̄ sint aliqui
innocentes, & aliqui cōtradixerint ne rebellio fieret, † quā
do nancq̄ Regimina deputata delinquent cōsilio solēniter
congregato, totus populus interpretatiue deliquisse dicit-
tur, vt per Bar. in l. aut facta. s. delinquunt. ff. de poen. Abb. in c. dilectus el
ij. & ibilate per Ioan. de Annan. ext. de simon. accedat q̄ voluit Angel.
3 in l. metum. s. animaduertendum, in fin. ff. quod met. causa vbi dixit, † q̄
illud q̄ facit consilium totus populus facere uidetur.
4 † Quinimmo licet delictum fieret non conuocato consilio si tamen cau-
sam successiua habeat, vt & in rebellione, et guerra, ac similibus propter
tolerantiam



tolerantiā vniuersitatis, ac communitatis delictum quasi tacite ratificatur,
 secundum Ioan. Andr. in d.c. dilectus el ij. col. antepenul. Pet. de Anch. in
 cons. clvij. ex narratis, & Felyn. in c. cum omnes, in vi. declaratio. de
 constit. quos refert et sequitur Albert. Brun. in cōf. 2 8. Nobilis dominæ, col.
 ij. in fin. sciendum tamen est, † q̄ vbi communitas vel vniuersitas pro tali
 delicto esset punienda pecunialiter, innocentes & qui contradixissent non
 essent collectandi & exequendi, ut dixit Ioan. de Anan. in d.c. dilectus &
 sequitur Brunus. in d. cons. 2 8. col. 2 8. n. 11. Luc. de Pēna in l. ij. col. vi. de
 exactori. & executor. lib. xij. C. & habetur in d.c. dilectus, per Doct. † &
 dixit Bar. in d.s. delinquit. & Ioan. de Annan. post Abb. in d.c. dilectus,
 quod Bononia propter rebellionem semel aratrum passa est, ac demum
 ex gratia reædificata. Idem Carthagini cōtingit, quia & ipsa aratru passa
 est, ut dicit tex. in l. si usufructus Ciuitatis. ff. quibus mod. usufru. amittat.
 An autem, non obstante q̄ vniuersitas punita fuerit propter rebellionē
 a se factam, poscit etiam contra particulares personas pro tali delicto pro-
 cedit. Est dicendum q̄ sic, quia poena quæ imponitur pro tali delicto, vide
 licet capit. & confisca. tionis bonorum. l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest. me
 lius conuenit singularibus personis quā vniuersitati, ut voluit Cyn. in l. si
 quis in tantam col. ij. vers. sed pone q̄ ciuitas. C. vnde vi. Salic. in l. i. C. de
 sedicio. vbi ad hoc allegat tex. in l. i. ff. de magistr. cōuenien. Bal. in l. poll. C.
 de his quibus ut indign. Ioan. Monach. & Ioan. Andr. in c. fin. in fin. de
 pœn. in vi. vbi dicunt, † q̄ etiam si esset processum contra vniuersitatem
 & illa condemnata & punita, adhuc tamen puniri possent singulares per-
 sonæ vniuersitatis prædictæ. quod in Ciuitate Viterbij seruatum dicunt,
 arg. l. semper. s. in sepulchro. ff. q̄ vi aut clam. not. Bart. in l. aut facta. C. de
 pœn. & Ant. de Butr. in d.c. dilectus. el ij. de simoni. & ita voluit Alexan.
 consi. xij. consideratis his quæ in thæmate. col. ij. versi. quinto præsuppo-
 no. in vi. vol. & ita tenet etiam Albert. Brun. in præallegato cons. suo 2 8.
 nu. 11. & in versi. ex quibus omnibus, & vide ad prædicta Lucam, de Pē-
 na, in l. ij. col. penul. & vlt. C. de exactor. & exequitor. lib. xij. vbi ad par-
 tes arguit. Idem dicendum est quando ciuitas est rebellis officiali princi-
 pis propter principem, quia noluit ipsi principi parere: securi si rebellasset
 propter ipsum officiale tantum, ut voluit Bar. & Alex. in l. hostes. ff. de
 capti. & postlim. reuersi. ita dixit Ant. Capyt. in suis Decisio. Neapolitan.
 Decisi. 30. nu. 42.

S V M M A R I V M .

- 1 An Castrum rebellans proprie Ciuitati committat crimen læse maiestatis?
 2 Si propter partialitates una pars ciuium aliâ expelleret, non est crimē læse maiestatis
 Hierony. Gīgas.

L I B E R T E R T I V S . T R A C .

3 Castrum rebellans proprie ciuitati superiorem non recognoscendi incidit in crimen
laesae maiestatis.

Q V A E S T I O X I I I .

ECIMOTERTIO quero: An castrum rebellans proprie ciuitati comittat crimen laesae maiestatis? In hac q. Petr.de Anch.in conf. 2 s 7. iste B.de Garnario Bannitus, arguit ad utranque partem, & tandem concludit qd non incidit in crimen laesae maiestatis castrum rebellans proprie ciuitati: quia non contra Imperatorem seu Principem principaliter rebellio facta est directe, per not. per Barto. in extrauag. qui sunt rebell. in verb. quoniam, circa princip. quem sequitur August. de Arim. in addit. ad tract. Ange. de malefi. in verb. che hai dradito la tua patria. col. ij. 2 in addit. quae incipit, tu autem in hac materia adde & dic. vbi dixit, tu quod id est quando propter partialitates vna pars ciuium aliam expelleret. Nam eo casu non est crimen laesae maiestatis, praedictam conclusionem dixerim ego procedere quando castrum rebellat proprie ciuitati quae superiorre cognoscit, vt puta aliquod castrum Cesenae vel Imolare rebellat a sua ciuitate, non tamen ab ecclesia seu pontifice. tu secus autem quando aliquod castrum rebellaret a ciuitate superiore non recognoscente, vt est ciuitas Venetiarum. Nam tali casu castrum rebellans incideret in crimen laesae maiestatis, per ea quae dixi supra 11.12. & 16.q. in rubri. qualiter & a quibus crim. laesae maiest. committat.

S V M M A R I V M .

1 An ex sola assertione principis asserretis aliquem esse suum rebellum ille probetur rebellis?

Q V A E S T I O X I I I I .

VARTODECIMO quero: An ex sola assertione principis asserentis aliquem esse suum rebellem, ille probetur rebellis? Dicas quod non, ita tenuit Deci. in conf. 5 44. Serenissimus Imperator Carolus, col. ij. in ij. volu. vbi concludit non esse statum assertioni dicti Imperatoris, asserentis in quadam sua declaratoria, quod Illustris D. Federicus & Pirrus de Gonzaga essent sui rebelles, & propterea omnia eorum feuda devoluta esse ad ipsum Cæsarem: ex quo talis rebellio aliter probata non erat, cum de Imperatoris interesse tractaretur, idem tenet idem Deci. col.

410. in causa mota Mediolani, col. ij. versi. Tertio principaliter, in iij. vol. et
D. Carol. Ruin. præceptor meus in conf. 147. vissis his quæ proponuntur,
nu. 8. in i. vol. & in confi. Tertio videtur prima facie, col. ij. n. 5. in v. vol. &
Ial. in confi. 34. ad motiuia data, in i. vol. & in conf. 86. in cā Reueren. D. Gē
tilis, col. iij. versi. sed fortassis. in iij. volu. vbi de assertione Papæ loquitur,
asserentis aliquem esse Rebellem ecclesiæ, q̄ non probet.

S V M M A R I V M.

- 1 Stante statuto q̄ extante masculo filia nō succedat, an si filius sit rebellis filia succedet?
- 2 Filius rebellis fngitur non extare.
- 3 Statutum supradictum intelligitur, si masculus qui extat sit habilis ad succedendum.
Inhabilis quantum ad successionem habetur pro mortuo.

Q V A E S T I O X V .

ECIMO QVINTO quero: stante statuto q̄ extante ma-
sculo filia non succedat, quid dicendum erit si filius sit rebellis,
an filia succederet? Bald. in l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de officio
psid. tenuit, filiam succedere, & testatur idē tenuisse Cynū. + nā
filius, ex quo effectus est rebellis, fngitur nō extare, & sic sequens admitti-
tur. idē voluit Math. de Afflict. in c. i. s. præterea. in vers. glo. tertia. nu. s 4.
in tit. quæ fuit prima causa benefi. amittend. in vſibus feudor. facit, + quia
prædictum statutum, q̄ stantibus masculis filiae non succedant!, intelligi-
tur si ille masculus qui extat sit habilis ad succedendum: Inhabilis enim
quantum ad illam successionem habetur pro mortuo. l. i. s. fin. ff. de contra-
tab. & per Bald. in l. foeminæ. C. de inoffi. testam. Laurus de Pallat. in tra-
cta. suo, q̄ stantibus masc. foemi. non succed. in princ. nu. 10. Sed nulli du-
biuim, q̄ rebellis est inhabilis ad succedendum. l. quisquis. C. ad leg. iul. ma-
iest. ergo foemina eo casu admitteretur.

S V M M A R I V M.

- 1 Si ex decreto Ciuitatis aliquis sit factus rebellis ipse & sui, an sub illo uerbo sui, filie fo-
mine comprehendantur?
- 2 Statutum loquens per uerba indefinita omnes casus complectitur in quibus est eadem ra-
tio, ex interpretatione potius, quam ex proprietate sermonis.
- 3 Statutum loquens per uerbum si quis, & sic per adiectuum sine termino, foeminam
non comprehendit, quando non militat eadem ratio.

L I B E R T E R T I V S . T R A C.

Q V A E S T I O X VI.

- 
- EXTODECIMO quero: si ex decreto ciuitatis aliquis sit factus rebellis ipse & sui, an sub illo verbo, sui, filiae foemine comprehendantur? Dicas q̄ non. Ut voluit Aret. consil. 39. in facto dicitur contigisse. mouetur ea ratione, quia dictio, sui, posita in dicto decreto est indistincta loquutio, & propterea vniuersalis, ac si dictū esset & omnes sui, allegat not. in l. si pluribus. ff. de legat. ij. Et eo casu succedit doctrina:
- 2 nā Bar. in l. omnes populi. in vi. q. princip. ff. de iust. & iur. vbi dixit, † q̄ quando statutum loquitur per verba indefinita omnes casus complectitur in quibus est eadem ratio, ex interpretatione potius quam ex proprietate sermonis: allegat tex. in l. si seruitus. ff. de seruit. Vrban. prædior. Casus vero in quibus non est eadem ratio, ex sua propria significatione non complectitur. sed in casu nostro non est eadem ratio puniendi foeminas sicut masculos, in crimine læsæ maiestatis. l. quisquis. in. s. filij vero. iuncto. s. ad filias sane. C. ad leg. iul. maiest. ad idem facit doctrina Bar. in l. i. in princ. ff.
 - 3 de pecul. † vbi voluit, q̄ si statutum loquitur per verbum si quis, et sic per adiectuum sine termino, ut in q. nostra, foeminam non comprehendet, quando non militat eadem ratio puniendi foeminam sicuti masculum, & plura allegat Areti. in præallegato consil. ad probandam hanc conclusiōnem, pro qua facit quæ dixi supra. n. rubr. de pen. quas filij incur. Par. commit. crim. læsæ maiest. q. xiiij.

S V M M A R I V M.

- 1 Si Castro rebellanti fuerint ablata bona, & postmodum sequuta reconciliatio, an ex ea reconciliatione intelligantur illi restituta bona?
- 2 Rebannitus ex indulgentia bona non recuperat. Ex restitutione, omnia restituta uidentur.
- 3 Rebannitus an recuperet bona alienata per fiscum?
- 4 Qui emit a fisco inquietari non potest.
- 5 Si bona rebellioni alijs sunt concessa, facta pace reddenda sunt primis dominis. Pax non habet vim simplicis indulgentie, sed restitutionis in integrum.

Q V A E S T I O X VII.

- 
- ECIMOS EPITIMO quero: Castrum rebellauit, propter quam rebellionem fuerunt sibi ablata bona, sequuta est postmodum reconciliatio, queritur an ex hoc intelligantur illi restituta bona ex sola reconciliatione? Martin. de Laud. ponit

hanc quæstionem in tract. suo de crim. læsæ maiest. q. 45. & decidit q̄ non recuperet bona ex simplici reconciliatione, allegat ad hoc Angel. in l. filio quēm. ff. de liber. & posthum. Nellus in tract. bannitorum. in i. parte tertij temporis qđ. iij. tangit hanc quæstionem, in bannito, an recuperet bona quando fuit simpliciter rebannitus, vel a banno exemptus, & deinde cancellatus a banno, & differentiam facit, an ex rebannitione consequatur indulgentiam, aut restitutionem † quia ex indulgentia bona non recuperat, si vero restitutus fuerit tunc omnia restituta videntur l. i. C. de sent. pas. sis. l. fin. eod. tit. † Sed an recuperet bona alienata per fiscum? idem Nellus. ibidem q. v. dicit, q̄ communis opin. doctorum est, q̄ talis restitutio non porrigitur ad bona alienata, & istā opin. tenuit Bar. in d. l. fi. C. de sent. pas. pluribus rationibus, & primo quia qui a fisco emit nullo modo inquietari potest l. bene a Zenone. C. de quadrien. præscript. Secundo quia idem esse debet in qualibet ciuitate, nam post bonorum publicationem fiscus legitime tenuit, vt̄ heres bona confiscata. l. iij. C. ad leg. iul. de vi † & qui emit a fisco inquietari non potest. l. sed si lex. s. item si rem. ff. de pet. hæred. ad hoc facit glos. in l. gallus. s. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. quæ dicit, q̄ restitutio non trahitur ad ius quæsitum, & in ista opinione residet Nellus. pro qua facit tex. in c. quamuis. de rescript. in vi. et ibi vide in glos. magna, idem tenuit Bal. in l. sed si hac. s. sed si poenam. ff. de in ius vocād. idem in l. data. C. de appell. Imol. in l. si marito publico iudicio, in princ. ff. sol. matr. & latissime tradūt doct. in d. s. & quid si tantum. vbi per Alex. col. viij. & ix. ad idem Alexand. consil. 1 19. in iij. volum. & consil. primo in ij. volum. & Bald. consil. 2 21. in iij. volum. † Dicas tamen secundum Nicol. Boer. in suis decisi. Decis., 8. nu. 7. in i. parte, q̄ si bona rebellis alij sunt concessa, facta pace reddenda sunt primis Dominis, per text. quem Bald. dicit singul. ad hoc, in extraug. de pac. constant. in verb. priuilegia, Pax enim non habet vim simplicis indulgentie, sed restitutionis in integrum, quod sequitur Aret. in d. l. gallus. in. s. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. & Socin. in consil. 5 8. colum. ij. circa med. versicul. adhuc dici potest quod ex quo. in iij. volum.

S V M M A R I V M.

- 1 An Extraugans, qui sint rebel. locum habeat contra eos qui rebellant contra regem uel principem, uel contra propriam Ciuitatem?
- 2 Extraugans supradicta quos officiales comprehendat?
- 3 Quando rebellion fit contra regem principem uel Ciuitatem, quod ius seruari debeat?
- 4 Extraugans supradicta comprehendit eos qui rebellant contra rectores per Romanam Ecclesiam in partibus Italie positos.



- ECIMO OCTAVO quæro: An extrauagās, qui sint
rebelles, locum habeat contra eos qui rebellant contra ali
quam regem vel Principem vel contra propriam ciuitatēs
Bar. in d. extrauag. in verb. rebellando, in versi. sed an hæc
constitutio, dicit, q̄ videtur dicendum q̄ sic, ex quo dici-
tur in illo tex. contra officiales nostras, nam omnes præ-
dicti dici possunt officiales Imperatoris, quia vel ab eo, iurisdictionem ha-
bent, ex constitutione, concesione, vel longa consuetudine, quæ consue-
tudo vim habet constitutionis, alleg. tex. in l. i. s. denique. ff. de aqua. plu.
arcen. & in l. hoc iure. s. ductus aque. ff. de aqua. quoti. & estiu. Istis tamen
non obstantibus Bar. in d. versi. sed an hæc constitutio, contrarium tenet,
ea ratione, quia quando contra Regem, alium Principem, vel propriam ci-
uitatem committitur rebellio, tunc non sit contra prosperitatem imperii
principaliter, licet ex tali rebellione Rex, Princeps, vel Respub. ledatur, &
de hoc dicit esse casum in l. si quis ingenuū. s. in ciuitibus. ff. de cap. & post-
limi. reuersi. † & illa constitutio, dum de officialibus Imperatoris loquitur,
intelligitur de illis qui principaliter & direkte pro eo sunt, ut sunt legati &
Vicarij Imperatoris l. i. C. de his qui vic. alter. gerunt. l. i. s. deportatos. ff.
de legat. iij. Nam reges, & ciuitates licet iurisdictionem habeant ab Impe-
ratore, tamen illam exercent principaliter propter se non propter Impera-
torem, ideo dicit Bar. q̄ isto casu cessat illa constitutio quæ contra eos qui
machinantur cōtra Principis personam, vel eius officiales, aut imperii pro-
speritatem, & sic in hijs tantum casibus prouidet d. noua cōstitutio, † Quā
do autem rebellio sit contra Regem vel Principem vel Ciuitatem serua-
ri debere dicit, ius antiquum, videlicet dispositionem l. amissionē. s. qui de-
ficiunt. ff. de capit. dimin. quæ de his qui deficiunt, a iurisdictione eorum
sub quorum Dominio sunt generaliter loquitur, & hoc sequitur Peir. de
Anch. in consl. 287. incipit, iste B. de Garnario, & Ioan. Calderi, in consl. 6.
in titu. de accusat. & Deci. in consl. 410. colum. ult. circa fin. in iij. uolum.
4. † Quid autem dicendum sit de his qui rebellant contra rectores per Ro-
manam Ecclesiam in partibus Italiae positos, vt puta Bononiac, Perusij, in
Marchia Anchonitana, & alibi. Bar. in d. extrauag. qui sint rebel. in verb.
rebellando, in versi. sed quid si quis rebellat, dixit, q̄ eo casu est locus dictæ
constitutioni, nam eo casu Imperium est ecclesiæ, & sic huiusmodi rebel-
lantes faciunt contra prosperitatem Imperij, faciunt ad hoc ea quæ ad hūc
propositum seriose scribit Peir. de Anch. in consl. 277. ex prædicta facti
narratione.

S V M M A R I V M.

- 1 An bona rebellium uendita, propter bonum publicum, restitui possint ipsis rebellibus?
- 2 Princeps ex causa indulgere potest delinquentibus etiam in praēiudicium publicum, & priuatorum.
Cause indulgentiae multæ esse possunt.
- 3 Princeps quando posit tollere ius alteri quæsitum?

Q V A E S T I O X I X.

- D**E C I M O N O N O quero: An bona rebellium vēdita propter bonū publicum, ut puta, pacis Réipublice, restitui possint ipsis rebellibus? Dicas q̄ sic, ita tenet Marti, de Laud. in tract. suo de crim. læse. maiest. q. 14. vbi testatur circa hoc vidisse opinionē magnorum virorū alegantī, Bart. in l. quecunq;. C. de fid. instrum. et iur. hast. fiscal. lib. x. facit tex. in l. Lucius. ff. de euictio. † Item facit quia Princeps ex causa indulgere potest delinquentibus, etiam in praēiuditium publicum & priuatorum, Cause uero indulgentie multe esse possunt, uidelicet propter publicam vtilitatem, ut puta, pro pace habenda, vt colligitur ex not. per Innoc. in c. in nostra, de iniur. & dam. dat. Hostiens. in Summa. de penit. & remissi. s. fin. vers. sed pone q̄ guerra. Alex. in cons. 216. in ij. vol. & habetur late per Math. de Afflict. in c. i. s. & bona commitentium.
- 3 nū. 138. in tit. quæ sint regal. in vſibus feudor. † ad hoc faciunt ēt adducta per Nellum, in tract. Bannitorum, in pri. parte, tertij, temporis, q. viij. vbi dixit, q̄ quando liberatio, a banno sit propter vtilitatem publicam, tunc Princeps potest tollere ius quæsitum alteri. l. Lucius. ff. de euictio. l. item si verberatus. s. fin. ff. de rei. vendi.

S V M M A R I V M.

- 1 Si filius feudatarij sit rebellis & moriatur in rebellione uiuo patre relicto filio uel filia, demum pater defuncti rebellis moriatur et sic Auus, an feudum quod Auus uiuens tenebat ad fiscum transeat uel ad nepotem ex filio rebelli?

Q V A E S T I O X X.

- V**IGESIMO quero: si filius feudatarij sit rebellis, & moriueretur, in rebellione uiuo patre, relicto tamen filio uel filia, demum pater defuncti rebellis moriatur, & sic auus, an feudum q̄ auus uiuens tenebat ad fiscum transeat, vel ad nepotem, & sic filium uel filia rebellis defunctis Andr. de Iser, super const. regni, quæ incipit, ob filiorū culpas, in

L I B E R T E R T I V S . T R A C .

tit. vt pater. foriudicati. ex delicto filii non teneatur. mouet hanc questionem. & tenet qd filius rebellis succedet in feudo, excluso fisco, secus tamen dicendum esse afferit, si filius qui fuit rebellis moreretur post obitum patris, nam tali casu, fiscus succederet, ita etiam tenuit Math. de Afflict. In c. pri. s. præterea si vasallus, in vers. in glos. tertia, nu. 79. in titu. quæ fuit prima causa benefic. amitten.

S V M M A R I V M .

- 1 Si subditus alicuius principis arma summat contra principem confederatum principi suo, ab eius principe tanquam suus rebellis puniri poterit.
- 2 Confederatio est tante potentie quod de duobus corporibus unum facit ad mutuam defensionem contra Hostes.
- 3 Princeps confederatus punire potest hostes & rebelles sui confederati.
- 4 Mutua iurisdictio datur in rebelles confederatorum.
Ciuitas bannitos alterius ciuitatis confederate receptare non debet.
- 5 Bellum iustum indicitur contra rebelles.

Q V A E S T I O X X I .



- I G E S I M O P R I M O , quæro: si subditus alicuius Principis, arma summat contra Principem confederatum Principi suo, an ab eius Principe tanquam suus rebellis puniri poterit? Dicas qd sic, nam uidetur etiam contra suum Principem arma summere, ita dixit Bald. in l. ij. col. antepenul. versi. & nota. C. de seruitu. & aqua. et Bal. sequitur Sigism.
- 2 Lofred. in conf. v. col. viij. nu. 34. † facit, quia confederatio est tante potestate, qd de duobus corporibus vnum facit ad mutuam defensionem contra hostes, vt dicit idem Sigism. ibidem, & qui alteri adheret uidetur esse unus spiritus cum illo, iuxta illud qd habetur in c. damnatus. C. de summa Trinit. & fid. cat. qd qui deo adheret unus spiritus est cum illo, facit illud Psalmista, adhesit anima mea post te, Psal. 67. adde tex. in c. i. de postulat. prælat. ibi, qui regit tunc temporis adhærebat, & in c. conquesti, ibi, & eius sequaces. de sent. excomu. & plura ad hoc adducit Fely. in rubr. de treug.
 - 3 & pac. col. penul. nu. 20. † Hinc est qd princeps confederatus punire potest hostes & rebelles sui confederati, per tex. in l. non dubito. ff. de capt. & postlim. reuerf. idem voluit Bar. in extrauag. qui sint rebel. in verb. rebelloando, dum ponit intellectum clem. pastoralis, de re. iudic. ideo dixit Bal.
 - 4 in rub. de treug. & pac. † qd datur mutua iurisdictio in rebelles confederatorum, adeo qd vna ciuitas Bannitos alterius ciuitatis confederate receptare non

re non debet, idem dixit Sigism. Loffred. in d. suo conf. v. omissa facti serie, col. vii. nu. 3. ad idem Petr. de Anch. in conf. i; 8. col. ij. ex narratis, idem tenuit Albert. Brun. conf. 86. dubitatur an regia maiestas nu. 7. allegat Barto. in l. hostes. ff. de capti. & postlim. reuersi. & Bal. in rub. de treug. & pac. t & adde q contra rebelles iustum indicitur bellum, vt per Andr. de Iser. in const. regni. quae incipit. pacis cultum, in versi. contra rebelles in titu. de cult. pac.

S V M M A R I V M.

si aliquis diffamatur esse rebellis cum non sit, quo remedio sit illi succurrendum, ne huiusmodi infamia labore?

Q V AE S T I O XXII.

VIGESIMOS ECUNDOS quero: aliquis diffamatur esse rebellis cum non sit, queritur quo remedio sit illi succurrendum, ne huiusmodi infamia labore? Dicas q contra diffamantes agere poterit remedio l. diffamari. C. de ingen. & manum. & petere se pronuntiari non esse talem, ita voluit Bart. in extrauag. qui sunt rebel. in verb. rebellando, in vers. tertio poena imponitur, allegat illud, q principaliter peti potest, vt de etate pronuntietur. l. de etate. ff. de minor. l. ij. ff. de fer. & ibi not. & hoc dicit Bar. fieri potest ciuiliter agendo, sicuti enim ciuitas admittetur ad vindicandum ciuem suum, eadem ratione ciuis petere posset se pronuntiari ciuem esse eiusdem ciuitatis, & per consequens non rebellem. l. de iure. ff. ad municipal. not. in. l. i. s. per hanc. ff. de rei vendicat.

S V M M A R I V M.

1 Quid faciendum sit de insignijs rebellium pictis aut sculpis in Ciuitate?

Et quid de armis proditorum?

2 Veneti effigiem simul cum insignijs Marini Faletri eoru. Ducis qui imperium sibi uocare machinabatur, ex aula in qua singuloru. ducu. effigies pictae sunt deleri fecerunt.

3 Rebelli ius reddi non debet.

Principis rebellem quis denuntiare tenetur sub poena relegationis.

Q V AE S T I O XXIII.

VIGESIMOTERTIO quero: quid dicendum de insignijs rebellium pictis aut sculpis in ciuitate? Dicas q deleri debent vbi suntque reperiantur l. eorum. ff. de pen. & ibi Bart. idem dixit Roma. in singul. suo nu. 666. allegat tex. in d. l. eorum, quem ad hoc dicit etiam singularem hoc idem voluit las. in s. penales. col. ij. nu. 14. e 15. insti. Hierony. Gigas. Y Y

L I B E R T E R T I V S . T R A C .

de a ctio . qui ad hoc allegat etiam tex . in . l . iij . C . de offi . Re ctor . prouinc . & idem de armis proditorum dicit idem Roma . in singu . nu . 474 . incipiente ,
 2 corum arma . † & ideo Domini Veneti effigiem Marinii Faletri eorum Ducis , qui per Tyrannidem Imperii sibi uendicare machinabatur , & propte rea decapitatus fuerat , ex aula ubi magne comitie celebrantur in qua singulorum Ducum effigies pi ce sunt , deleri fecerunt , insimul cum eius insigniis . † Hoc vnum non omittam q . Rebelli ius reddi no debet , ut voluit Cyn in l . i . C . de natura . liber . & Bald . in Au . & . habita . col . iij . versi . Tertio nor . C . ne fil . pro patr . & Principis rebellem quis denuntiae tenetur , sub poena relegationis l . methodorum , versi . si . ff . de pen . idem dixit Fran . Luca nus . in tract . suo de Reprob . sent . Pilat . in ij . dubio . artic . iij . in versi . ultimo pro nunc addas , nu . 16 . & Roma . in singul . suo , incipiente , nunquid teneatur quis . nu . 787 . vbi dicit q . tex . in d . l . methodorum , est singularis ad probandum q . quis indicare teneatur rebellem Principis .

S V M M A R I V M .

- 1 An qui rebellat contra officiales principis crimen lae . & maiestatis incurrit .
- 2 Officiali principis ultra eius officium aliquid facienti legitime resisti potest .
- 3 Rebellant officiali principis , in his quae ad statum imperij pertinent , crimen lae . maiestatis incurrit : alias securus .
- 4 Securus etiam si offendetur talis officialis ob priuatam iniuriam .

Q V A E S T I O N E X X I I I .

I G E S I M O Q V A R T O quaro : clarum est , q . qui reb ellat contra Principem crimen lae . & maiestatis incurrit , sed quid dicendum de eo qui rebellat contra officiales principis ? Dicas q . idem est , vt habetur in extraua . qui sint rebels . Hoc tamen intellige de his qui rebellant contra principales , in his quae ad commissum eis officium pertinent , se-
 2 cus in aliis , † nam si ultra eorum officium aliquid facerent , eis legitime resisti potest l . prohibita . C . de iur . fisc . lib . x . l . deuorum . C . de metal . lib . xii .
 3 Titum intellige etiam predictam conclusionem quando quis rebellat in his quae ad statum imperii pertinent , alias sceus esset , vt est tex . in d . extra- uag . qui sint rebels . in versi . rebellando . & ibi Bar . in princ . dicti versi . ad idem Praeposit . in c . in priniis . in s . de persona . in uersi . quod tamē dicitur , nu . 21 .
 4 ij . q . prima . † vbi dixit supradictam conclusionem , procedere quando officiales offenderentur in contemptu ipsius Imperatoris vel Principis , eius po testate in denegando , secus tamē quando ob priuatam iniuriam offend-



rentur, tunc enim offendens eos crimen læsæ maiestatis nō incurrit, ita dixit Oldrad. cons. 43. et Pet. de Anch. cons. 270. Bar. in l. hostes. ff. de capti. & postlimi. reuersi. & Bal. in c. primo, de offi. delega. faciunt ad hoc ea quæ dixi supra q. 16. in rub. qualiter et a quibus crim. læsæ maiest. lib. i. & q. 14.

S V M M A R I V M .

- 1 Rebelles quibus poenis subiaceant?
- 2 Rebelles impune occidi possunt.
- 3 Etiam si sit occulte rebellis.
Et in iudicio super homicidio liquidabitur ipsum fuisse rebellem.
- 4 Rebelliger occidi potest ante sententiam contra eum latam.
- 5 Publice interest quod rebellis occidantur.
- 6 Rebelle capi possunt & detineri, ut serui.
Item damnari potest ut capite puniatur.
- 7 Locus rebellis principis perdit tam priuilegia quam etiam cōsuetudines priuilegiatas.
- 8 An pro occidendo rebelle licet conuocare amicos?
- 9 An filij rebellium nati & concepti post rebellionem sint Ciues sue Ciuitatis?

Q V AE S T I O X X V .



IGESIMO QUINTO quæro: quibus poenis subiaceant rebellis? Dicas q[uod] quædam est poena quæ ipso iure eis infligitur, vt scilicet omnia quæ iuris ciuilis sunt perdant. l. amissione. ff. de capit. dimin. † Secundo impune occidi possunt. l. i. ff. ad leg. corn. de siccari. l. proditores. ff. de re milit. & habetur per Thom. Grammat. in suis votis, vo ro. x. nu. 36. & D. Carol. Ruini. præceptor meum, consil. pri. colli. iii. in fin. in v. volu. & ibidem nu. ii. ead. col. † & hoc procedit etiam quando quis esset occulte rebellis, nam occidi potest impune, & in iudicio super homicidio liquidabitur ipsum fuisse rebellem, vt per Bar. in extrauagan. qui sint rebell. in verb. rebellando. versicul. circa secundum, & sequitur idem
4 Præceptor meus loco præallegato, & Petr. de Anch. consl. 277. † quod nota, quia speciale est in rebelle, q[uod] occidi possit ante sententiam contra eum latam, & ratio est quia periculum est in mora, † ac etiam quia publice interest q[uod] rebellis occidantur, vt per dictos doctores in locis præallegatis.
6 † Tertio capi possunt & detineri vt serui. l. transfuga. ff. de acquirend. rerum domin. Quarto damnari potest ut capite puniatur. l. si quis aliquid. trasfuge. ff. de poen. ita voluit Bar. in extrauag. qui sint rebell. in verb. re

L I B E R T E R T I V S . T R A C .

- bellando, in versicul. de poena vero rebellium. nu. 13. vbi late dicit, de his quæ rebelles facti amittunt, ad idem Curt. lvn. consl. 137. col. iii. num. 13.
- 7 in ij. volum. † & ibidem dixit nu. 14. q̄ locus rebellis principi perdit tam priuilegia quam etiam consuetudines priuilegiatas, secundum Bal. in titu. de pac. constant. in verb. Nos Romanorum, vbi dixit q̄ locus rebellis habetur pro mortuo.
- 8 † Sed quæro an pro occidendo rebelle qui impune occidi potest licitum sit ad id cōuocare amicos? Dicas breuiter q̄ sic, facit q̄ voluit Iac. Butrig. & Paul. de Castr. in l. refectiōnis, per illum text. C. commun. prædior. vbi dicunt q̄ cuilibet aliquem impune offendere, eidem ad idem faciendum licet amicos & etiam extraneos conuocare, de quo vide per eundē Ruin.
- 9 Dominum meum, in præallegat. consil. pri. col. ij. in princ. in v. vol. † Viterius quæro: an filij rebellioni nati & concepti post rebellionem, sint ciues sue ciuitatis? Glosa reputata singularis in l. Imperator. in fin. dixit q̄ non, vbi Bald. Angel. & Alberic. ff. de stat. homin. & Nicol. Boer. decis. 13. nu. 27. in prima part. suarum decis. sequentes glos. prædictam.

S V M M A R I V M .

- 1 Quando bona rebellionis tempore rebellionis alijs personis concessa sunt, an facta pace primis eorum dominis sint reddendas?

Q V AE S T I O X X V I ,



1 I G E S I M O S E X T O quæro: quando bona rebellionis tempore rebellionis alijs personis concessa sunt, an facta pace primis eorum dominis sint reddendas? Dicas q̄ sic, text. est quem Bal. singularem dicit, in extrauag. de pace constantie. in verb. priuilegia. Et est ratio quia pax non habet vim simplicis indulgentie, sed restitutiōnis in integrum, quod voluit Aretin. in l. galus. s. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. & Socin. consil. s. col. ij. circa med. in versicul. adhuc dici potest. in ij. volum. Ita scribit etiam Nicol. Boer. decilio. 38. nume. 7. in prima part. prædicta tamen procedunt nisi alter actum sit in capitulis pacis.

DE PLVRIBVS, ET VARIIS

QVÆSTIONIBVS.

S V M M A R I V M .

- 1 An Rex seu Princeps contra quem fuit commissum crimen lœse maiestatis, etiam non notorie delinquentē bonis suis priuare possit, quamvis non vocatum neq; conuictum: Crimen lœse maiestatis est satis horrendū, & iuste censetur maximū omnū peccatorū.
- 2 Imputatio de crimine lœse maiestatis in principem commisso, non citato legitime, bona sibi auferri non possunt nec damnari potest, nisi simus in notorio crimen.
- 3 Citatio est de iure diuino, & tolli non potest. Princeps iudicat ut deus.
- 4 Reus etiam in crimen lœse maiestatis damnari non debet, nisi ueritate comperta.
- 5 Citatio fit ut quis se defendere ualeat.
- 6 Imperator contra non legitime citatum procedere non potest.
- 7 Defensio est de iure naturali, & tolli non potest.
- 8 Quo casu in crimen lœse maiestatis procedi possit sine citatione.

Q V AE S T I O I .



R I M O quæro: vidimus supra q.vi.in rubric. qualiter in crim lœse maiestatis procedat. q; citari debet inculpatus de crimen lœse maiestatis, antequam condemnentur, de quo est tex. in extrauagā ad reprimend. † Modo quæro an Rex seu princeps contra quem fuit commissum huius modi crimen, etiam non notorie delinquētem bonis suis priuare possit, quamvis non vocatum neq; conuictum: Lucas de Penna in l. quisquis. col. ii. versicul quinimmo. C. de peti. bonorum sublat. lib. x. decidit q; sic, allegat ij. Regum. cap. i 6. post princ. immo plus dicit, q; etiā si Rex vel Princeps sic agendo errauerit, & bona per eum ablata alteri do nasset, non propterea reuocarentur, allegat Regum. ij. capit. i 9. subdens q; hoc crimen est satis horrendum, & q; iuste censetur maximum omnū peccatorum, vt in au. & de nupt. s. fungitur. & est etiam scelestissimum. l. fin. C. ad leg. iul. meist. Ideo dicit q; hoc crimen est seuerissime vendican dum, nam si quod in regiam admittitur maiestatem vindicta comprehensum non fuerit, q; in minores subditos admittitur inultum transire dubitari non debet. 23. q.v.c.relegentes.

† Contrarium teneo, videlicet q; nisi simus in notorio crimen lœse ma-

L I B E R T E R T I V S . T R A C .

- testatis, imputato de tali criminis in regem seu principem commisso, non citato legitime, bona sibi auferri non possunt, nec damnari potest, facit tex. in d. extrauagan. ad reprimend. vbi statuitur, quod imputatus de criminis laesae maiestatis per nuntium vel per literas seu per edictum citari deberet,
- 3 antequam contra ipsum ad aliquam procedatur condemnationem. † Cito-
tatio enim est de iure diuino, quae tolli non potest. Princeps autem iudicat
ut Deus, secundum Bald. in l. sancimus. C. de iudic. Deus autem cui aper-
tum & notissimum erat Adam transgressum fuisse eius mandata, & pec-
casse, antequam illum damnaret vocavit eum, Dicens Adam Adam ubi es, ut habetur Genes. cap. 3. Et quod citatio necessaria sit in criminis isto, dixi
supra q. vi. in praet. allegat. Rubric. qualiter in crim. laesae maiestatis proced.
- 4 † Secundo hanc opinionem comprobo, quia etiam in hoc criminis laesae
maiestatis damnari non debet reus nisi veritate comperta, exemplo Sum-
mi Dei qui volens delicta ciuitatum Sodome, & Gomorre, punire, & si
sibi aperta essent eorum sceleris, attamen dixit descendam & videbo vitium
clamorem qui peruenit ad me opere compleuerint. c. Deus omnipotens.
ij. q. i. ad idem facit tex. in l. famosi. ff. ad leg. iul. maiest. ibi hoc tam enim
a iudicibus: vbi dicitur, crimen laesae maiestatis a iudicibus non in occasio-
nem, ob principalis maiestatis venerationem habendum est, sed in verita-
te rei iudicate, & sic probat ille tex. quod imputatus de criminis laesae maiesta-
tis non ex abrupto, sed causa cognita damnandus est, accedat quod habe-
tur Actuum Apostolorum. capit. 25, vbi scriptum est, quod non erat Romani
consuetudo, damnare aliquem hominem prius quam is qui accusare-
tur presentes haberet accusatores, locumque defendantis accepisset, ad abluen-
- 5 da criminis quae ei obiciuntur. † Facit, quia cum citatio fiat ut quis se de-
fendere valeat, cum defensio de iure naturali sit, & propterea nulli deneganda, & procedere contra non citatum nil aliud est quam defensionem
- 6 tollere, † quinimmo nec Imperator contra non citatum legitime, praefer-
tim in isto criminis laesae maiestatis procedere potest, clem. pastoralis. de re
iudic. vbi doct. & Marian. Socin. junior. in consil. i. 8. vi. iso themate. in ij.
- 7 volu. col. vlt. versicul. nec mirum. nu. 3 i. † Et quod tolli non possit defensio
cum sit de iure naturali, vide ultra alios per Marc. Mantua. in suis Dialog.
- 8 libr. v. Dialog. 98. † Quo autem casu in criminis laesae maiestatis procedi
possit contra aliquem sine citatione, vide quae dixi supra in praet. allegata q.
vi. in vers. limita p. di. et. in rubr. qualiter in crim. laesae maiest. procedatur.

S V M M A R I V M .

- 8 An sola scientia sit punibilis in criminis laesae maiestatis, non subsequito aliquo consensu,
consilio, vel facto?

- 2 Scientia sola punibilis est, quando maleficium committi debet in personam eius cui ipse sciens suppositus est.
- 3 Scientia filii de nece patris punibilis est.
- 4 Scientia ualli de morte Domini punibilis est.
- 5 Non indicans rebellionem incidit in pœnam relegationis.
Vassallus sciens & non indicans rebellionem in feloniam incidit, & feudo priuatur.
- 6 In crimine leſe maiestatis punitur affectus licet non sequatur effectus.
- 7 Isocrates in quadam sua oratione quid sentiat in ista conclusione?
- 8 Scientia qua probari non potest, in crimen leſe maiestatis, non est punibilis.
Nemo se tormentis, & squalori carceris submittere debet.
- 9 Culpa non est, in discrimine uite se non ponere.
Qui audiuimus & non reuelauit, quia probare non poterat, immunis est, a delicto.
- 10 Iudices homines occidentes ex ea sola causa quod secretum non reuelant quod probare non possunt, omnes sunt homicide.
- 11 Opinio Bar. & Salye, in conclusione ista, seruatur in practica.
Quæ tamen nimis rigorosa uidetur authori.
- 12 Scientia uxoris scientis maritum uelle committere crimen leſe maiestatis, & econtra, non est punibilis.
- 13 Scientia non subditi in crimen leſe maiestatis non est punibilis.

Q V A E S T I O N . II.



ECUNDQ; quæro: an sola scientia sit punibilis in crimen leſe maiestatis, non subsequuto aliquo consensu, consilio, vel facto? Breuiter videtur dicendum qd sic, propter atrocitatem & immanitatem ipsius criminis, ad hoc facit tex. in l. quisquis. & ibi doct. C. ad leg. iul. maiest. & hoc tenuit Angel. in s. publica. insti. de public. iudic. in versic. singulariter tene menti. allegat ad hoc tex. in l. vtrum. ff. ad leg. Corn. de paricid. vbi dicitur qd conscientia paricidij eadem poena puniendi sunt. Dicas tu qd ille text. non probat intentionem Angelii, quia ibi non punitur nuda scientia, sed puniuntur conscientia & participes. ita illum tex. declarat ibi glo. in verb. conscientia. quæ dixit qd sola scientia sine participatione non puniatur in casu illo, dicit etiam idem Angel. ibidem, qd ita communiter seruatur, & licet opinio Angelii non proberetur, vt dixi per tex. in d.l. vtrum. est tamen vera, & ita tenet Bar. in d.l. vtrum. vbi approbando glosam ibi, quæ tenuit simplicem scientiam non esse punibilem, pro ea allegat tex. in l. culpa caret. ff. de reg. iur. & in c. non est sine culpa. de reg. iur. in vi. t Denum dicit quod sola scientia punibilis est, quando maleficium committi debet

in personam eius cui ipse sciens suppositus est, vt si seruus est sciens de
 3 morte Domini. l. prima. s. si seruus ff. ad syllenian. † vel in filio si sciens
 4 fuit de nece patris, vt in l. secunda, eodem titul. de paricid. † Item si va-
 sallus fuit sciens de morte Domini, eadem ratione, & de eo qui sciens
 fuit de turbatione status sue Ciuitatis, vel de alio in Ciuitatem suam seu
 suum Principe in commisso, vt in dict. l. quisquis. in fin. C. ad leg. iul.
 maiestatis, in aliis autem casibus dicit procedere glos. in dict. l. vtrum.
 hanc etiam opinionem in casu quæstionis nostræ tenuit Albert. Brun.
 in consilio suo 28. Nobilis domine, colum. ij. versicul. quod autem con-
 sci, vbi dixit, qd Roma. in singulari suo. nu. 794. incipiente. Nunquid,
 5 † voluit, qd non indicans rebellionem incidat in peccatum relegationis, per
 tex. in l. methodorum. s. fin. ff. de pen. & si sciens & non reuelans rebellione-
 nem sit vasallus in foeculam incidit, & feudo priuatur, vt voluit Petr. de
 Anch. cons. 440. in prima & ij. col. Primum autem opinionem qd ex sola
 scientia non reuelans quis incidat in crimen læsæ maiestatis tenuit etiam
 Saly cet. in d. l. quisquis. & Angel. in tract. malefici. in verb. Et hæc tradi-
 to latua patria, in versi. quod crimen. nu. ii. idem tenuit Decius. in l. culpa
 caret. nu. ii. ff. de regul. iur. & Martin de Laud. in tract. de crim. læsæ ma-
 iest. q. 13. ad idem Calcan. consl. ij. Quod autem. col. iiiij. versi. undecimo pro-
 6 hoc facit, † punitur etiam in hoc crimine affectus licet non sequatur effectus.
 Angel. in l. fin. s. fin. ff. quod quisque. iur. Archid. in c. ego. i. 2. q. ij. & ad
 hoc uide Restaurum. Perusinum. in tract. suo. de Imperat. q. ii. 8. col. ij. &
 7 Felyn. in c. de cætero. col. viii. de re iudic. † Et pro hac conclusione facit
 quod pulcre scribit Isocrates. in ij. sua Oratione, quam in Nicoclis Cypro-
 rum Regis persona conscripsit, vbi Rex loquens dixit, ne silentio prete-
 reatis (subditis loquens) si quisquam indigne se circa Dominatum meum
 gerere uideretis, sed reprehendite potius, eademque poena dignos existi-
 metis, & magistratu meo vim facientes & huiusmodi iniurias cōtēgentes.
 8 † Limita tamen prædictam conclusionem, quando talis scientia probari
 non posset, nimirum enim absurdum esset quod quis teneretur reuelare qd
 probare non posset, curi nemo se tormentis submittere debeat, quibus hu-
 iusmodi criminis delator supponitur. l. ij. C. ad leg. ful. maiest. & similiter
 9 squalori carceris. l. fin. C. de accusat. † Nec culpa est in discrimine vite se no-
 ponere, vt inquit glos. in l. neminem. C. de infam. qui enim tantum audi-
 uit, & non reuelauit ex eo qd id probare non poterat, immunis est a deli-
 cto, per tex. in l. nostris. in fin. C. de calumniat. & hanc opinionem sequi-
 tum fuisse Bal. in quodam suo consl. testatur Angel. in d. tract. malefi. loco
 10 præallegato. † subdens, qd Bal. in d. suo consl. dicebat, qd iudices sequentes
 opinionem Bar. in d. l. vtrum, & homines occidentes, ex ea sola causa qd se
 cretum

cretum non reuelant, quod probare non possunt, omnes sunt homicide: & qd Bal. in prædicto suo cons. deplorat memoriam fidelis militis Domini Ioannis Barbadori qui ob hanc causam cum aliquibus eius sequacibus fuit decapitatus, quod refert Ioā. de Plat. in s. publica. instit. de publi. iudi. istam opinionem tenuit etiam elegas Doct. Andr. Alciat. in l. bona fides. nu. 20 ff. deposit. & idem in l. ij. s. cato. nu. 30. ff. de verbis. obligat. vbi dixit hanc esse communem opinionem, subdit tamen se dubitare de hac opinione, dicens non esse verum qd talis sciens & reuelans tormentis subiici debeat, quia tex. in d.l. ij. C. ad leg. iul. maiest. loquitur de accusante aliquem ad poenam, non in reuelante ut princeps caueat, allegat not. per Socin. in 11 consil. 202. in iiiij. volu. † Opinionem Barto. & Salycet. in practica seruari arrestatur ipse Angel. loco præallegato, & ibidem Augustin. de Arim. in sua additione, quæ incipit, tu autem in hac materia adde qd alias, dicit illum seruasse, & allegat Bart. in l. i. s. occisorum. ff. ad syllenian. & ibi Ang. & Abb. in c.i. de restit. spoliat. & in c.i. de offic. delegat. & ita tenuit etiam Math. de Afflict. in c.i. in s. & bona committentium. colum. viij. versicul. quadragesimo, nu. 103. in titul. quæ sint regal. in vñibus feudor. Ista vlti. opinio, mihi nimis rigorosa videtur.

11 † Secundo limita conclusionem prædictam, non procedere in vxore sciente qd maritus vult committere crimen læsæ maiestatis, vel econtra, non enim tenetur vxor maritum, & maritus vxorem tali casu denunciare, vt late dixi supra q. xv. in rubr. qui accus. possunt. in crim. læsæ maiest. vide quæ ibi scripti. † Tertio limita conclusionem prædictam, non vendicare sibi locum in non subdito sciente crimen læsæ maiestatis committendum, contra aliquem principem, & non reuelante, vt voluit Angel. in l. frater. ff. ad leg. Pomp. de paricid. vbi dixit, qd forensis qui non est de populo, & sic ius populi tueri non tenetur, licet sciat conspirationem, tamen si non reuelat eam, puniri non debet, faciunt pro ista limitatione ea quæ scripti supra in rubric. qualiter & a quibus crim. læsæ maiestatis committat. question. 68. vbi conclusum fuit, quod non subditus committere non dicitur crimen læsæ maiestatis.

S V M M A R I V M.

1 Anis qui commisit crimen læsæ maiestatis confugiens ad ecclesiam inde extrahi posuit inconsulto Romano Pontifice, uel alio ab eo Authoritatem habente?

2 Nuntijs apostolicis apud Dominum Venetum existentibus est data facultas extrahendi ab ecclesia enorium delictorum reos.

Reus quantumcunque grauia crimina commiserit, si ad ecclesiam confugerit, non est in Hierony. Gigas.

- de violenter extrahendus.
- 3 Extrahere reum de ecclesia inconsulto pontifice vel habente ad id autoritatem, est crimen læse maiestatis.
 - 4 Crimen læse maiestatis est crimen exceptum.
 - 5 In crimine læse maiestatis recedimus a communibus regulis.
 - 6 Maius & minus delictum ex qualitate poene cognoscitur.
 - 7 Filii publicorum latronum, & nocturnorum depopulatorum agrorum, non puniuntur ex patris delicto.
 - 8 Crimen læse maiestatis dicitur pessimum omnium peccatorum.
 - 9 Facientes aliquem per assasinos occidi sunt excommunicati, & ab omni Christiano populo diffidati.
 - 10 Qui aliquem ueneno necauit, non sentit beneficium, c. inter alia. de immunitate ecclesia.
 - 11 Exceptio regulam firmat, sed non ampliat.
 - 12 Crimen læse maiestatis requirit de fessi speciale mentionem.
 - 13 Cardinalis licet ex consuetudine liberare posset eum qui ad mortem ducitur si illi obiret attamen non liberabit reum criminis læse maiestatis.
 - 14 Casus exceptus extenditur ex identitate rationis.
 - 15 Si crimen læse maiest. comprehenderetur sub regula tex. in c. inter alia. de immunitate ecclesia sequeretur absurdum, q. sub regula remanceret casus longe maior, quā essent excepti.
 - 16 Argumentum ab absurdo uitando ualeat.
Et est optimum & concludens.
 - 17 Crassus Brutus Romanus, a Cassio patre qualiter punitus, pro crimine læse maiestatis.
 - 18 Excoūcatus, Blasphemus, iudei, infideles, et sacrilegi, an gaudeat immunitate ecclesiarum?
 - 19 Hæretici non gaudent immunitate ecclesiarum.

Q. VAE STIO. III.

- E R T I O** quæro: utrum is qui cōmisit crimen læse maiestatis configiens ad ecclesiam inde extrahi possit inconsulto Romano Pontifice, vel alio ab eo autoritatem habere, vt puta legato de latere, vel Nuncio Apostolico cū autoritate Legati Cardinalis de latere, tūt ut est nunc in Alma Cjuitate Venetiarum Reuerend. Pater D. Ludo-
vicus Beccadellus Bononiensis, Episcopus Rauellensis, vir sane integritate & exemplaritate vite cōspicuus, ac de greca latinacq; lingua optime meritus, cui indulsum est a sede Apostolica posse iudicibus laycis licentiam extrahendi de ecclesiis immanium delictorum præparatores, concedere? In hac quæstione dicendum videtur, q. rei criminis læse maiestatis in eccllesia securi esse debeat, per text. in c. inter alia. de immunitate ecclesiarum, vbi
- 

ponitur regula, q̄ reus quantumcunq̄ grauia crimina commiserit, si ad ec-
 clesiastam confugerit, non est inde violenter extrahendus, a qua regula ille
 tex. excipit duos tantum casus, videlicet publicum latronem, & nocturnum depopulatorum agrorum. Tertius casus ext̄cipit quādō quis ea in-
 tentione in ecclesia deliquerit, vt ab ecclesia tueatur, vt est text. in c. fin. eod.
 titul. de immunitate ecclesiarum. Ergo cum non excipiatur a dicta regula reus
 criminis læsæ maiestatis, remanet sub regula prædicta, quia exceptio re-
 gulam firmat in casibus non exceptuatis. c. quoniam frequenter. vt lit. nō
 contest. l. nam quod liquide. s. fin. ff. de penit. legat. l. quæstum. s. deniq. &
 ibi Bar. ff. de fund. instru. & l. legata inutiliter. vbi Bart. in princ. ff. de legat.
 3 primō xxxij. q. viij. c. Dominus noster. † facit pro ista opinione, quia extra
 here reum de ecclesia inconsulto pontifice, vel habente ad id autorita-
 tem, est crimen læsæ maiestatis, tex. est in l. iij. C. de his qui ad ecclesi. con-
 fug. de quo late dixi supra in rubric. qualiter & a quibus crim. læsæ mai-
 estatis committatur. q. x. In contrarium, q̄ immo is qui crimen læsæ mai-
 estatis commisit, confugiens ad ecclesiastam in ea non sit tutus, faciunt infra di-
 cenda † Primo quia crimen læsæ maiestatis est crimen exceptum, vt ha-
 betur. in c. si quis cum militibus. vi. q. i. & per Specul. in titul. de accusato-
 re. colum. vlt. circa medium, glos. in c. i. in glos. vlt. de testi. in vi. † Ideo in
 isto crimine recedimus a communibus regulis, vt late tradit Math. de Af-
 flict. in c. i. in s. & bona committentium. in titul. quæ sint regal. in vñbus
 feudor. vbi enumerat multas specialitates quæ sunt in isto crimine, & de
 quibus dixi supra in rubric. qualiter & a quibus crim. læsæ maiest. com-
 mit. in pluribus questionibus. Secundo facit, quia si publicus latro, & no-
 cturnus depopulator agrorum non gaudent immunitate ecclesie, vt in d.
 c. inter alia, a fortiori is qui crimen læsæ maiestatis commisit, cum hoc il-
 lis maius sit delictum. † probo nam maius & minus delictum ex qualita-
 te poene cognoscitur, cum poena delicto sit cōmensuranda, vt dixit Bal.
 in c. i. in i. not. in tit. de vasal. qui cōtra constit. Lotar. in vñbus feudor. Po-
 nea autem criminis læsæ maiestatis contra personam principis commissi,
 longe maior est, quam ea qua punitur publicum latrociniū, & qua no-
 cturni depopulatori agrorum, probo nam committentes crimen læsæ
 maiestatis in principem decapitantur, vel secundum consuetudinem ali-
 quarum regionum suspenduntur, et eorum bona confiscantur, ac eorum
 filii infames perpetuo efficiuntur, & insuccesibiles fiunt, etiam hæreditati-
 um extraneorum, vt habetur in l. quī quis. in princ. & in s. filii vero. C.
 7 ad leg. iul. maiest. † at illi publiscorum latronum, & nocturnorum depo-
 pulatorum agrorum non puniuntur ex patris delicto, si igitur in mino-
 ri delicto quis non tuerit ab ecclesia, ergo a fortiori in maiori, vt est cri-

- 8 men læsæ maiestatis, aut. multo magis. C. de episc. & cleric. † ad idem facit, quia crimen læsæ maiestatis dicitur pessimum omnium peccatorum,
 9 vt in aut. de nupt. s. si igitur. † Tertio adduco, qd habetur in c. i. de homicid. in vi. vbi hi qui faciunt aliquem per assassinos occidi, sunt excommunicati & ab omni christiano populo diffidati, quos clarum est, si ad ecclesias configurerent, ab illarum immunitate penitus alieni essent, & tamen haud dubium qd crimen læsæ maiestatis illo maius est delictum, vt ex genere
 10 poene clare constat, per supradicta. † facit etiam, quia vt videtur sentire Ioan. de Annan, quia aliquid veneno necauit non sentit beneficium d.c. inter alia. de immun. eccles. ita dixit idem Ioan. de Annan, in c. i. col. ii. in princip. de homicid. de quo dixi supra. q. 10. versic. Quarto fallit. in rubr. qualiter & a quibus crim. læsæ maiestatis commit. Et tenendo istam opinionem, nō obstant allegata in contrarium, quibus respondeo. Et primo non obstat quod dicitur, qd exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis, per sex. in d.l. nam quod liquide. s. fin. ff. de poen. legat. cum alijs supra allegatis, ergo cum casus noster non sit de exceptuatis remanet sub
 11 regula. † Nam ista consequentia falsa est, & est ratio quia exceptio regulam firmat, sed non ampliat, adeo qd plus in ea comprehendatur quam sit de natura regule, vt dixit Bart. in l. generali. s. vxori. ff. de usufruct. legat. & in l. quæsitum. s. deniq. ff. de fund. instruct. & per Felyn. in c. quoniam frequenter. col. i. versic. ista & his similia. vt lit. non contest. sed regula tex. d.c. inter alia, quæ generaliter loquitur de delictis quantumcumq. graui-
 12 bus, non comprehendit crimen læsæ maiestatis: † & est ratio, quia huiusmodi crimen requirit de se speciale mentionem, comprobo, quia si sit alicui concessa abolitio omnium delictorum, seu criminum, non propterea censetur concessa abolitio criminis læsæ māiestatis, per ea quæ voluit Angel. in sua Disputatione, quæ incipit, Exorta guerra, & Roman. in l. si quis in graui. in. s. hi quoque. ff. ad Syllenia. Barbat. in tracta. de præstant. Cardinal. in iiiij. q. primæ partis, in versicul. sed pone qd
 13 aliquis, t. vbi dixit qd licet Cardinalis ex consuetudine liberare posset eum qui ad mortem ducitur, si illi obviat, attamen non liberabit reum criminis læsæ maiestatis, & habetur per D. Hippol. Marsil. præceptor meum, in l. vnica. C. de rapt. virgin. nu. 108. & in l. i. nu. 23. ff. de question. & idem in l. de minore. nu. 2. eodem tit. Alex. in l. de pupillo. s. si pluribus. ff. de oper. nou. nunciat. & idem Præceptor meus in singul. 164. incipiente, nemo debet se submittere, faciunt etiam pro prædicta opinione quæ dixi supra in rubri. quis de læs. maiesta. crimin. cognos. poscit. & ea quæ habentur per
 14 Fely. in d.c. quoniam frequenter. in prima. & ij. col. † Secundo respondeo qd casus exceptus extenditur ex identitate rationis, vt not. Abb. in c. cum

dilecta, de confir. vtil. vel inutil. in v. not. Ergo a fortiori dicemus exceptum casum nostrum, in quo non identitas sed maioritas rationis militat, per su
 15 pradicta, † Tertio dicitur, qd si diceremus casum nostrum comprehen-
 dis sub regula tex. in d.c. inter alia. sequeretur absurdum, qd sub regula re-
 maneret casus longe maior quam essent excepti, quod non est dicendum,
 quia quod absurditatem inducere posset, damnandum est c. cum satis ab-
 surdum. de offi. Archidiac. c. solite, de maior. et obedien. Abb. in c. iniustum.
 16 de rerum. permitt. † vbi dixit, qd valet arg. ab absurdo vitando. facit tex. in
 l. nam absurdum. ff. de oper. libert. idem not. ex illo. tex. D. Guliel. Ponta-
 nus. Perusin. insignis doctor, & praeceptor meus, in l. diuortio. in v. colum.
 nu. 7. ff. sol. matr. Cepol. in l. exépli. in ij. norab. ff. de edil. edict. Et iste mo-
 dus arguendi ab absurdo vitando est optimus, & concludens, vt per So-
 zin. nepotem. in consi. x. col. iij. nu. 16. in ij. volum. & idem in consi. 16 s.
 col. xij. in princ. nu. 74. eod. volu. nec obstat, qd extraens aliquem de eccl-
 17 esia dicatur comittere crimen læse maiestatis, nam id sane intelligitur, quan-
 do is qui ab eccl esia extrahitur ex iuris dispositione inde extrahi non po-
 test, secus in casibus non prohibitis, vt est casus noster, & ita seruari uidi in
 reis criminis læse maiestatis, † & etiam apud antiquos Romanos serua-
 tum legi, qd Crassus Brutus nomine, in bello latino, conuenit cum Latinis
 certa mercede, portas urbis eis aperire, & cum in hoc deprehensus fuisset,
 ad Paladis auxiliarie templi confugit, pater vero illius Casius oculis dí-
 18 eti Templi foribus necatum filium fame, insepultum abiecit. † Nunquid
 autem excommunicatus, blasphemus qui consuetus est blasphemare deum &
 glorio sam Virginem, Iudei, infideles, & sacrilegi, gaudent immunitate
 ecclesie. Vide ultra dicta per doct. in d.c. inter alia, & in c. fin. de immunit.
 ecclesiarum. Nicola. Boeri. Decis. 110. in prima parte, suarum decisionum.
 & eundem decision. 109. eadem parte, & de excommunicato, idem tenuit
 Mantua. in consi. 60. nu. 4. & 5. vbi dixit, qd gaudet immunitate ecclesie,
 19. † De haeretico etiam est dicendum qd non gaudet immunitate ecclesie,
 glos. in aueten. de mandat. princ. s. neque autem col. ij. Gondisal. Villadie-
 go. in tract. de haereti. q. xi.

S V M M A R I V M.

1. An ualeat statutum qd in criminis læse maiestatis puniantur etiā fratres delinquentis, ne
 tepidi, & remisi sint circa fratrū suorū insolentias cohibendas & reprehēendas?
2. Statutum Florentie, quod uno de familia delinquentे alijs puniantur ualeat.
3. Statutum huiusmodi locum sibi non uendicat contra fratres & affines delinquentis ab
 sentes, & penitus ignorantes uoluntatem fratris.

- 4 Item locum sibi non uendicabit contra fratrem seu affinem delinquentis , cui idem delinquentis erat inimicus.
- 5 Item locum sibi non uendicaret , quando frater esset adeo ceruicose nature quod fratri & aliorum admonitiones omnino contemneret.

Q V A E S T I O . I I I I .



V A R T O quæro : An valeat statutum q̄ in criminē læsæ maiestatis puniantur etiam fratres delinquentis , ne tepidi & remissi sint circa fratum suorum insolentias cohendas, & reprehendendas ? Videtur dicendum statutum prædictum valere , per ea quæ voluit Barto. in quodam suo consilio , incipiente . Christi nomine amen , videtur q̄ vigore dicti arbitrij , vbi consuluit , valere statutum Florentinum q̄ pro consortibus delinquentibus alijs tenerentur , dicens verisimile esse q̄ facilius abstinebunt ab huiusmodi delictis , si videbunt alios de sua familia ex eorum delicto puniri , quod consū. refert & sequitur Petr. de Anch. in c.i. in xi. princip. q. extr. de constitut. & post eum Decius. in consil. 6. 4. & diligenter pro viribus. col. ii. in princ. in versi. quantum vero ad Ducalis. in primo volu. et idem tenet Bart. in l. iure prouisum. C. de fabricens. lib. xi.

- 2 † vbi ex illo tex. colligit Argumētū valere statutum Florentia , q̄ uno de familia delinquentे alijs puniantur , idē in l. i. s. familie. ff. de publici. & idē Bart. in tract. de Represal. in iiij. q. princip. & idem post Guid. de Suza. in l. sancimus. C. de pœn. idem tenuit Decius. in præalleg. consil. 6. 4. col. ii. vbi concludit , q̄ vigore similis statuti , dicentis , q̄ collaterales eius qui crimen læsæ maiestatis cōmisit puniātur vltimo supplicio , frater qui erat absens a fratre , & cum quo non in amicitia puniri non deberet , & propterē ista ratione cōsuluit , q̄ D. Princivalis de Lampugnano frater Ioannis Andrae , qui Galeatium Mariam Mediolani Ducem interemit , in pœna statuti prædicti non inciderit , ex eo quod dictum statutum , seu constitutio Ciuitatis Mediolani exprimit rationem quare vult collaterales delinquentis puniri , ne tepidi sint & remissi circa collateralium suorum cohendas , & reprehendendas insolentias . † Et ex deducētis per Deci. in d. consil. 4. 6. notabiliter infertur huiusmodi statutum locum sibi non vendicare contra fratres , & affines delinquentis absentes & pœnituit ignorantes , voluntatem fratris volentis huiusmodi nefandissimum facinus comittere , quibus nō est quid impurandum , si fratris vel affinis insolentiam nō cohibusere . † Secundo q̄ idem statutum locum sibi non uendicabit contra fratrem seu affinem delinquentis , cuius idem delinquens erat inimicus . per iura & rationes addu-

etas per Deci. in d. consl. 64. colum. iij. & iiiij. quas videre poteris. Idem te-
nuit Alciat. in l. i. s. si quis ita. nu. 6. ff. de verb. obliga. † Tertio limitare
conclusionem prædictam non procedere. quando frater esset adeo. cerui
cole nature q̄ fratrī & aliorum admonitiones omnino cōtemneret. quia
impossibilium nulla est obligatio. l. non dubium. C. de legibus. l. apud Iu-
lianum. s. i. ff. de lagat. pri. videmus enim q̄ impossibilitas excusat ab excō
municatione. c. quæstionis. & ibi glos. & Doct. de Appel. de quibus osti-
natis sic Ouidius. lib. primo. de Remedio amoris scriptit.

Impatiens animus. nec adhuc tractabilis arte

Respsuit. atq; odio uerba monentis habet.

S V M M A R I V M .

- 1 An filius patrem damnatum pro crimine lēse maiestatis alere teneatur?
- 2 Persona patris. & patroni sancta filio & liberto videri debet. esto quod turpis esset.
- 3 Filii receptantes patres bannitos vel hæreticos. poena statuta contra receptatores talium non puniuntur. propter naturalem obligationem quam filii erga parentes habent.
- 4 Filius patrem indigentem etiam infidelem alimentare tenetur.
- 5 Filius alimenta denegare non debet etiam patri rebelli.

Q V A E S T I O V .

- 
- 1 VINTO quæro: an filius patrem damnatum pro cri-
mine lēse maiestatis alere teneatur? Dicas q̄ sic. per tex.
in l. mutus. s. manente. ff. de iur. doti. vbi Paulus iuriscon-
sultus voluit. q̄ filia patrem in exilium seu in insulam de-
portatum alere beat. ad idem facit tex. iuncta glos. in l.
legatum. ff. de capti. & postlimi. reuersi. & tex. in s. si vero
 - 2 contigerit. in au. & de incest. nupt. † Persona enim patris & patroni. sancta
filio & liberto videri debet. esto q̄ turpis esset. l. liberto. & l. i. in fin. & l. ho-
nor. & l. licet. ff. de obsequi. libert. † hinc est q̄ propter naturalem obliga-
tionem quam filii erga parentes habent. filii receptantes patres bannitos
vel hæreticos poena statuta contra receptatores talium. non puniuntur. l.
fin. ff. de recept. & ita tenuit Alberic. in tracta. suo statutorum. parte. iiiij. q.
vij. & Ioan. Igneus. in disputatione sua. An R̄ex Francie recognosc. Impe-
rator. nu. 117. vbi expresse dixit. q̄ filius patrem damnatum pro crimine
lēse maiestatis alere tenetur. allegat tex. in c. i. xxx. distin. vbi præcipi-
tur filio q̄ patri subueniat. licet infidelis. ad idc text. in s. i. in au. & de incest.
nupt. in versic. pascentes. & adducit not. in c. non satis. 86. distin. facit ad

prædicta, quæ voluit Henric.Boich.in c.vnico.col.fin.de exposit.& lan.
 4 gui.† vbi dixit, q̄ filius patrem indigentem, etiam infidelem alimentare te-
 netur. Et prædictam opinionem, q̄ filius teneatur alere patrem damnatum
 de criminis læsæ maiestatis , tenuit etiam Bartol. in tracta suo de alimento.
 5 † vbi expresse dixit, q̄ etiam patri rebelli filius alimenta denegare nō de-
 bet, facit illud Ciceronis in resp. arusp. dicentis , parentibus nos primum
 natura conciliat, quos non alere nefarium est, & alibi, in oratione post red-
 dit. ad senat. ad idem dicit, parentes carissimos habere debemus quod ab
 his vita, patrimonium, libertas, & Ciuitas , tradita est.

S V M M A R I V M .

- 1 Si filius crimen læsæ maiestatis commisit pro quo decapitari deberet , per patrem sponte sua principi contra quem commisit præsentetur, an decapitari debeat?
 - 2 Comes Palatinus filium suum qui læsæ maiestatis crimen contra Imperatorem commis-
 rat, Imperatori præsentauit, Imperator viso tex. in l. milites agrum. in s. desertore,
 ff. de re milit. pepercit illius uite, illumq; ad tempus in exilium misit.
 - 3 Idem dicendum est in patre hebreo præsentante filiu, qui crimen læsæ maiestatis commisit.
 - 4 Sicut pater christianus in causa capitali admittitur ad defendendum filium, ita pater he-
 breus admittitur ad defendendum filium hebreum.
 - 5 Iudei utuntur iure communī quo ad iudicia.
- Si pater crimen læsæ maiest. committat, & per filiu principi præsentetur, an mori debeat?

Q. V AE S T I O VI.

- 1  EX TO quæro : de notabili quæstione, filius crimen læ-
 sæ maiestatis commisit, pro quo criminis si in fortiam iu-
 sticie peruererit decapitari debet. l. quisquis. in princ. C. ad
 leg. iul. maiest. Pater illum sponte sua principi cōtra quem
 filius deliquit præsentauit, an decapitabitur , ex quo clare
 constat ipsum crimen læsæ maiestatis in principem suum
 cui euin pater præsentauit, commisit. Paul. de Cast. in l. propter insidias.
 C. qui accus. non possunt. dixit q̄ non, per tex. in l. milites agrum. s. deser-
 torem. ff. de re. milit. hanc etiam opin. tenuit Salyc. in d. l. propter insidias,
 per tex. in d. s. desertorem. quem ad hoc notabilem esse dicit , & pro ista
 opinione dixit Rayner. de Forliui. in d. l. propter insidias. cōsuluisse in Ci-
 uitate Forliuij. † & Paul. de Castr. ibidem refert , q̄ cum Comes Palati-
 nus filium suum qui læsæ maiestatis crimen contra Imperatorem commi-
 serat, Imperatori præsentasset, Imperator viso tex. in d. s. desertorem. pe-
 percit

percit illius vite, illumq; ad tempus in exilium misit, hanc opin. sequutus
 est Barth. Cepol. in suis cautelis, cautel. i. & August. de Arimin. in sua ad-
 dit. ad tract. Angel. de malefic. in verb. nec non ad querelam. versic. vige-
 simo primo, & Fely. in c. accusasti, col. vlt. de accusat. idem voluit D. Hip-
 polytus de Marsil. magnus Crimina lista, Præceptor & promotor meus
 dum docttoratus gradum in almo Bononiensi Gymnasio de anno. 1514
 Sumpsi, in l. i. s. auditum. nu. 8. ff. ad leg. Cornel. de siccari, & idem in l. i. s.
 ad quæstionem. nu. 16. ff. de quæstio, & in l. vnius. s. seruus. nu. 7. eod. titu.
 idem voluit Alciat. in c. placuit. in prima regula præsumptionum. in iiiij.
 præsumptione. de præsumption. idem voluit Math. de Afflict. in c. impe-
 riale. s. insuper. nu. 18. in titul. de prohibit. feud. alienat. & Nicol. Boer.
 in tract. suo, de seditionis. s. viij. & vlt. nu. 27. † Idem dicendum esse arbitror
 in patre hebreo, præsentante filium qui crimen læsæ maiestatis commisit,
 argumen. eorum quæ voluit Bartholom. Cepol. in confi. 75. Pater potest
 4 admitti, † ubi consuluit, q; sicuti pater christianus in causa capitali admit-
 titur ad defendendum filii, ut per doct. in l. seruum quoq; s. publice. ff. de
 procurat. & in l. penul. s. ad crimen. ff. de public. iudic. & in c. veniens. ext.
 de accusat. Ita pater hebreus admittitur ad defendendum filium hebreum.
 5 † facit quia Iudei vtuntur iure communī, quo ad iudicia. l. Iudei Romano.
 6 C. de Iudei. † Quid autem econtra dicemus, si pater crimen læsæ maiesta-
 tis committat, & per filium principi præsentetur, an mori debeat? Dicas q;
 relaxabitur patri vita tantum, intuitu filij illum præsentantis, ut notabili-
 ter voluit Angel. in l. si adulterium cum incestu. in. s. liberto. in fin. ff. de
 adulter. quem sequitur idem Dominus meus, de Marsil. in l. i. s. inauditum
 filium. nu. 9. ff. ad leg. Cornel. de siccari. & in l. i. s. ad quæstionem. nu. 16.
 & nu. 17. ff. de quæstio.

S V M M A R I V M.

- 1 An licitum sit filio patrem damnatum de criminе læsæ maiestatis impune occidere, & econtra patri filium?
- 2 Pater honorari debet a filijs.
- 3 Filius qui non honorat patrem suum maledictus erit.
- 4 Filius qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur.
- 5 Miles qui patrem suam uel matrem maleficum appellat, militia priuandus est.
- 6 Filius dicitur pars corporis patris.
Pater & filius censetur una eademq; persona.
- 7 Is qui se obligauit defendere aliquem aduersus omnes homines, non tenetur assummere defensionem aduersus filios, & proprios parentes.

Hierony. Gigas.

AAA

- 8 Filius patrem reum criminis lēse maiestatis, & rebellem, impune occidere potest.
Idem dicendum, quando pater esset hostis fidei.
- 9 Si pater adhuc damnatus non esset, principis tamen uel patrie se inimicum fecisset, a filio impune interfici posset, & econtra filius a patre.
- 10 Plus patrie quam parentibus debemus.
- 11 Aduocatus debet potius aduocare pro patria, quam pro patre.
- 12 Maior caritas est in patria, quam in patrem.
- Pro Republica filius in patrem, & pater in filium insurgere debet.
- 13 Crassus Brutus, eius filii pro crimen lēse maiestatis, qualiter puniuit.
- 14 Vxor an uirum bannitum pro crimen lēse maiestatis impune occidere posset?

Q VAE S T I O VII.



- EPITIMO quæro: an licitum sit filio patrem damnatum de criminis lēse maiestatis impune occidere, & econtra patri filium? Videtur in hac quæstione dicendum q̄ non, quia pater quamvis impius, crudelis, & contemptor legum sit, tamen pater est, ut inquit tex. in s. i. in fin. in aust. de incest. nupt. col. ij. & idem de filio not. in l. iiij. §. emancipatus. ff. de honor. possessio. contra. tabul. † facit quia scriptum est Eccl. c. 4. qui honorat patrem suum iocundabitur in filiis, & in die orationis sue exaudietur, & ibidem, qui honorat patrem suum vita viuer longiore, & ibidem rursus, qui timet dominum honorat parentes, & rursus ibidem, honora patrem tuum, ut superueniat tibi benedictio a Domino, & eod. libr. c. viij. honora patrem tuum, & gemitus matris tue ne obliuiscaris, mememento quoniam nisi per illos natus non fuisses, † & scriptum est Deute. c. 16. maledictus qui non honorat patrem suum, & eod. lib. c. 5. honora patrem tuum, & matrem sicut præcepit tibi dominus Deus tuus, ut longo viuas tempore, & bene sit tibi in terra. † Et dicitur Leuiti. c. 20. qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur, facit q̄ voluit Martin. de Laud. in tract. sua. de milit. q. 21. † vbi dixit, q̄ miles qui patrem suum vel matrem maleficū appellat, militia priuandus est, qui tract. habetur, in v. Thomo. tract. secundum impresionem Venetam, ad idem facit q̄ voluit Cicero. lib. i. Epist. familia, in Epistola ad Lætulum, vbi dixit, vim neq; patrie neq; parenti asserre oportet, & rursus idem Cicero. in oratio. pro Roscio, sic inquit, communio sanguinis portentum atq; monstruum certissimum est esse aliquem humana specie & figura, qui tantum immanitate bestias vice rit, ut propter quos hanc suauissimam lucem aspicerit, eos indignissime lique priuauit, cum etiam feras inter se se, partus, atq; educatio, & natura ipsa

6 conciliat, † ad idem facit, quia filius dicitur pars corporis patris, vt ait Ari stotel.lib.5.Ethicor.ad idem tex,in l.cum scimus.5,vlt.C. de agricol.& cē sit, libr.xi, Quinimmo pater & filius censemur vna & eadem persona.l. fin.C.de impub.& alijs substitu.

7 Comprobatur opinio prædicta, ex eo q̄ supra.in v.proxima præceden ti q.dixi,vbi conclusum fuit ex mente doctorum,q̄ filius patrem damna tum de criminē lœsæ maiestatis alere tenetur,ad q̄ optime facit tex.in su-
pra allegat.s.i.in fin.in auct.de incest.nupt.col.ij.nam si teneremus q̄ filius
patre rabellem impune occidere posset,vticq̄ non teneretur eidem alimen ta præstare:cum denegare alimenta sit necare.l.necare.ff. de liber.agnosc.
& l.fin.C.de alen.liber. † facit, quia is qui se obligauit defendere aliquem
aduersus omnes homines,non tenetur assumere defensionem aduersus fi-
lios,& proprios parentes,ita dixit solennis doctor præceptor meus, Do.
Carol.Ruin,consil.43.Qvia ad plenum,colum.penult.versicul.præterea.
nume. i.8.in iiiij.volum.allegat glos.in c.de ferijs.22.q.v.

8 † Contrariam vero partem,q̄ immo filius patrem reum criminis lœsæ
maiestatis,& rebellem impune occidere possit,tenuit Ange,in l.fallaciter.
C.de abolitio.& idem in l.famol,in versic.sequitur in textu.ff.ad leg.iul.
maiest.& idem Angel.in consil.223.pro decisione consultationis,in prin.
vbi dixit,q̄ patriam oppugnantes,a liberis,& parentibus occidi possunt,
& paricidij,vel legis Cornelie nullam poenam subeunt,allegat tex.in l.mi-
nime.ff.de religios.& sumpc.funer.& ibi glos.vbi Alex.idem sequitur,&
9 ampliat,idem etiam esse quando pater esset hostis fidei. † Quinimmo etiā
si pater adhuc damnatus non esset,principis tamen vel patrie si se inimicū
fecisset,a filio impune interfici posset,& econtra filius a patre, ita voluit
Io.Igneus,in sua disputatione,an Rex Francie recognos.Imperat.n.116.
10 † & ratio est,quia plus patrie quam parentibus debemus,vt habetur in l.
veluti.vbi Bar.& alijs.ff.de iusti.& iur.& q̄ filius magis patrie quam patri
sit obligatus,facit dictum Bal.in l qui necessitati.C.ad aduoc.diuersi.judic.
11 & Alexand.in l.veluti.ff.de iusti.& iur. † vbi tenuerunt,q̄ aduocatus de-
bet potius aduocare pro patria,quam pro patre,subdit tamen idē Igneus
ibidē,q̄ prædicta procedit in foro cōcētioso,Sed q̄ in foro anime,& pce
12 nīcētiali dubitarer, † & pro p̄dicta opinione facit, quia maior caritas est in
patriam quam in patrem. glos.in l.veluti.ff.de iusti.& iur. quæ citat illud
Ciceronis,in primo officiorum, cuius hæc sunt verba,vnicuiq̄ nostrum
carī sunt parentes,carī sunt liberi,& familiares, sed omnes hominū carī-
tates vna patria complexa est,pro qua non dubitet quis mortem apetere.
& idem Cicero.de somnio Scipionis,inquit,omnibus qui patriam auxe-

rint, adiuuerint, atq; seruauerint, certū esse in coelo diffinitum locum, vbi
beati sempiterno euo fruantur, facit tex. in l. i. s. si ea, ibi, R eipublice nasci-
m ur. ff. de ventr. in possessio. mittend. & tex. in d. l. minime. ff. de religio. &
sumpt. funer. facit etiam pro ista opinione glos. in c. i. de conuersti. infidelis,
quæ dixit q; pro Republica filius in patrē, & pater in filium insurgere de-
bet, † ad id etiam facit q; in Romanorū Historijs legitur, q; Crassus Bru-
tus nomine, in bello latino, p a sta cū latinis mercede, portas vrbis eis aperi-
re policitus, deprehensus in hoc, ad Palladis auxiliarie templum confugit,
at eius pater Cassius occlusis dicti templi foribus necatum filium fame in-
sepultum abiecit. Quid dicendum sit in præsentí difficultate, dubius sum,
quia vt vtar verbis Virgilij, in primo Eneidos, Hinc inde vase rupes, ap-
probo tamen Ignei distinctionem supra relatam, q; aut loquimur in foro
anime, & tunc locus erit prime opinioni, q; filius patrem damnatum etiā
pro lœsæ maiestatis criminē interficere impune non possit, aut sumus in fo-
ro fori, & sic in foro iudiciali, & eo casu nunquam consulterem q; filius pa-
trem qui crimen lœsæ maiestatis contra principem vel suam R eipubli-
cam commisisset, occideret, sed si casus eueniret, dicere eum puniri non
debere, per prædicta, ad hoc accedat, q; voluit Alciat. in l. bonafides, nu-
me. 11. ff. deposit. vbi dixit, q; si pater hostis publicus sit iudicatus, manda-
tumq; sit vt quicunq; possit eum occidat, dicendum erit q; si iuris rigorem
spe temus, filius huic legi parere teneatur, allegat tex. in d. l. minime. ff. de
religio. & sumpt. funer. Sed si naturalem intueamur equitatem secus erit,
Humanius autem agendo, dicendum erit filium tali decreto non teneri,
sed si id fecerit, poenam non mereri.

14 † Sed quid dicemus de vxore, an virum bannitum pro crimine lœsæ ma-
iestatis impune occidere possit? Dicas q; non, ita consuluit Barthol. Cepol.
in consil. suo. v. Casus talis est, quem sequitur Ioan. Franc. Ripa. in l. si con-
stante. colum. x. nu. 48. ff. sol. matri. & pro ista opinione faciunt ea quæ dí-
xi. supra in rubri. de pœn. quas filij incur. patr. committ. crim. lœsæ maiest.
quæstione 19. 20. &c 21.

S V M M A R I V M.

- 1 Statutum concedens abolitionem criminum delinquentibus, an comprehendat etiam cri-
men lœsæ maiestatis?
- 2 Abolitio criminis lœsæ maiestatis est de reservatis principi, sicuti est illius cognitio.
- 3 Crimen lœsæ maiestatis, requirit specificam mentionem in abolitione.
- 4 In generali sermone nou. ueniunt ea quæ requirunt specialem mentionem.

Q V A E S T I O VIII.



C T A V O quero: An statutum concedens abolitionem criminum delinquentibus, comprehendat etiam crimen læse maiestatis? Breuiter dicas q̄ non, ita voluit Angel. in disputatione sua, quæ incipit, exorta guerra, & Roma. in l. si quis in graui. s. hi quoque ff. ad Syllenian. & Dominus meus de Marsil. in l. vnicā C. de rap. virgin. nu. 108. idem in l. i. nu. 23. ff. de quæstio. Idem in l. de minore, nu. 2. ff. eodem titu. Alexan. in l. de pupillo. s. si pluribus. ff. de oper. nou. nunciat. & idem Domi-
nus meus in singulari suo, 146. incipiente, nemo debet se submittere,
& erit ratio huius decisionis, † quia abolitio criminis læse maiestatis est
de reseruatis Principi, sicuti est illius cognitio, ut vidimus supra in rubric.
quis. de læs. maiest. crim. cognosc. poscit. † & istud crimen, cum illius cogni-
tio, & punitio sit de reseruatis principi, requirit speciale mentionem, ut
per Andr. de Isern. & Math. de Afflīct. in c. i. s. & bona committentium.
nu. 46. in tit. quæ sint regal. in vſibus feudor. † facit, quia ea quæ requirunt
speciale mentionem, non veniunt in generali sermone, glo. in c. inquisi-
tionis. de hæret. in vi. & dixi supra loco præallegato. hoc etiā tenuit Ant.
Capit. in suis Decision. Neapol. Decisi. 130. nu. 56. allegat ad hoc Barbar.
in consil. xij. in ij. volu.

S V M M A R I V M.

- 1 An licitum sit supplicare Pape vel Principi pro his qui læse maiestatis crimen in eos commiserunt?
- 2 Pinceps deus mundi dicitur.
- 3 Supplicari non debet pro clero turbante statutum Ciuitatis sue.
- 4 Supplicare licet principi pro reis ceterorum criminum.
- 5 Aduocare an liceat pro filijs rebellium, seu pro ipsis rebellibus & his qui crimen læse maiestatis commiserunt?
- 6 Aduocati interuenire non debent pro hæreticis.
- 7 Aduocatus & defensor interuenire potest, quando agitur de damnanda rei criminis læse maiestatis memoria, post eius obitum, & similiter quando agitur de damnanda memoria eius qui de hæresi est inculpatus.

Q V A E S T I O IX.



O N O quero: An licitū sit supplicare Pape vel Principi p̄ his qui læse maiestatis crimen in eos cōmisérunt? Dicas q̄ non, im-
mo supplicantes pro huiusmodi delinquentibus perpetue infa-
mie poenā incurrit. l. quisquis. s. iubemus. C. ad leg. iul. maiest.
et ibidē notat Angel. adducēs illud q̄ habetur Reg. capit. ij. vbi dicitur, si

peccauerit vir in virū placari ei potest deus, si at in deū peccauerit, quis ora
 2 bit pro eo? quasi dicat nullus, † princeps enim deus mūdi dicitur, vt not.
 in l.imperiale, in fi.de prohibit.feud.alien.per Feder.& dicitur princeps
 3 habere celeste arbitrium. l.i.in fin. C.de Summa. Trinit. † & dixit Angel.
 in d.l.imperiale. q̄ pariformiter supplicari non debet pro clericō turban
 te statum Ciuitatis sue, Quinimmo ab ea ejci debet, per centum milliaria,
 allegat.tex.in l.siquis. C.de epis.& cleri.ad idem vide Barto.in l.in furti.s.
 ope.in princ.verli.Tamen circa hoc dicas. ff.de furt.comprobatur conclu
 sio prædicta, quia nemo veniam expectare debet a Domino , cōtra quem
 huiusmodi nefandissimum crimen est molitus, vt in simili dixit tex.in l.
 4 vnica.C.de Thesaur.lib.x.& in l.fin.s.cum autem. C.de iur.deliber. † in
 cæteris vero delictis supplicare licet Principi.l.cum reus. C.de pœn. immo
 & delinquentes sepius restituīt, etiam quo ad omnia l.i.C.de sent.paf.& l.
 fallaciter.C. de abolit.& hoc etiam voluit loā, Igneus in sua disputatione,
 an Rex Franciæ Imperatorem recognosc.nu. 113.
 5 † Sed an licebit aduocare pro filijs rebellium, seu pro ipsis rebellibus,&
 his qui crimen læsæ maiestatis commiserunt ? Et dicendum q̄ non , facit
 ad hoc tex.in.c.felicit,in princ. ibi, vel defensauerit, de pœn.in vi. vbi dici
 tur, q̄ is qui sc̄iēter defensauerit eum qui Cardinalem offendit , sicut reus
 criminis læsæ maiestatis perpetuo infamis esse deber, ac alijs pœnis subici
 tur, de quibus ibidem, & ita tenuit Math.de Afflict.in.c.pri.in.s. & bona
 6 committentium.nu.40.in tit, quæ sint Regal. † idem dicendum est in cri
 mine Hæresis,in quo aduocati interuenire non debent.c.si quis aduersus,
 de hæret.idem habetur in.c.fin.de hæret.in vi.Et pro prædicta conclu
 sione, q̄ aduocatus interuenire non possit pro eo qui crimen læsæ mai
 estatis cōmisit, tex.est etiam, in d.l.quisquis.s.denique Iubemus. C.ad leg.
 iul.maiest.& habetur per Bart.in extrauag.ad reprimen.in verb.sine stre
 pitu, de quo dixi supra in rub.qualit.in crim. læsæ maiest.procedat.q.iii.
 7 † Attamen quando agitur de damnanda rei criminis læsæ maiestatis me
 moria post eius obitum, & similiter quando agitur de damnanda memo
 ria eius qui de hæresi est inculpatus,aduocatus & defensor interuenire po
 test, vt per Bal.in l.reos.in fin. C.de accusat. & late habetur per Præposi.
 in.c.si quando.col.ijj.ij. q.vij. & dixi latius supra in rub.qualiter.in crim.
 læs.maiest.procedat.q.xxvij.

S V M M A R I V M .

- 1 Receptatores rerorum criminis læsæ maiestatis qua pœna puniantur?
- 2 Filius receptans patrem damnum de crimine læsæ maiestatis sine post huiusmodi cri-

men commissum, ante condemnationem siue post condemnationem, an poena capitis puniri possit?

- 3 Bannum & excommunicatio equiparantur.
- 4 Filius receptans patrem damnatum de crimine lœse maiestatis commisso in personam principis siue eius lateri astantiū nō est immunis ab aliquali poena extraordinaria.
- 5 Affinis uel consanguineus receptans affinem uel consanguineum qui contra Cardinalē deliquit in terminis c. fœlicis de pœn. in vi. nō punitur poena ordinaria, de qua ibi.
- 6 Vxor receptans virum bannitum uel condemnatum de crimine lœse maiestatis, an puniatur poena receptatorum?
- 7 Receptator qui per vim, & violentiam sibi illatam, a bannito uel condemnato, receptauit eum, nullatenus puniri debet.
- 8 Receptator banniti uel condemnati de crimine lœse maiestatis ita demum punitur si sciēter delinquentem receptat, secus si ignoranter, Dummodo notorium non sit receptatum esse delinquentem.
- 9 Scientem non ignorantem lex uult obligari.
- 10 Per notorium probatur scientia.
- 11 Violator pacis non potest impune receptari ab agnato, nisi per ignorantiam illum agnatus receptauerit.

Q V A E S T I O X .



E C I M O quæro: qua poena puniantur receptatores reorum criminis lœse maiestatis? Dicas q̄ capite puniuntur, Barto. in l. fin. C. de fabricens. & in l. omnes. C. de agricol. & censit. lib. x. & not. in l. pri. ff. de recept. Et ita seruari vidisse in decreto regio lato in morte Domini Andreæ de Isernia, testatur Math. de Aflict. in titu. quæ sint regal. in s. & bona committentium. col. iiiij. versi. vigesimum secundum speciale, in vñibus feudo. † Sed quid dicemus de filio receptante patrem damnatum de crimine lœse maiestatis, siue post huiusmodi crimen commissum, ante condemnationem, siue post condemnationem, utrum tali poena puniri possit? Dicas q̄ videtur dicendum q̄ non, vt voluit Alberic. in tract. suo statut. part. iiij. q. viij. vbi dixit, q̄ filii receptantes Patres Bannitos, vel Hæreticos, poena receptatorū non puniuntur, adducit tex. in l. fin. ff. de recept. & tex. in c. inter alia. de sent. excommu. & xi. q. iij. quoniam multos, † dicens q̄ Bannum, & excommunicatio equiparantur, allegat text. in c. pri. in tit. hic finitur. lex. Corad. deinde consuetu. regni. incipi. † Dixerim ego in hoc articulo, filium receptantem patrem damnatum de crimine lœse maiestatis non esse immunem ab aliquali poena extraordinaria, quando

- in personam Principis, siue eius lateri astantium huiusmodi crimen commissum fuerit, iuxta terminos tex. in l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest. videamus enim q̄ tali casu filius & si nil deliquerit, punitur tamen, ex delicto patris, vt in d. l. quisquis. s. filii vero. quinimmo vt supra vidimus. q. viij. proxima praecedente, licet filio impune occidere patrem rebellem, vel damnatum de criminē læsæ maiestatis, faciunt ad prædicta quæ voluit Petr. de Anch. post glos. ibi. in c. felicis. colum. pri. versi. Et circa receptatores.
- 5 de poen. in vi. f vbi dixit, q̄ affinis vel consanguineus receptans affinem vel consanguineum qui cōtra Cardinalem deliquit, in terminis d. c. felicis, non punietur poena ordinaria, de qua ibi, & idem voluit in terminis quæ stionis nostre Andr. de Isern. in const. Regni, quæ incipit Patarenorum, in vers. ratio quare. n. 2. in tit. de recepta. Patare. & Dominic. in d. c. felicis. col. ij. circa fin. in vers. in glos. in verb. receptauerit, idē voluit Archidiac. in d. c. felicis. col. ii. in versi. receptauerit, vbi dixit, consanguineos receptantes consanguineum delinquentem, non puniri in casu prædicti. c. hoc tamē sane intellige, scilicet poena inibi statuta contra receptantes delinquentes, qui in Cardinalem insurrexerunt, attamen in totum non excusantur, mitiori etenim poena cum eis agendum erit d. l. fin. ff. de receptat. & ita tenent Cyn. & Bald. in l. pri. C. de his qui latron. vbi dicunt, q̄ mitiori poena puniuntur receptantes proximum, vel patronum, quam si alias non esset persona coniuncta, q̄ voluit Alexan. in addit. ad Bart. in d. l. fin. ff. de receptat.
- 6 † Quid autem dicendum sit de vxore receptante virum Bannitum, vel damnatum de crimine læsæ maiestatis? Dixi supra in rub. de poen. quas. filii. incur. patre. commit. crim. læsæ maiest. q. 20. vbi conclusi, q̄ poena receptatorum non puniatur, et dictis ibidem addē q̄ ita tenuit etiam Andr. de Iser. in constit. regni. quæ incipit, Patarenorum. nu. 5. in rubr. de recepta. patare. & Alex. in d. addit. sua ad Bar. in d. l. fin. ff. de recepta.
- 7 † Prædictam conclusionem de receptante condemnatum, dicas, non habere locum quando bannitus vel condemnatus violentiā fecisset receptatori, qui per vim illum receptasset: nam eo casu ille nullatenus puniri debet, ut dixit Alex. loco proxime allegato, & idem voluit Bal. in tract. suo statut. in verbo receptare, versi. statutum dicit.
- 8 † Secundo conclusionem prædictam, de receptante damnatum de crimine læsæ maiestatis, intellige procedere, in eo qui scienter delinquentem receptat, secus si ignoranter: & ignorantia præsummitur nisi probetur scientia, dummodo notorium non sit receptatum esse delinquentem, ita dixit glos. in l. pri. ff. de recept. quam ibidem sequitur Barto. ad idem Roman. in consl. 473. circa propositam, vbi glos. prædictam sequitur, † & est

est ratio, quia scientem non ignorantem lex uult obligari. generali. C. de tabul. lib. x. l. fin. C. de decret. ab ordin. faciend. c. cognoscentes, de constit. c. vt animarum. eod. tit. lib. vi. prædictam glos. in d. l. pri. ff. de recept. sequitur etiā Bar. in d. l. oēs. C. de agricol. & censit. lib. xij. pro qua Roma. in palleg. cons. 473. dicere esse casum, in l. methodorū. a contrario sensu, in vers. faciens. ff. de pœn. ad idē tex. in l. iij. s. sed etenim. ff. de Incen. Ruin. & naufrag. t. Scientia autem probabitur, vt inquit Bar. in d. l. pri. s. in pari. ff. de recept. si erat notorum per contratam talem esse delinquentem, facit q̄ voluit Bal. in c. pri. in s. conuenticulam. de pac. iuramen. firmand. in vſibus feudor. t. vbi dixit q̄ violator pacis non potest impune receptari ab agnato, nisi per ignorantiam illum agnatus receptauerit.

S V M M A R I V M .

- 1 An bona condemnati pro crimine lēse maiestatis possit aliquis petere sibi a principe concedi?
- 2 Si bona condemnati pro crimine lēse maiestatis, ex mera principis liberalitate alicui concederentur, ualeret huiusmodi concessio.
- 3 Feudum deuolutum ad principem contra quem est commissum crimen lēse maiestatis alius potest petere sibi concedi.
- 4 Princeps de consilio procerum suorum bona ad se deuoluta ex crimine lēse maiestatis potest alteri concedere.
- 5 Principis concessio de bonis ad se deuolutis ex crimine lēse maiestatis, apposita clausula, non obstante iure communī, ualeat.
- 6 Idem si princeps dicta bona concedat alicui motu proprio.
- 7 Princeps de bonis damnati de crimine lēse maiestatis ad se deuolutis, cum aliquo contrahere potest.

Q V A E S T I O X I .



- N D E C I M O quero: an bona condemnati pro crimine lēse maiestatis possit aliquis petere sibi, a principe concedi? Dicas q̄ non, quinimmo, si quis ea sibi concedi petierit, tanquam pacis violator puniendus esset, vt haberetur in l. quisquis. C. de peti. bonor. sublat. vbi dicitur, q̄ si forte nimia mentientis importunitate per principis rescriptum dicta bona essent alicui concessa, tale rescriptum rejciendum esset, t. Quando autem bona prædicta ex mera principis liberalitate alicui concessa essent valeret proculdubio huiusmodi concessio.
- t. Fallit tamen ista conclusio, in quinq̄ casibus enumeratis per Math. de Hierony. Gigas.

BBB

- 1 Afflīct. in constit. regni. lib. i. in tit. de hæreti. nu. 66. versic. in glos. fin. Primo nisi Imperator, Rex, vel Princeps contra quem tale delictum est commissum, feudum quod tenebatur a delinquente ad se deuolutum, ad postulationem perentis illi cōcedat, quia concedi solitum erat, ita voluit Bal. in l. i. C. de peti. bonor. sublat. allegat tex. in. s. præterea. in auct. de refer.
- 4 † Secundo fallit, quando princeps de Consilio Procerum & consiliariorum suorum bona prædicta ad se deuoluta perenti concessisset, Ea enim quæ sunt cum consilio procerum magis valent, ut voluit Andr. de Isern. in c. i. de prohibit. feud. alien. per Lothar.
- 5 † Tertio fallit, quando princeps concedens dicta bona, in rescripto huius modi concessionis apposuisse clausulam, non obstante iure communī, & dispositione. l. i. C de peti. bonor. sublat. ut voluit idem glos.
- 6 † Quarto fallit, quando in rescripto concessionis dicatorum bonorum esset apposita clausula, motus proprij, ut habetur. in dict. l. prima. C. de petition. bonorum sublat.
- 7 † Quinto fallit, quando princeps de bonis damnati pro criminis læsæ maiestatis ad se per eorum confiscationem deuolutis, cum aliquo contrahit, ut voluit Afflīct. loco præallegato.

S V M M A R I V M.

- 1 An confiscatis bonis delinquentis, uolentibus eius creditoribus sibi satisfieri in bonis delinquentis, fisco ante omnia satisfieri debeat de expensis?
- 2 Si pro re tua inuenienda ego aliquid expendo, illas expensas mihi restituere teneris.
- 3 Expense facte pro re communī, præsumuntur pro rata facte.
- 4 Expensas factas per patrem uel fratrem in obtinendo beneficio ecclesiastico pro filio, an pater deducat de portione filii?
- 5 Filius clericus beneficium ecclesiasticum quod obtinuit expensis patris, iure quasi a strensis peculij possidet.
- 6 Impensa que fit pro punitione criminis fisco incumbit.
- 7 Fiscus ad quem deuoluuntur boni damnati, loco hæreditis habetur.
- 8 Expense quas dominus in fructum perceptione, non repetuntur.

Q VAE S T I O XII.

- 1 **V**O D E C I M O quæro: an confiscatis bonis eius qui delictum commisit, volentibus eius creditoribus sibi satisfieri in bonis dicti delinquentis sui debitoris, fisco ante omnia satisfiri debeat, de expensis utilibus et necessarijs per eum factis, pro consequendo dicto eius rebelle, & illius bonis sibi incorporandis, adeo q̄ dicte expense in primis deduci debeat? Hanc quæstionē mouet Math. de

Afflīct. in c. i. s. & bona cōmittentium, col. x. nu. 119. in tit. quæ sint regal. in vñibus feudor. vb̄ decidit, q̄ fisco ante omnia satisfieri debet de expen-
 sis prædictis, & rationem assignat quia fiscus habet ius retentionis in di-
 cētis bonis, iuxta not. per Bar. in l. si non inducta. C. in quibus caus. pign.
 2 tacit. contrahat. Item quia si pro re tua inuenienda ego aliquid expendo,
 illas expensas mihi restituere teneris, vt per Bar. in l. falsus. s. qui alienum.
 in fin. ff. de furt. ergo idem erit, si expendi pro illa recuperanda, item dicit
 facere, quia si fiscus utiliter negotiorum creditorum gesit, ergo utili nego-
 tiorum gestorum actione tenentur, pro eorum ratis ad expensas prædi-
 cētas, per ea quæ notantur in l. si pupilli. s. si titi. ff. de nego. gesit. Item fa-
 cit, quia expense facte pro re communi, præsumuntur pro rata facte l.
 4 sed & si. s. adeo, & ibi Bart. ff. de per. hæredit. Item ad idem adducit, quia ex-
 pensas factas per patrem vel fratrem in obtinendo beneficio ecclesiastico
 pro filio, pater deducit de portione filij, vt voluit Guiliel. de Cunio. in l.
 tres fratres. ff. de pact. & ex istis in hac opinione resider ipse Matheus,
 subdens q̄ D. Ant. Baldasi. Regius consiliarius sibi dixit, ita fuisse iudica-
 tū per consilium Regis Castelle, dicit tamen, q̄ si antequam per fiscum fa-
 cte fuissent tales expense, creditores protestati fuissent, q̄ dictis expēsis su-
 biacere non intendebant, quia ius eorum aliquo tempore recuperabunt,
 tali casu non tenerentur ad eas, per not. in l. fin. C. de negot. gesit. & ibi
 Alex. Dicas q̄ istud fundamentum non est uerum, quia expensas quas fa-
 cit pater, vt filius consequatur beneficium ecclesiasticum, ei non imputan-
 tur in legitima, nam ecclesiasticum beneficium neq; vendi neque transmis-
 ti potest ad hæredes. Item in immo, filius beneficium huiusmodi iure qua-
 si castrensis peculijs poslidet. l. sacrosancte. C. de episc. & cler. & quia pater
 creditur tales impēsas fecisse pppter onera ecclesiastice dignitatis, ideo filius
 illas habere debet p̄cipuas. l. i. s. sed an id. ibi propter onera dignitatis. ff.
 de collat. bonor. & ita scribit Ioann. Franc. Ripa. in l. in quartam. ff. ad leg.
 falcid. nu. 166. sequutus Barto. Bal. & alios, quos resert idem tenentes. Cir-
 ca prædicta in quantum Matheus voluit q̄ fiscus recuperet expensas quas
 facit in consequendo eius rebelle, quod ille imprimit & ante omnia dedu-
 cantur, ad præiudicium anteriorum creditorum, Dixerim ego id, de iure
 6 (mea quidem sententia) non procedere, † quia omnis impēsa quæ sit
 pro punitione criminis, fisco incūbit, vt per doct. in l. pri. C. de muli. quæ.
 seru. public. se cōmiseruer. & est ratio, quia fiscus accipit multas, & pōnas,
 vt patet in l. pri. & toto tit. C. de mod. mult. & per Azon. in tit. de poen. in
 Summa, præsertim quādo omnia bona delinquentis confiscantur, vt sit in
 crimen læsæ maiestatis. l. quisquis in princip. C. ad leg. iul. maiest. per not.
 per Bald. in l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expens. Quantum vero ad il-
 lud q̄ voluit idem Matheus, q̄ expēsse quas facit fiscus pro incorporan-

L I B E R T E R T I V S . T R A C .

- dis sibi bonis sui rebellis, debeant in primis & ante omnia deduci, similiter
 7 etiam in hoc ab eo dissentio, † & est ratio, quia fiscus ad quem deuoluuntur bona damnati, loco hæredis habetur, ut voluit Mart. de Laud. in tract. de fisc. q. 86. & Franc. Lucan. in simili tract. suo, de fisco. parte prima. nu. 4. idem voluit Math. de Affl. in tract. de iur. prothomis. in s. iiiij. nu. 25, vbi dixit, qd fiscus succedens in bonis ex aliquo delicto, loco hæredis habetur. At iure cautum non reperitur, qd hæres detrahatur aliquas expensas per
 8 se factas in consequenda hæreditate, ergo idem erit in casu nostro, † facit quia expense quas facit Dominus in fructuum perceptione, non reperuntur, quia non ad perpetuam utilitatem fiunt, Pet. de Vbal. in tract. de duabus fratr. parte. xi. nu. 62.

S V M M A R I V M .

- 1 Appellatio an detur in crimen lœse maiestatis?
- 2 Distinctio an detur appellatio in crimen lœse maiestatis?
- 3 Equior est opinio quod detur appellatio condemnato de crimen lœse maiestatis.
Appellationem denegare, est defensionem adimere.
- 4 Appellatio in crimen lœse maiestatis non datur, quando crimen esset per rei confessionem, aut per testes clare probatum.
- 5 Appellatio in crimen lœse maiestatis non datur, quando est notorium facti permanentis quod quis commisit crimen lœse maiestatis.
- 6 Appellatio regulariter in notorijs non admittitur, nisi legitima causa exprimatur.
- 7 Index in notorijs delictis statim potest ad executionem procedere.
- 8 Appellatio non datur in crimen lœse maiestatis, quando in proditione esset seditio concitata, vel facto ordinato.

Q V A E S T I O X I I I .

- ER T I O D E C I M O quero: An in crimen lœse maiestatis detur appellatio? Angel. in s. publica, in fin. inst. de publi. iudic. tenuit qd non, idem in l. constitutiones ff. de appel. & in tract. suo. malefi. in verb. præsente & appellante, idem tenuit Dominus Hippolitus. de Marsil. præceptor meus, in cons. 3 s. nu. 1. in pri. volu. & idem in l. de minore. in princ. col. ij. nu. 7. ff. de quæstion. & Angel. in d. tract. malefi. in verb. Et hæ tradito la tua patria, in princ. hoc etiam voluit Ioann. Igneus Doctor Ultramontan. in sua eleganti Disputatione, an Rex Franc. recognos. Imperator. nu. 128. & Roma. in l. Pantonius. s. rei perduellionis. ff. de acquir. hæredit. qui arguit contra glos. ibi, quæ contrarium tenet. Contrariam vero partem, qd immo in d. criminе detur appellatio, tenuit

Martin. de Laud. in suo tract. de crim. lœfæ maiesta. q. viij. allegat prædictam glos. in d.l. Pantonius. s. rei. & hāc opin. tenuit etiam Andr. de lser. in c. pri. in ix. col. in tit. quæ sint regal. vbi dicit, iure cautum nō reperiri, q̄ in criminē lœfæ maiestatis appellatio sit prohibita, idem voluit Math. de Affl. in d.c.i. in s. & bona commitentium. col. iiiij. nu. 42. in versi. vigesimum primum speciale, in præallegato titu. quæ sint regal. allegat not. per glos. in c. manifesta in glos. magna. ij. q. prima. & in c. præterea, & in c. cum sit Romana. de appell. opinionem prædictam, tenuit etiam Augus. de Arimin. in sua addit. ad tract. Angel. de malefi. in verbo, præsente Gaio & appellante. Ioan. Igneus in d. sua Disputa. nu. 229. † in isto articulo sic distinguit, q̄ aut accusatus de criminē lœfæ maiestatis est taliter cōiūctus, q̄ huiusmodi delictum negare non valet, & tunc ei appellatio denegabitur, per rationem l. ij. C. quorum. appell. non recipiant. & isto modo dicit procedere tex. in d.l. constitutiones. ff. de appell. aut delictum non est plene probatum, ita q̄ de eo sit dubium, & isto casu. dicit appellationem dari, & executioni sententiae supersedendum esse, & hoc modo dicit intelligendum esse tex. in d.l. Pantonius. s. rei perduellionis, cum sua glos. ff. de acquir. hæredit. ibi, suspensa cognitione, & ibi, cui de innocentia, subdens q̄ si mora in exequendo esset scandalum paritura, aut præfuditum, si sententia executioni non mitteretur, q̄ tunc appellatio danda non esset, alias secus, allegat Paul. de Castr. in d.s. rei perduellionis. & in d.s. hi autem.

† Opinionem tenentium appellationem dari, condemnato de criminē lœfæ maiestatis, equiorem esse arbitror, denegare enim appellationem, est de fensionem adimere, quæ est de iure naturali. l. vi. vim. ff. de iusti. & iur. & ibi not. facit tex. in l. famosi. ibi, hoc tamen crimen a iudicibus. vbi, Modestinus Iurisconsultus, q̄ non in occasionem ob principis maiestatis venerationem, crimen lœfæ maiestatis censendum esse ait, sed in veritate rei iudicare habendum esse, arbitratus est, qui tex. præstat nobis argumētum manifestum, q̄ de veritate rei iudicate inspiciendum est, ergo non statim exequenda erit sententia. Erit igitur conclusio, q̄ regulariter in criminē lœfæ maiestatis appellatio detur, quam tenet etiam Decius. in d.c. cū sit Roma na. col. iiiij. in nono not. † Limita tamen conclusionem hanc vt infra. Primo, vt non procedat quando delictum esset clare probatum, per rei confessionem, vel per testes, per tex. in d.l. ij. C. quorū. appellat. non recipiant. vt tenuit Igneus in primo membro, sue distinctionis, supra relate.

† Secundo limita dictam conclusionem, non procedere, quando notoriū est facti permanentis, q̄ quis cōmisit crimen lœfæ maiestatis, vt puta, quia teneret terram ecclesie vel imperij rebellatam, vel in tali rebellione caperetur. Talis enim appellare non poterit: quia erat notoriū facti permanentis, ipsum esse rebellem, ita voluit Andr. de lsern. in c.i. in titul. quæ

- sint regal.col. ix. & sequitur ibidem Math.de Afflict.in. s. & boha cōmit-
- 6 tentium.col. iii. nu. 42. in versicul. vigesimum primum speciale. † & pro
ista opinione facit, quia regulariter in notorijs appellatio non admittitur,
nisi legitima causa exprimatur, ut per Abb. & doct. in c. consuluit. & ibi
Decius.col. i. in versi. circa istum tex. de appell. & facit tex. in c. cum sit Ro-
mana, & in c. cum speciale. s. porro. eod. tit. idem tenuit Roman. in consil.
- 7 324. in proposita consultatione, in fin. † Item facit ad prædicta, quia in
notorijs delictis iudex statim non data dilatatione potest ad executionem
procedere, ut per Bald. in l. a procedente, in vlt. not. C. de dilat. & idem in
c. significante. col. ii. de appellat. & in l. accusatoribus. colum. ii. in versicul.
& per hoc pater. C. de accusat.
- 8 † Tertio fallit, quando in proditione esset seditio concitata, vel facto or-
dinata, prout. in d.l. cōstitutiones. s. quid tamen. ff. de appell. secundum opi-
nion. Andr. de Isern. supra relata. Talis enim delinquens quia est caput
factionis non appellat, secundum eum.

S V M M A R I V M.

- 2 Quis dicatur perduellis?
- 2 Hostem antiqui pellegrinum vocabant.
- 3 Perduellis dicitur qui crimen læse maiestatis contra principē uel Républicā commisit.
- 4 Crimen læse maiestatis latius est, quam crimen perduellionis.
- 5 Crimen læse maiestatis contra principem, quare perduellionis dicatur?
- 6 Perduellis non dicitur qui ex alia causa quam machinationis contra principem crimen
læse maiestatis commisit.

Q V A E S T I O X I I I .

- 1 V A R T O D E C I M O quæro: quis dicatur perduellis?

 Caius Iurisconsultus in l. quos nos hostes. ff. de verb. signi-
 fica. dicit, eos quos nos hostes appellamus, antiquos per-
 duelles vocasse. Andr. Alciat. elegans docto, in d.l. quos
 nos, dixit publicos hostes, merito inimicos appellari, quos
 veteres, quia cum illis duellum idest bellum esset, perdu-
 liones appellabant, nam ea dictione eos solos iudicari opinatus est, aduer-
 sus quos ius belli esset. Et ideo inimicus perduellio non dicitur, neq; iuxta
 Ciceronis sententiam lib. ii. de offic. latrones perduelles sunt, si quidē pir-
 ratam ex perduellium numero non esse, asseverat, † hostem autem, anti-
 qui Pellegrinum vocabant, ut habetur apud Ambros. Calepin in suo vo-
 cabulario, in versic. Perduellis, † sed in materia criminis læse maiestatis

Perduellis dicitur, qui crimen læsæ maiestatis aduersus Rempublicam, vel Principem commisit, vt testatur Vulpian. in l. fin. ff. ad leg. iul. maiestatis. Itaque non omne maiestatis crimen perduellionis erit: cum crimen læsæ maiestatis generalius sit, q[uod] & multis modis committitur, vt supra vidimus, sed solum quando quis hostili animo, aduersus Rempublicam, vel principem suum animatus fuit, vt in d. l. fin. & ita voluit eum Gofred. in summa, de cler. pugnan. in duel. s. i. & Cardin. Turr. Cremat. in c. si quis. s. porro. vi. q. i. t[em]p[or]e vbi, & ipse dicit, q[uod] crimen læsæ maiestatis latius est, quam perduellionis, siquidem perduellionis reus quis dicitur, quando contra personam Imperatoris committitur. Hoc enim solo casu Romana lex Duellū permittebat, quod etiam not. idem Turre Cremat. iij. q. iiiij. in summa. & Specul. in titul. de accusator. s. i. vers. Secundo, crimen perduellionis.

⁴ † Sed quare crimen læsæ maiestatis dicatur criminē perduellionis? glos. in s. per contrarium, inst. de hæret. quæ ab intest. defer. dicit, q[uod] olim quando alicui imputabatur q[uod] crimen læsæ maiestatis commississet, contra Imperatorem, vel Regem, eo casu permisum erat duellum, videlicet duorum pugna, vel q[uod] ex eo dicitur, quia perduelles hostes dicuntur d.l. quos nos hostes. ff. de verb. signifi. & idem dixit Math. de Afflict. in constitu. regni. in tit. de hæreti. nu. 29. Io. de Imol. in clem. pastoralis. col. iiiij. nu. 49. idem tenet & sequitur ibidem, Cardinal. in xv. not. & in q. v. Egid. vero Bellem: in d. c. si quis cum militibus, in d. s. porro, dixit, q[uod] crimen læsæ maiestatis, non ideo perduellionis dicitur, ex eo q[uod] per duellum probari possit, sed dicitur perduellionis, id est crimen hostis, vel hostile, per tex. in d. l. quos nos hostes, cuius opinionem si sequamur & aliorum hoc tenentium, reus criminis læsæ maiestatis, in quoque casu dicti criminis, perduellionis reus diceretur, quod esset contra tex. in d. l. fin. ff. ad leg. iul. maiest. & ideo mihi magis placet illa opinio, q[uod] ideo dicatur crimen perduellionis, crimen læsæ maiestatis, quando quis hostili animo in Rempublicam, vel principem insurgit, vt in d. l. fin. quia eo solo casu duellum permittebatur, vt supra dictum fuit, vtcunque sit, hoc omnes tenent, q[uod] perduellionis crimē, appelletur crimen læsæ maiestatis, quod ex machinatione facta contra Rempublicā vel principem committitur, de quo est text. in d. l. fin. ff. ad leg. iul. maiest. ad idem facit tex. in d. s. per contrarium. inst. de hæredit. quæ ab intest. defer. ⁶ † Si vero ex alia causa, quis læsæ maiestatis reus sit, perduellis non dicitur, nec eo mortuo eius damnabitur memoria, facit tex. in l. cum filius. s. final. ff. de legat. ij. Et de hoc verbo perduellis, plura scribit Ioan. Ferrarius. in suis annotationibus, in quatuor Institut. libros, in titul. de hæredi. quæ ab intest. defer. in versi. Perduellionis reus. & Io. Oldendorp. in tract. suo. in leges xij. tabularum, in rubr. de duobus sacerd. generib. nu. 3. qui tract. habetur, in xvij. Thomo tract. secundum impressionem Venetam.

L I B E R T E R T I V S . T R A C .

S V M M A R I V M .

- 1 An crimen læse maiestatis, & crimen simonie equiparentur.
- 2 Emendo quis spiritualia, uel uendendo, diuinam offendit maiestatem.
- 3 Crimen læse maiestatis, heresim, & simonie, quæ heresim sapit, equiperantur.
- 4 Equiparatio supradicta procedit in his in quibus expressum inuenitur in iure.
- 5 Omnes qui in crimen simonie admittuntur, admittuntur etiam in alijs criminibus exceptis, Sed non omnes qui repelluntur in huiusmodi crimine simonie, repelluntur in alijs criminibus exceptis.
- 6 Ad comparationem simonie, & heresim, omnia crimina pro nullo reputantur.
- 7 Simonia peior est idolatria.
- 8 Crimen heresim an criminis læse maiestatis, & econtra equiparetur?
- 9 In crimine heresim, sicuti in crimine læse maiestatis, quis accusari potest, post mortem, & eius memoria damnari, & bona per fiscum ab eius hereditibus auferuntur.
- 10 Plus est diuinam quam temporalem offendere maiestatem.
- 11 Distinctio an ualeat argumentum de crimine læse maiest. ad crimine heresim, & ecclias?
- 12 Argumentum de minori ad maius ualidum est.
- 13 Crimen heresim est maius crimine læse maiestatis humane.
- 14 Timor domini timori hominum anteponendum est.
- 15 Quæ differentia sit inter crimen heresim & crimen læse maiestatis.
- 16 Hereticus amittit dominum bonorum suorum, ipso iure.
Secus est in crimine læse maiestatis.
- 17 In crimine heresim extenditur infamia usq; ad secundū gradum, per lineam paternam, quādo pater in heresim est prolapsus, si uero mater, extenditur ad primū gradum.
Secus est in crimine læse maiestatis, in quo pena extēditur solum ad primum gradū.
- 18 Filii hereticorum non solum sunt inhabiles ad beneficia obtinenda, sed etiam obtenta ipso iure perdunt,
Secus tamen est in filiis committentium crimen læse maiestatis contra principem.

Q_UAE STIO X V .



VINTODECIMO quero: an crimen læse maiestatis, & crimen simonie, equiparentur? Dicas q; sic, nā quem ad modum quis machinando contra Imperatorem, Regem, sive Principem suum, læse maiestatis crimen committit, quia terrenam offendit maiestatem l. quisquis. C. ad leg. iul. maiestatis. ¶ Parimodo emendo quis spiritualia vel ea vendendo, diuinam offendit maiestatem, & sic læse diuine maiestatis crimen committit, tex. est. in l. si quicquam, in fin. & ibidem Bald. C. de episco. & cleric. facit tex. in c. fin. ad fin. vi. q. i. vbi Præposit. dixit, ista duo equipari, facit etiam tex. in c. sane, in prin. xv. q. iii. & tex. in c. vergentis. de heretic. in vi. glos. in c. si quis Papa. in versicul. periuulerit. 79. distinctio. facit

3 facit etiam glos. in c.i. de testibus. in vi. quæ † dixit, tria hæc crimina equiparari, videlicet læsæ maiestatis, hæresis, & simonie, intellige sane, de simonia quæ hæresim sapit, vt puta, quando quis pecuniam dedit pro consequendo beneficium, vel ecclesiasticum ordinem, credens gratiam sancti spiritus p̄cio acquiri posse, tali enim casu, simonia est species hæresis, quin immo est quid deterius, vt est tex. in c.eos i.q.i. & declarat Abb. in c. licet Heli. el i. super glos. in verb. indifferenter, de simon. & idem Abb. in c. ex diligenti. eod. tit. & in c. per tuas, el i. in versicul. sed contra hoc opponitur,

4 eod. tit. † Intellige tamen hanc equiparationem, procedere in his in quibus expressum inuenitur in iure, vt notanter dixit Præposit. in c. penul. s. porro. vi. q. i. † Scias etiam q̄ omnes qui in criminis simonie admittuntur, admittuntur etiam in alijs criminibus exceptis, sed non omnes qui repelluntur in huiusmodi criminis simonie, repelluntur in alijs criminibus exceptis,

6 vt per Abb. in d.c. per tuas. verl. in glos. in verb. de simonia. † & dicit tex. in c. fin. i. q. vlt. q̄ omnia criminia ad comparationem simonie, & hæresis pro nullo reputantur, ad idem tex. est in d.c. per tuas. el i. in s. cetera. de si-

7 mon. † Immo simonia peior est idolatria. c. cito turpem. i. q. i. ad idem Gaspar. de Perusio. in tract. de reseruat. benefi. col. iiiij. nu. 23.

8 † Quid autem dicendum sit in criminis hæresis, an criminis læsæ maiestatis, & econtra equiparetur? Videtur eadem ratione dicendum q̄ sic, per tex. in l. manicheos. C. de hæreti. & in c. vergentis. ext. eod. tit. & ibi glos. in verb. exheredatio, quin immo de uno ad aliud arguitur, glos. in l. mutū. ff. de acquirend. hæredit. glos. in d. l. manicheos. in verb. debet, not. Cyn. & Salycet. in auft. Gazaros. C. eod. titu. de hæret. Geminia. in c. si quis. vi. q. i. glos. in c. cum secundum, de hæreti. in vi. quæ dixit, quod dispositio illius tex. locum habet in criminis læsæ maiestatis, & tamen loquitur in hæresi, ad idem glos. in c. i. in glos. ij. de testibus. in vi. quam ad hoc pro singulari allegat Alexand. in l. si quis filio. s. hi autem. ff. de iniust. rupt. & irrit. fact. testam. ad idem glos. in c. ij. de hæretic. in vi. & glos. in c. felicis. eod. tit. & in c. non debet. de reg. iur. in vi. hanc conclusionem tenuit etiam Claud. de Seisel. in l. si quis id quod. col. ij. in fin. nu. 7. ff. de iuris. omni. iudic. & Ioan. de Turre Cremat. in c. si quis. 79. distinc. nu. 8. ad idem Ang. in tract. de malefi. in verb. Et huius tradito la tua patria. nu. 18. vb̄ dixit, q̄ crimen læsæ maiestatis, hæresis, & simonie equiparantur. allegat glos. in c. 9. i. de cens. in vi. † Hinc est q̄ sicuti in criminis læsæ maiestatis quis accusari potest post mortem, & eius memoria damnari. l. fin. C. ad leg. iul. maiest. Ita est in criminis hæresis c. fin. de hæreti. & post hæretici obitum, bona per fiscum ab eius hæredibus auferuntur, sicuti fit in criminis læsæ maiestatis, tex. est iuncta glos. ibi, in verb. post mortem. in d.c. accusatus. s. in eo vero casu. de hæret. in vi. facit, quia hæreticus diuinam offendit maiestatē, sicut

- 10 committens crimen læsæ maiestatis , temporelam ledit, quin immo † plus est diuinam quam temporelam offendere maiestatem, vnde diuus Bernardus, super Cantic. sic ait, si reum regie maiestatis quāuis humāne, legibus capite plectri sanctum est, quis finis contēnentī diuinā omnipotentia erit;
- 11 † In isto articulo distinguem ego sic, q̄ aut quærimus , an de crimine læsæ maiestatis ad crimen hæresis argui possit, aut quærimus an de crimine hæresis ad crimen læsæ maiestatis valeat argumentum. Primo casu, dicto argumentum valere, nam ea quæ licet in crimine læsæ maiestatis, a fortiori licet in crimine hæresis, ita arguit Imperator, in d.l. manicheos. C. de hæreti. facit tex. in au. & Gazaros. C. eod. tit. & in c. vergentis in fin. ext. de
- 12 hæret. † Tunc enim arguitur de minori ad maius, q̄ argumentum validum est, & hoc sentit Ioan. Igneus. in repet. s. non alias. l. necessarios. nu. 6. & nu. 45. ff. ad syllenian. Secundo vero casu, dicas non valere argumentū de crimine hæresis ad crimen læsæ maiestatis, esset enim arguere de maio-
- 13 ri ad minus, q̄ profecto esset absurdissimum, † quia crimen hæresis proculdubio, est maius criminē læsæ maiestatis humāne, vt not. Ioā. Monach. in c. statutum, in princ. de hæret. in vi. vbi dixit, crimen læsæ maiestatis minus esse criminē hæresis, q̄ patet, quia per hæresim offenditur diuina maiestas, facit tex. in c. duo sunt. 96. distin. & d. au. & Gazaros. & d. c. cum se cundum, in quibus locis habetur, q̄ plus est diuinam , quam temporelam
- 14 offendere maiestatem , † & timor domini timori hominum antependus est, vt not. per Ioan. Monach. in c. inquisitionis, in prin. de hæret. in vi. & a Deo est omnis terrena potestas, vt habetur Pauli. c. xiij. ad Roman. & Petri primo. c. ij. & Ioannis c. i. 9. vbi Christus Pilato responderet, non habe
- 15 res potestatem aduersus me villam, nisi tibi datum esset desuper , † longa igitur est differentia inter crimen hæresis, & crimen læsæ maiestatis, q̄ etiā ex eo ostenditur, quia in crimine hæresis appellatione filiorum filie comprehenduntur, vt in d.c. vergentis, in fin. de hæret. & in dicto crimine hæresis puniuntur filie hæreticorum scuti filij, vt est expressum in c. statutū. & in c. vbi cunct. de poen. secus tamen est in crimine læsæ maiestatis, vt est tex. in l. quisquis. s. ad filias vero. C. ad leg. iul. maiest. & dixi supr alate in rubric. de pen. quas filij incur. patre committent. crimen læsæ maiestatis
